



GRAMMATICA SYRIACA.

QUAM POST

OPUS HOFFMANNI

REFECIT

ADALBERTUS MERX,

PHIL. DR. THEOL. LIC. IN UNIVERSITATE LITTERARUM JENENSI PRIVATIM DOCENS.

PARTICULA PRIMA.



HALIS,

IMPENSIS LIBRARIAE ORPHANOTROPHEI.

1867.

LIPSIAE, TYPIS NIESIANIS (CARL B. LORCK).

SUMME REVERENDO

THEOLOGORUM ORDINI JENENSI

SACRUM.

PRAEFATIO.

Postquam mihi cum bibliopola convenit de nova editione grammaticae syriacae, quam beatus Andreas Theophilus Hoffmannus, in facultate Theologorum Jenensi summe veneranda quondam professor, ante quadraginta annos elaboraverat, provinciam eo libentius suscepi, quo melius intellexi, quantopere grammatica syriaca a viris doctis desideraretur, quae nostri temporis de rebus grammaticis judicio quoad fieri posset, esset accommodata. Ea enim communis omnium, qui hisce studiis sunt occupati, est sententia, quam nuper etiam Hitzigius in illustri philologorum conventu publice proclamavit, reliquarum quidem dialectorum semiticarum grammaticam egregiis operibus esse illustratam, aramaeae vero nimium in modum esse neglectam. Id quod eo magis dolendum videtur, quo amplior hac ipsa aetate librorum syriacorum copia ex orientis regionibus in Europam est deducta, quibus aeque historiam sacram et profanam atque interpretationem scripturae sacrae non modo speramus illustratum iri, verum etiam progressionem fecisse dudum intelleximus.

At materiam congerens, deque ejus dispositione mecum reputans non poteram quin viderem, theoriam illam grammaticalem, quam e Gesenii libris Hoffmannus mutuam acceperat, valde recedere ab ea quae cum plurimis hodie mihi quoque

comprobata est. Quod in re summa discrimen necessario effecit, ut etiam in rebus singulis haud paucis aliter sentirem, quam is cujus opus denuo edendi inieram consilium. Unde quaestio mihi est exorta, utrum praestet Hoffmanni librum auctum et emendatum iterum in publicum emittere, servata ejus theoria, an novum prorsus a fundamentis opus. Pietas quidem erga virum sollertissimum, qui maxima industria et indefesso labore rem grammaticam linguae aramaeae excoluerat, eosque qui ante eum idem opus aggressi erant, doctrinae et vastitate et profunditate longe superaverat, suadebat alterum, at studiorum bonorum dignitas non minus quam ipsius Hoffmanni judicium, qui senex summo animi desiderio trahebatur operis, quod juvenis fecerat, reficiendi quominus in his acquiescerem, me impediebant. Ruptis igitur vinculis, quibus adstrictus est quicunque aliorum opera secunda vice edit, ita rem institui, ut uterer quidem cum Hoffmanni bonis tum iis, quae ab aliis, Agrellum dico, Bernsteinium, Ewaldum al. publici juris facta essent, sed ea in formam redigerem, quae judicio meo de linguae ideoque etiam de grammaticae indole conveniret.

Ea vero mea est de emendanda grammatices ratione sententia, ut non tam singulas formas in lingua usitatas qualicunque ordine recenseat, nam tali modo tractata grammatica nihil est, nisi vastum formarum conciliabulum, quam leges potius universales, quibus omnis de derivatione et constructione doctrina comprehendatur, edoceat, deinde vero legis illius universalis, qui sit in rebus singulis usus afferat, quali demum modo descripta grammatica systema erit rationis legibus conveniens. — Leges vero linguae syriacae universales ex ipsa aeque derivari nequeunt, ac leges quibus reguntur linguae, quas romanas et germanicas appellant ex una alterave earum hispanica e. gr. et anglica. Omnes potius ejusdem antiquioris linguae propagines ex lingua primitiva lucem accipient,

dummodo ad variarum linguarum derivatarum proprietates animum recte attenderis.

Itaque quamvis ad linguae syriacae indolem specialem semper summo negotio attentus fuerim, tamen ut ultimas formarum caussas ex lingua semitica primaeva derivarem operam dedi, quae — ita me edocuit dialectorum instituta comparatio — arabismo fuit simillima, quamvis non liceat hancce dialectum pro ipsa lingua semitica primaeva habere. Philologis semiticis lingua arabica eodem fere loco est habenda, qui linguae sanscritae ab iis conceditur, qui grammaticae indogermanicae operam navant, scilicet utraque lingua inter propagines suae stirpis est ditissima et matri simillima, tamen nec linguae arabicae nec sanscritae cum matre sua prorsus convenit. Quapropter ut in linguis indogermanicis semper redeundum est ad linguam primitivam dudum emortuam et e variarum filiarum formis resuscitandam, sic in linguis etiam semiticis administranda res est. Qui vero hodie — nescio an delirantes — linguas semiticas cum indogermanicis e communi stirpe derivare audent, hos simul hoc loco monitos velim, ne unam alteramve hujus vel illius linguae indogermanicae vocem cum semitica aliqua sono simili conferant, in quem errorem nonnullos viros doctos videmus delapsos — nam tali modo linguae neogermanicae cum sinica necessitatem me probaturum esse confirmo — sed ut similia similibus conferant, h. e. linguam semiticam primaevam cum indogermanica primaeva, haec enim sola est et regia via.

Quamvis in hocce opere quidquid potui praestare studuerim, tamen non ignoro quantum absit a grammatica syriaca penitus absoluta, at perfectissima quaeque praestare in lingua cujus vix mediocre lexicon habemus unius hominis excedit vires. Lexici defectum quodammodo supplevit diligens Doepkii collectio, quam suo operis Castelliani a Michaeli editi inscripsit exemplari.

Denique non possum, quin viris doctissimis F. A. Arnoldo Hallensi et M. Schmidt Jenensi, qui qua sunt erga me comitate onus schedarum typographicarum susceperunt, eo majores reddam gratias quo difficilius fuit opus, cujus tot millia punctorum minimorum maximo correctorem taedio afficiunt.

Totum opus cujus jam manibus teris initium, quinque absolvetur particulis, indices et errorum typographicorum, quos tamen rarissimos fore spero, enumeratio in fine addetur. Tales vero errores facile excusabit is qui experientia edoctus fuerit, quam facile corrigentis mens in tot signa varia distracta hic illic aliquid omittat. In transscribendo ʒḙsåṣå karyå consulto modo *o* modo *u* adhibui, ut lectores de varia pronunciatione iterum iterumque moneam, at in transscribendis vocibus neosyriacis incuriae me ipsum accuso, quod interdum Stoddarti orthographiam retinui, quam melius cum mea commutavissem.

Summa laude denique efferendum mihi est institutum typographicum C. B. Lorckii Lipsiense, in quo typorum orientalium ditissima copia ab hominibus artis typographicae peritissimis tam bene adhibetur, ut difficillima quaeque feliciter illis cesserint.

Jenae die 15 mensis Januarii 1867.

Adalbert Merx.

I. De Consonis.

§. 7.

De litteris.

Syrorum litterae ܐܵܬܘܵܬܼܳܐ seu ܐܸܣܛܘܼܟ݂ܣܹܐ *a dextra sinistrorsum* legendae, numero XXII, sunt tantummodo *consonae,* cum vocales aut prorsus non significentur, aut punctis quibusdam exprimantur vel supra vel infra litteras positis, aut litteris graecis singulis syllabis adscribantur. Litterarum quarundam figura pro loci, quem in vocibus obtinent, diversitate mutatur; alia enim est *initialis,* quae soli sequenti; alia *mediana,* quae utrinque; alia *finalis,* quae sola praecedenti; alia denique *absoluta,* quae nulli annectitur. Litterarum *formas* usitatiores et typis nostris excusas, *potestatem, nomina* et *ordinem* solitum haec exhibet tabula.

Figura. in fine.		med.	ab initio.	Nomen.		Potestas.	Valor numeral.
		ܐ	ܐ sive ܐ	'Aleφ	ܐܵܠܲܦ [1]	' spiritus lenis	1
ܒ	ܒ	ܒ	ܒ	Beϑ	ܒܹܝܬ݂	b, sive cum aspiratione β	2.
ܓ	ܓ	ܓ	ܓ	Gåmal	ܓܵܡܲܠ	g, cum aspiratione γ	3.
		ܕ	ܕ	Dålaϑ	ܕܵܠܲܬ݂	d, cum aspiratione δ	4.
		ܗ	ܗ	He	ܗܹܐ	h	5.
		ܘ	ܘ	Waw	ܘܵܘ	w	6.
		ܙ	ܙ	Zain	ܙܲܝܢ	z, sicut francogallicum zèle	7.
ܚ	ܚ	ܚ	ܚ	Ḣeϑ	ܚܹܝܬ݂	ḣ, aspirata fortior	8.
ܛ	ܛ	ܛ	ܛ	Ṭeϑ	ܛܹܝܬ݂	ṭ	9.
ܝ	ܝ	ܝ	ܝ	Yuδ	ܝܘܿܕ	y	10.
ܟ	ܟ	ܟ	ܟ	Kåφ	ܟܵܦ	k, seu cum aspiratione χ	20.
ܠ	ܠ	ܠ	ܠ	Låmaδ	ܠܵܡܲܕ	l	30.

1) Ita Amira et Abr. Ecchellens. qui non Olaf pronuntiant.

Figura. in fine.		med.	ab initio.	Nomen.		Potestas.	Valor numeral.
ܡ	ܡ	ܡ	ܡ	Mim	ܡܺܝܡ	m	40.
ܢ	ܢ	ܢ	ܢ	Nun	ܢܽܘܢ	n	50.
ܣ	ܣ	ܣ	ܣ	Semcaϑ	ܣܶܡܟܰܬ	s	60.
ܥ	ܥ	ܥ	ܥ	ʒe	ܥܶܐ	ʒ sonus gutturalis infra describendus	70.
ܦ	ܦ	ܦ	ܦ	Pe	ܦܶܐ	p, seu cum aspiratione φ	80.
		ܨ	ܨ	Ṣâde	ܨܳܕܶܐ	ṣ, sicut in francogallico savoir, in anglico seem	90.
ܩ	ܩ	ܩ	ܩ	Qâφ	ܩܳܦ	q	100.
		ܪ	ܪ	Riš	ܪܺܝܫ	r	200.
ܫ	ܫ	ܫ	ܫ	Šin	ܫܺܝܢ	š, germanicum sch, anglicum sh in fish, dish etc.	300.
		ܬ	ܬ	Tau	ܬܰܘ	t, seu cum aspiratione ϑ	400.

Hic syriacae scripturae ductus, quum apud Jaʒqobitas fuerit vulgatus, qui primi linguam syriacam in Europa docuere, in omnibus antiquioribus libris syriace impressis exstat. Widmanstadius in Novo testamento Viennae 1555 et Fabricius Boderianus in Severi ritibus baptismi cum aliis rubricas litteris éṣtrangelicis expresserunt. Nostro tempore vero non haec tantum litterarum forma, quam et nos adhibemus, in libris impressis invenitur, verum etiam alia ad normam scripturae éṣtrangelicae confecta, quam exhibet tabula ad elucidandam scripturae syriacae historiam depicta. Hac forma impressi sunt libri complures a Curetono, De Lagardio, Landio aliis editi, denique typum admodum similem antiquissimae litterarum formae sibi servaverunt Nestoriani, isque receptus est in editiones librorum neosyriacorum, itemque in Stoddarti grammaticam.

Annotationes.

I. De figura litterarum.

1) Syris ut Hebraeis aliquae sunt *litterae finales,* quae inde exortae sunt, quod scribae lineam illam inferiorem, quae singulas litteras inter sese conjungit, in fine vocis modo infra lineam ܡ pro ܡ, ܢ pro ܢ, ܩ pro ܦ deflexerunt, modo supra lineam in litteris ܥ et ܥ pro ܥ et ܥ produxerunt. Neque hic usus locum habet apud Nestorianos, qui etsi pro ܦ, ܢ, ܡ formam finalem habent, tamen in ܥ et ܥ nihil mu-

tant. Idem cadit in formam ẻṣtrangelicam. In Palmyrenis vero inscriptionibus, quod jam *Gesenius* recte monuit [1]), non vocum separatio, sed litterae finales una cum *solitis formis* [2]) inveniuntur. Ita שמן = ܫܡܢ cum Nun finali legitur in inscriptione a Levy edita Z. d. dm. G. XV. p. 616, שנין = ܫܢܝܢ anni l. l. XII. p. 214, sed praeter litteram finalem ܢ alia nondum est reperta. Ceterum de origine litterarum finalium hebraicarum jam Talmudistae nihil certi cognitum habebant, ita ut ante saeculum quartum post Christum exortae videantur. Inscriptio judaeo-aramaea Babylone in vasi figlino reperta omnes formas finales praebet (excepto ץ), sed quod mirum est, נ et ן promiscue adhibet Levy Z. d. d. M. G. IX. p. 475. Ex ordine litterarum *quinque* esse finales scito: ܟ, ܠ, ܡ, ܢ et ܙ [3]), quas nonnulli grammatici, ut *Nicolai* [4]), nomine עַל מָכֵן comprehendunt, alii, ut *Bucherus* [5]) ܟܰܠܡܳܢܶܙ vocant.

Annot. 2. Multae litterae propter similitudinem in Codd. Mss. facile confunduntur; hanc ob causam, quo differant singulae, paucis adumbrare lubet.

'Aleφ et *Zain* (ܐ, ܙ), *Låmað finale* et *ʒè finale* (ܠ, ܙ), figura simillimae, magnitudine facillime distinguuntur; 'Aleφ enim et Låmað supra reliquas litteras eminent, v. c. ܦܐ, ܦܠ, Zain vero et ʒé illas aequant ܦܙ, ܦܙ. Accedit quod in plerisque libris manuscriptis 'Aleφ quod nostra forma non exhibet anguiforme sit, Zain contra rectum et crassum.

Beϑ (ܒ) a littera simili Kåφ (ܟ) longitudine lineae superioris distinguitur, praeterea in scriptura ẻṣtrangelica et Nestorianorum Kåφ ܟ a parte dextra inferiore angulum acutum praebet, ܒ autem ad oblongi accedit figuram. *Waw* (ܘ) a Qåφ (ܩ) diversa rotunditatis specie et linea, quae totam litteram Qåφ subit, facile distinguuntur; praeterea Waw cum sequenti littera conjungi nequit, Qåφ contra debet conjungi, ubicunque littera sequens conjunctionem admittit; Qåφ in fine vocis accipit finalem figuram, ut ܪܩ (raqq), Waw non

1) Gesch. der hebr. Spr. p. 172.

2) Koppii Bilder und Schriften T. II. §. 61 sq.

3) Nonnulli, imprimis grammatici, si singulas finales Kåφ et Nun nullis aliis litteris additis scribere debent, figuram solitam et finalem simul adhibent, uti ܟܟ et ܢܢ, quem morem non sequimur.

4) Hodoget. harmon. orient. P. II. pag. 5.

5) Thesaurus Orientis in Tabul. ad p. 8.

item. In scriptura antiquiore éstrangelica et Nestorianorum ܩ non rotunda pingitur forma sed quadrata, et quod jam Ambrosius Theseus dixit, Waw etiam posse cum sequenti littera connecti, licet hoc raro inveniatur (Introduct. in ling. Chald. f. 97, a.), id in libris Nestorianorum usitatissimum est, praesertim in libris neosyriacis, in quibus Qåφ forma quadrata a rotundo Waw distinguitur. Ita e. g. in Codice Bar Alii Gothano No. 1091. Alia exempla praebent Adler Verss. syr. tab. I et III ܠܡܩܘܡ = ܠܡܩܘܡ, ܩܘܪܝܠܘܣ pro ܩܘܪܝܠܘܣ etc. et Bianchini Evang. quadrip. tab. III in adnotatione Thomae Ḥarqlensis. Difficiliores distinctu in scriptura antiqua interdum sunt ܡ et ܩ, quorum prius Mim plerumque a parte sinistra superiore lineam productam monstrat sic, quum Qåφ solum angulum habeat.

Litterarum *Dålaϑ* et *Risch* (ܕ, ܪ) solemnis in Syriacis scriptis confusio, quae quidem facillime librariorum neglegentia iis accidit vocabulis, quibus Ribbuy (§. 22.) superscriptum est. Praeterea punctum, quo solo differt utraque littera, saepe a librariis omittitur, unde multa varietas lectionis, maxime in nominibus propriis et innumera scriptionis vitia orta, quibus etiam Syriacam prisci foederis versionem in Bibliis Polygl. Paris. et Londin. inquinatam videmus. *Hierosolymitanae,* quae dicitur, dialecto proprium est illud quod littera Dålaϑ prorsus careat puncto, quo a Riš differat[1]). Qua in re codex versionis Hierosolymitanae, qui certe ante annum p. Christ. 1030 et post saeculum septimum est exaratus, mirum in modum convenit cum inscriptione Palmyrena anno post Christ. 134 incisa, in quo ܪ in vocibus ܡܪ̈ܐ, ܩܪ̈ܨ, ܟܪ̈ܣܐ puncto ornatum est, quod ܕ non habet Z. d. d. m. G. XV p. 616. Coalescit punctum litterae Riš cum uno duorum punctorum, quibus pluralis numerus significatur et cum punctis vocalis Zeqåφå.

Yuď (ܝ) nonnunquam perexiguum, interdum majusculum, quo fit, ut saepe cum *Nun,* sola magnitudine diverso, confundatur maxime in nom. propriis. Saepe etiam ܢܝ Nun et Yuď et ܝܢ Yuď et Nun facillime cum ܝ confunduntur, quod tamen recta loci interpretatione, si non in nominibus propriis haec incuria locum habet, sine difficultate cognoscitur.

1) Adler. versiones Syriac. p. 140.

Frequentissime in Syriacis scriptis ex figurae similitudine oritur et litterae *Nun* cum *Låmað* permutatio; differunt enim hae litterae satis quidem magnitudine et recta figura et inclinata; verum cum festinantius pingentes Nun incurvent, et majus solito faciant, aut contrarium in Låmað accidat, saepe utriusque litterae figura confunditur.

Annot. 3. De variis formis quibus in libris cum impressis tum manu scriptis cernuntur litterae, haec sunt dicenda:

1) *'Aleφ* (ܐ) magna varietate flectitur, ut modo sit linea recta, modo anguiformis. Si duae voces se excipiunt, quarum prior terminatur in *Låmað*, posterior vero incipit ab ܐ, tunc saepe ܐ sequentis vocis praecedenti voci adjungitur, itaque pro ܥܠ ܐܪܥܐ scribitur ܥܠܐ ܪܥܐ *supra terram*, pro ܥܠ ܐܦܝܗܘܢ scribitur ܥܠܐ ܦܝܗܘܢ, ܢܦܠܐ ܣܝܐ pro ܢܦܠ ܐܣܝܐ. Simili modo ܝ et ܢ finale ita pinguntur ܕܘܢܝ. Eadem littera 'Aleφ in voce cum *Låmað* concurrens, si praecedit, inclinatur, ut ܐܠܗܐ pro ܐܠܗܐ *Deus;* si vero sequitur, litteram Låmað ad suam formam conformat, eamque rectam et proceram esse cogit, ut ܠܐ pro ܠܐ.

Dålaϑ et *Riš* (ܕ, ܪ) ubi praecedenti litterae annectuntur, angularem figuram nanciscuntur; in libris Nestorianorum vero et neosyriacis formam rotundam retinent, in scriptura ėsṭrangelica ubique angularia scribuntur.

Duplex Låmað in fine vocis concurrens ita formatur, ut alterius litterae pars toti priori litterae annectatur et haec oriatur figura ܠܠ, ut ܡܠܠ *mallel* dixit, ܫܟܠܠ *šaklel* perfecit. In scriptura ėsṭrangelica et nestoriana, in qua Låmað finale non scribitur, hic usus non obtinuit auctoritatem. In codice versionis Hierosolymitanae tenuis p ab aspirata φ distinguitur, ܦ enim est φ, ܦ est p. Adler Vss. syr. p. 140. Land Anecd. tab. A.

In litterarum nonnullarum fine et ab initio litterae *Šin* ductum quendam apud multos Syrorum librarios et saepe in libris quoque Romae typis excusis invenis litterae *Yuð* valde similem, quacum caveas ne permutes eum et confundas; littera *Yuð* ipsa in fine hunc ductum accipit. Oritur ita haec litterae Šin forma ܫ.

Annot. 4. Conjunctione singularum litterarum cum aliis figuram saepius nonnihil commutari, supra vidimus, aliquot vero litterae praecedenti tantum annecti solent, nusquam sequenti figurae,

scilicet ܐܕܗܘܙܪܬ[1]), et omni destituuntur conjunctione, quodsi una ex iis praecedit, v. c. ܙܘܕܪܐ *fastidium.*

Annot. 5. Litteris, quas *majusculas* sive *capitales* nos vocamus ad distinguenda nomina propria hominum aut locorum, Syri sicuti ceteri Semitae non utuntur; quae vero libri titulis aut singulis libri partibus aut capitibus inscribunt, ea litteris forma nonnihil majori, quam quibus libri textus scriptus est, exarare solent. Interdum Ĕstrangelicum scribendi genus hunc in usum adhibent. Saepe etiam inscriptiones librorum et subscriptiones colore rubro, flavo al. pingunt.

II. De litterarum pronuntiatione.

Cf. C. Brücke, Grundzüge der Physiologie und Systematik der Sprachlaute. Wien 1856. p. 93 et p. 11.

Annot. 6. Syri quomodo ipsi singulas litteras lingua florente pronuntiarint, dubium interdum est, et certe aliis temporibus et aliis locis alia fuit pronuntiatio. De singulis autem litteris haec memoratu digna:

A. Labiales.

ܒ nostrum est b, et cum aspiratione, *β*, accedit ad anglicum w si aliquantum fortius ut v effertur. Optime neograeco *β* hic sonus exprimetur, pro ܐܒܐ itaque scribimus ἀβå. Nestoriani jam antiquiore tempore ܒ aspiratum a ܘ vix distinxerunt pro ܠܒܘܫܐ efferentes lewîšå, pro ܐܒܐ ܘܒܪܐ åwå wawrå 'Isaac Sciadr. p. ܝܒ; idem fit in lingua neosyriaca Stoddart Grammar p. 10. Hanc ob causam ܒ post vocalem *u* tollitur, si alia sequitur consona, ܐܪܕܝܟܠܐ faber murarius sonat apud illos årgulå, ܚܘܒܠܐ debitum ḣulå 'Isaac Sciadr. l. l. Praeterea Neosyri eam ipsam ob causam *ă* et *â* cum sequenti ܒ, cui alia adnexa est consona in diphthongum ô contrahunt, pro ܓܒܪܐ vir, maritus dicentes gôrå, ܙܒܢܐ tempus zônå, ܥܒܕܝ ʒôdî faciant, ܥܒܪܝ ʒôrî intrent. Neque recentioris tantum temporis haec est pronuntiatio, quum jam anno 1288 papa Nicolaus IV in epistola pro ܝܗܒܐܠܗܐ scripserit, ideoque et audierit, Yaulaha, Assem. B. O. III. 2. p. 117. Cum praecedenti vocali i

---

1) Grammatici, uti in Hebr. lingua, sic etiam in Syriaca, ut memoriae has litteras facilius mandent, *voces memoriales* invenerunt; ita *Joh. Fridr. Nicolai* (Hodoget. harmonic. orient. P. II. pag. 4.) has litteras nomine אֶרֶץ תְּזוּדָה (terra superbiet) insignivit.

ita ܒ coalescit, ut sonus anglico *ew* in *Lewis* similis oriatur, ܕܒܫܐ = dyušå, ܬܒܢܐ = tyunå. Cum ܒ conjungendum est ܦ, p et cum aspiratione φ, quam ad rem in dialecto syriaca antiquiore bene est attendendum; pronuntiandum itaque est ܣܦܪ šeφar, ܟܠܦܐ ėlφå at ܡܦܘܠܬܐ mappultå; ܣܦܝܪܐ šappirå. Neosyri pro ܦ aspirato proprium sibi formavere signum ܦ̮ et haec consona easdem fere leges sequitur, quas ܒ aspiratum. Cum vocali ă in diphthongum coalescit, cujus sonus medius est inter anglicum *ow* in voce *now* et *ô*, ܢܦܫܐ anima nowšå, ܢܦܬܠܝ Naphthali, Nowtali; cum vocali i sonus exoritur anglico *ew* similis; post vocalem *u* aut omittitur ܪܘܦܫܬܐ a winnowing fan, ruštå, aut accedit ad sonum *ui* in voce anglica ruin. Notandum denique est sonum ܦ̮ aspiratum apud Neosyros in vocibus exoticis plerumque inveniri, cum in vocibus indigenis, certe ne antiquioris linguae indolem nimis corrumpant, tenuis P pronuntietur. Hanc ob causam Missionarii americani in libris neosyriacis litteram ܦ̮ non amplius adhibent. Consona ܘ w ut anglicum *w* in *where* pronuntiatur, ܡ uti *m* in linguis europaeis.

B. Palatales.

ܓ germanicum est g, gallicum g in garde; cum aspiratione ܓ, quem sonum γ scribimus, apud Neosyros teste Stoddarto ad arabicum غ accedit, et e profundiore gutturis loco exoritur quam Kåφ aspiratum; ܟ antiquo tempore nostrum k fuit et cum aspiratione χ, hodie autem Neosyri sonum ܟ mitiore modo efferunt, ita ut y statim post ܟ audiatur (son mouillé) sicuti et Turcae litteram ك interdum proferunt, كامل e. gr. kyâmil, كاتب kyátib, et sicut Angli in voce *kind* brevissimum y post k efferunt. Denique utraque consona et ܓ et ܟ more sanscriticarum palatalium a Neosyris ut gallicum et anglicum j in *joli*, *just*, et anglicum *ch* in cherry, rich et italicum c in cielo pronuntiantur, quod ubi locum habet utraque littera lineola curvata infra lineam insignitur ita ܓ̰, ܟ̰. Neque hoc recentiore tantum tempore factum est, nam in Mss. Nestorianorum χ in vocibus graecis syriaco ܟ redditur, e. gr. στιχηρὸν = ܣܛܝܟܪܘܢ.

Idem Arabes non in littera ج solum fecere in Syria, verum etiam in littera ك, quam incolae terrarum Nağd et ʿIrâq uti ger-

manicum *tsch*, anglicum *ch* in church producunt. Wallin Z. d. d. m. G. IX p. 61. كيف = čaiφ.

Cum hisce consonis conjungenda est littera ܩ Qåφ, quae utrum sit tenuis an media dubium potest videri, certe ejus sonus propius ad ܓ accedit quam ad ܟ. Nam si ܟ pronuntiatur media lingua contra medium palatum pressa, si ܓ ita pronuntiatur, ut pars linguae posterior contra palati partem posteriorem prematur, ܩ ita producitur, ut postrema linguae pars contra palatum extremum prematur, qua repente depressa aer erumpit. Est igitur consona palato-gutturalis. Ex loci, ubi ܩ producitur, in ore positione sequitur proximos illi sonos esse ܓ, quorum saepe commutatur, et ܐ quod explosione glottidis oritur. Ita non solum fit, ut Aegyptii pro ق nihil nisi ا efferant, قبيح = ảbih, verum etiam ut in ʿIrâqo ق sicut ܓ tanquam german. dsch, gallicum j in joli efferatur ante vocalem *i*, e. gr. صناديق = ṣenadîǰ cistae. Tali modo pro syrograeco ܩܬܘܠܝܩܐ Arabes scribere potuerunt جاثوليق, et pro نرجس persice نركس vice versa Syri ܢܪܩܣ. Denique nullus dubito, Neosyros Turcarum orientalium modo ܩ saepe tanquam خ proferre, quum haec commutatio tritissima sit apud Turcas eos quibuscum Neosyri commercio quotidiano conjuncti sunt. Amira sonum ܩ cum cantu gallinae comparat, quae facto ovo canat. Ante ܬ cum rukåχå ܩ et ܓ pronuntiantur ut ܟ §. 24, VI. d.

C. Dentales.

Inter dentales ܬ et ܕ eosdem sonos habent quos apud nos t et d. Si cum aspiratione pronuntiantur ܬ durius effertur ut anglicum th in thick, neograecum ϑ in ϑεός, ܕ autem lenius, ut anglicum *th* in *these* et neograecum δ. Scribimus igitur pro aspiratis ϑ et δ. Sicuti apud recentiores Arabes ث et ذ saepe cum ت et د confunduntur, ita et Neosyri in planitie ʾUrmiae hasce dentales non cum aspiratione proferunt, in Kurdistania vero, ubi omnino sermo Syrorum purior videtur, tenues atque aspiratas probe distinguunt.

Eundem locum, quem inter palatales habet ܩ, inter dentales occupat ܛ, quod ita profertur, ut quum linguae pars anterior contra palati partem anteriorem prematur, simul et linguae parte postrema guttur claudatur, ac deinde aer e pectore emittatur. Tali modo dentalis cum emphasi quadam profertur, quam recte emphasin

gutturalem appellabis, quae et in sono consonae ص auditur. Hanc ob causam de consona ض, ط, dicitur ضِدُّهُ مُنْفَتِحٌ contrarium ejus est apertum quia guttur, cum pronuntiatur, clausum est, additurque اَلْإِنْطِبَاقُ مِنْ صِفَاتِ الْقُوَّةِ guttur clausum pertinere ad augendam vim pronuntiationis De Sacy Not. et Extr. IX p. 8. Gr. ar. II. ed. p. 29. Anthol. gramm. p. 40, et inter vitia pronuntiationis refertur إِذْهَابُ إِطْبَاقٍ omissio occludendi, Notices et Extr. IX. p. 42.

D. Tertio loco describendae sunt sibilantes, inter quas ܣ, s effertur sicuti s in lingua gallica, anglica, italica fortiore quam apud Germanos sono, majore etiam vi pronuntiatur ܨ ṣ, e contrario ܙ z mitiorem habet sonum gallici z in voce zèle, zéro, ܫ vero idem est quod germanicum *sch* anglicum *sh*, quem sonum Amira italice *sci* reddit. Addendum denique a Neosyris ܙ̰ et ܫ̰ lineola incurvata supra lineam insigniri ut tali modo eam sibilantem exprimant, quae in anglico *azure, pleasure* auditur. De permutatione soni ܙ et ܣ cf. §. 24, VI, d.

E. Porro de gutturalibus est agendum. ܐ ʾAleφ. Quum ex Semitarum sententia, nulla syllaba a mera vocali possit incipere, quia antequam vocales audiuntur, susurrus contracta glottide, per quam, dum aperitur, aer erumpit, exoritur, qui consonae potius naturam habet quam vocalis et hanc ob causam consonis gutturalibus adnumeratur, omnes linguae semiticae littera speciali hunc susurrum significant, quae est ʾAleφ. Tali modo littera ʾAleφ cum vocalibus a, i, u conjuncta nihil significat nisi impetum vocis, quae vocales pronuntiare nititur. Ex natura rei intelligitur in omnibus linguis humanis hunc susurrum et esse et audiri, at in perpaucis tantum alphabetis hic sonus signo speciali notatur. Recte igitur cum Graecorum spiritu leni (πνεῦμα ψιλὸν) comparatur, quamvis nomen spiritus non sit rectum, quum a spiratione sonus ille sit alienus, qui nihil est nisi initium, fragmentum quasi spirationis, et sua natura magis cum ܥ convenit quam cum ܗ. In linguis nostris admodum distincte in hiatu auditur e. g. in voce *Seeadler* vocales e et a non conjunguntur *Seeadler* sed distinguuntur *See'adler; si hideux* non si idö sed si 'idö, *he only = hi 'ônly, la mia vita serà allora* = serà 'allora non serà allora etc. Ex iis quae modo diximus, sequitur, nos si ab initio vocis vocalem pronuntiamus,

simul et consonam ʾAleφ pronuntiare; ita in vocibus ܐܶܢܳܐ ènå, ܐܶܒܰܕ èβaδ, ܐܶܟ݂ܰܠ èχal revera ʾAleφ auditur.

Primitiva haec consonae tenuissimae vis paullatim est perdita, imprimis in media voce, ubi ʾAleφ inter duas vocales effertur ut Yuδ, ܩܳܐܶܡ, ܥܳܐܰܪ, ܡܠܳܐܝܳܐ ܓܰܐܝܳܐ sonant qåyem, ʾåyar, melåyå, gaya. Similiter Arabes recentiores قائل, صائم pronuntiant qâyil, ṣâyim (Scheikh Tantavi Traité de la langue arabe vulgaire p. XII). Porro in media voce post semivocalem ʾAleφ omnino tollitur, itaque pro ܒܺܐܫ beʾeš legitur beš, pro ܟܐܳܐ keʾå, kå, quae res est gravissima in flexione verborum mediae ʾAleφ. Denique in fine vocis non auditur sive est littera radicalis sive mera terminatio status determinati ܓܠܳܐ = gelåʾ, ܡܰܠܟܳܐ = malkå. In transscriptione nos spiritum lenem pro ʾAleφ ponimus, etymologiae potissimum ratione habita, in statu determinato vero et in indeterminato femininorum, ubi ܐ nihil est nisi signum vocalis efferendae, sicut hebraeum ה in femininis, solam vocalem scribimus.

Annot. Arabum ille usus, qui ad indicandam longitudinem vocalis *a* in media syllaba ʾAleφ scribunt, a Syris alienus est, qui etiam *â* longum scriptione non significant. Syri omnino litteras prolongationis حروف المدّ ignorant, nam sicut *ă* et *â* sine ܐ scribuntur, vice versa, *ŭ* et û semper per ܘ exprimuntur, nulla quantitatis habita ratione.

Proxime ad sonum ܐ accedit ܥ, ع, quod sicut ܐ non cum frictione producitur, sed ictu repentino. Ea in re vero diversum est ab ܐ, quod in pronuntiando ʾAleφ larynx regularem suam habet positionem, dum in efferendo ܥ ultra suetum elevatur, quo fit, ut cartilagines laryngis sibi invicem admoveantur, sonusque exoriatur vi ac natura insignis, et nobis quidem difficillimus. Quem ut recte discentes possint proferre, regulam eam adscribo, quam Wallin in Z. d. d. m. G. IX. p. 47 protulit. Dicit enim: Imponas digitum angulo prominenti laryngis, dum vocalem *â* profers. Deinde digito eodem loco manente, eleves totum laryngem, donec supra digitum sit sublatus, et tali modo profer *â*. Sonus qui tali modo in gutture producitur, rectum est ܥ, totaque syllaba erit عâ, عا, ܥܳܐ. Propter hanc pronuntiationis difficultatem Syri ܥ, si alia sequitur gutturalis, cum ܐ commutant, itaque pro ܥܗܰܕ recordatus est dicunt èhaδ, pro ܥܗܺܝܪ lascivus âhîr. Apud Neosyros ܐ et ܥ, quamvis ab illis distinguantur, simillimae videntur, Stoddartus enim dicit a

peregrinis facile utriusque sonum confundi. Apud Mandaeos א et ע omnino non distinguuntur. Samaritani gutturales omnes non pronunciant.

Hae gutturales repentino ictu pronuntiantur, contra ܗ et ܚ non ita, sed cum flatu pulmonum producuntur. Inter sese vero ܗ et ܚ eodem modo distinguuntur, sicuti ܐ et ܥ; nam quum ܐ dum per glottidem ex contractione recedentem aer propellitur oritur, ita oritur ܗ coarctata glottide et spiratione forti e pulmonibus aere repletis; sicuti ܥ oritur elevato larynge, cartilaginibus laryngis sibi invicem admotis, ita ܚ oritur spiratione pulmonum eadem laryngis positione, quam supra descripsimus, itaque Arabs in Notices et Extr. IX. p. 23 dicit الحا من مخرج العين i. e. Ḥêϑ ex eodem gutturis loco procedit unde ʿAin. Consona ܗ h itaque efferenda est ut germanicum *h*, anglicum *h* in *here*, Galli et Itali hunc sonum non habent; ܚ vero, quòd ḥ scribimus, est germanicum *ch* in voce *Bach*, hispanicum j et x, quem sonum Angli, Galli, Itali non habent. Apud Neosyros ܟ݂ χ (Kâφ aspiratum) cum ܚ confunditur Stoddart p. 10, Mandaei contra, quod ex affinitate sonorum explicatur, ܗ et ܚ confundere videntur, quum utramque consonam eadem scribant littera.

F. Restant deinde liquidae ܠ l, ܪ r, ܢ n; et ex his quidem ܠ est l dentale non polonicum ł, ܪ vero non est r dentale Gallorum, Neograecorum, sed gutturale Anglorum et Germanorum. ܢ ab initio syllabarum et ante vocales mera est liquida dentalis. Ante labiales a Neosyris et sine dubio etiam in antiqua lingua (cf. Arabum قلب conversionem Not. et Extr. IX. p. 35) tanquam *m* pronuntiatur e. gr. ܐܢܒܪ âmbâr, et ante alias consonas, quod e rei natura sequitur, pro cujusque classis indole vel palatale vel dentale etc. fuit, sicuti et Arabes hanc consonam vario modo tractant secundum naturam consonae insequentis Not. et Extr. l. l. Ante gutturales assimilari Nun nunquam potest, qui usus et apud Arabes valet.

G. Restant denique semivocales ܘ et ܝ quorum prius fere anglicum *w* est in *wish* etc. et germanicum *w*, alterum ܝ, quod per y transscribimus, germanicum *j* in *jeder*, anglicum et gallicum y in *year*, *yes*, Ba*y*onne, Ma*y*ence. In initio syllabae ܝ cum semivocali ut vocalis i pronuntiatur, ܝܶܠܶܕ ileδ, atque hic interdum 'Aleφ adponitur ܐܝܠܕ, ita ut ܝ merum signum vocalis sit. (Cf. quae de usu litterae 'Aleφ diximus.) Haec res ad secundum litterarum ܘ et ܝ

usum nos perducit. Sicuti enim, quod supra diximus ad indicandum ă et å nunquam fere ܐ scribitur, ita ad indicandum î *semper* ܝ et ad indicandum ŭ et û semper ܘ scribitur ܩܛܝܠܐ qe̥ṭîlå interfectus, ܩܦܘܕ qe̥φûδ sive qe̥φoδ. Ex hoc consonarum ܘ et ܝ usu, secundum quem in scriptura vocalium vicibus funguntur, porro sequitur, eas conjunctas cum vocali heterogena ă, å diphthongos indicare ܝܘܡܐ dies, yaumå, ܫܝܢܐ šainå. In transscriptione nos ܘ et ܝ tanquam vocalis vices gerentes vocali *u* et *i* reddimus, idem et in diphthongis valet. Suffixa ܝ et ܘ in nominibus et verbis muta sunt, reliquiae felicioris temporis ubi lingua aramaea largiore vocalium copia utebatur, ܩܛܠܘ igitur qe̥ṭal, interficiunt, ܡܠܟܝ malk, rex meus pronuntiatur. In transscriptione vero pro ܘ et ܝ muto w et y in fine addere, itaque ܩܛܠܘ reddere qe̥ṭalw, ܡܠܟܝ malky consultissimum erit.

III. De divisione consonarum.

Vario modo secundum rationes physiologicas consonarum classes constitui possunt, idque hoc loco nos non curamus, explicandum potius hic est, quomodo grammatici syriaci complures consonarum ordines distinxerint, quod eo magis necessarium est, quum in hac divisione fundamenta posita sint, doctrinae de permutatione consonarum in variis dialectis semiticis.

Quinque distinxerunt enim classes Amira, Abr. Ecchel. Isaac Sciadr. quarum est

Prima: *Classis gutturalium*, ܓܓܪܢܝܬܐ, ٱلْحَلْقِيَّةُ, de quarum pronuntiatione supra fusius egimus. Producuntur e gutture, mota vario modo radice linguae (ܡܢ ܓܓܪܬܐ ܘܡܬܬܙܝܥܗ ܕܠܫܢܐ ܥܩܪܗ Isaac Sciadr.) et hae sunt: ܥ, ܚ, ܗ, ܐ. Addendum est ܪ Semitarum gutturale propter vocalium quae cum ܪ conveniunt affectiones.

Secunda: *Classis palatalium*, ܕܡܢ ܚܢܟܐ, ٱلشَّجْرِيَّةُ, cui hae sunt adnumerandae ܩ, ܟ, ܓ, ܝ.

Tertia: *Classis lingualium*, ܕܡܢ ܠܫܢܐ, quae continet has ܢ, ܛ, ܠ, ܠ, ܕ.

Quarta: *Classis dentalium*, ܕܡܢ ܫܢܐ, ad quam referendae ܫ, ܨ, ܣ, ܙ, quae a Syris orientalibus Amira p. 8 dicuntur ܡܫܪܩܢܝܬܐ, sibilantes. Huic classi grammatici syriaci adnumerant ܪ, quod tamen melius inter gutturales refertur. Alio nomine etiam ܙܡܪܢܝܬܐ

appellantur, spirantes, arabice ٱلْأَسَلِيَّةُ i. e. quae pertinent ad anteriorem linguae partem, أَسَلَة dictam.

Quinta: *Classis labialium,* ܫܦܘ̈ܢܝܬܐ, ٱلشَّفَاهِيَّة, ad quam pertinent ܒ, ܡ, ܘ, ܦ.

Adnot. 1. Vocibus memorialibus iisdem, quae in grammatica hebraea adhibentur, gutturales dicuntur ܐܚܗܥ, palatales ܓܝܟܩ, linguales ܕܛܠܢܬ, dentales ܙܣܨܫ, labiales ܒܘܡܦ. Omissa est consona ܪ.

Adnot. 2. Systema consonarum naturale haec exhibet tabula:

Gutturales { explosivae ܥ, ܐ.
continuae ܚ, ܗ.

Sibilantes ܨ, ܙ, ܣ, ܫ.

Dentales	ܛ, ܬ, ܕ	explosivae.	ܬ݂, ܕ݂	continuae.
Palatales	ܩ, ܟ, ܓ		ܟ݂, ܓ݂	
Labiales	? ܦ, ܒ		ܦ݂, ܒ݂	

Liquidae: guttur. ܪ, palat. ܠ, dental. ܢ, labial. ܡ.
Semivocales: guttur. ܐ, palat. ܝ, labial. ܘ.
Nasales: dent. ܢ, labial. ܡ.

Tertia labialis, quae hic deest, apud Aethiopes reperitur, Pait ጰ, et Acurensis مُقَرْقَعَة ܦ enumerat, de quo vide §. 16, XII, quod tamen nihil est nisi π graecum, Syris pronuntiatu difficillimum.

IV. De nominibus et ordine Litterarum.

Nomina litterarum et ordo Semitis septentrionalibus communia sunt, itaque quae hac de re dicenda sunt, ad grammaticam comparativam seu potius ad historiam Alphabeti pertinent, neque ad grammaticam singularum linguarum.

Adeant, qui hanc rem addiscere cupiunt Gesenii Monumenta Phoeniciae, Levy Phoenikische Studien, Boetticher Unseres Alphabets Ursprünge al.

Annot. Quanquam Syriaca lingua fere emortua est, et inter Syriae incolas viget jam dudum sermo Arabicus, plerumque tamen in Arabicis suis scriptis, praecipue in iis, quae ad religionem christianam spectant, propter Moslemorum odium *christianos*, quos dicunt, h. e. *Syriacos* characteres sibi servaverunt. Cum vero Arabica

lingua pluribus utatur litteris, quam Syriaca, has e more Arabum diacritico puncto supplere solent aliquot litteris apposito. Namque ض *Dhad* et ط *Ta* ab affinium litterarum figuris ܙ et ܛ formant in hunc modum ܙ̇ et ܛ̇ seu ܛ̈; deinde خ *Kha* littera ܟ exprimunt puncto subscripto, ergo ܟ̣ et ܟ̣, et غ *Ghain* nudo ܥ, ج *Gim* vero puncto litterae ܥ inscripto, nempe ܥ̇; ad litteras ث *Ta* et ذ *Dal* significandas ܬ et ܕ adhibent Arabicis ت *Ta* quoque et د *Dal* respondentia. Pro ة denique ponunt ܗ̈, at per incuriam in libris in tota hac re magna confusio invenitur, et attendendum est ad usum varium librariorum, Acurensis e. gr. ض reddit per ܛ̈ ايضا = ܐܝܛ̈ܐ, حضرة = ܚܛ̈ܪܗ̈.

§. 8.

Numerorum signa; numericus litterarum valor.

I.) *Numeri* Syri raro nominibus numeralibus, sed plerumque litteris indicare solent, ut in tabula litterarum (§. 7.) significatum est. Qua in re hanc viam ingrediuntur. Primis alphabeti litteris inde ab ܐ usque ad ܛ *unitates*, quae dicuntur, novem dein sequentibus a ܝ usque ad ܨ *decadas*, et reliquis *centurias* notant; ceteros denique numeros harum additione supplent. In unitatum vero cum decadibus et centuriis compositione eadem est litterarum pro numeris usurpatarum consecutio, quae in vocabulis legendis solennis est, a dextra videlicet sinistram versus, itaque maior numerus a dextra parte, minor a sinistra ponitur, ut ܝܓ = 13, ܝܚ = 18, ܠܐ = 31, ܬܡܕ = 444; nempe ܬ = 400, ܡ = 40 et ܕ = 4. Super numeros ita expressos et in Codd. mss. et in libris typis excusis distinguendi gratia linea scribi solet, ut ܫ̄ܛ̄ = 309.

II.) Ad numerum 500 et qui sequuntur exprimendum centurias ܩ — ܬ inter sese conjungunt, nam si ܩ = 100, ܪ = 200, ܫ 300, ܬ 400 sunt, 5 exprimitur per ܬܩ, 600 per ܬܪ, 700 per ܬܫ, 800 per ܬܬ, 900 per ܬܬܩ. Praetereo vero hunc in finem litteras ܢ, ܣ, ܥ, ܦ et ܨ adhibent, puncto uno singulis imposito, itaque

ܢ̇ = 500. ܣ̇ = 600. ܥ̇ = 700. ܦ̇ = 800 et ܨ̇ = 900.

Apposito enim puncto ex parte superiori quaevis littera decadem significans decies i. e. ad centuriae vim et potestatem evehitur, eodemque modo indicatur per ܝ̇ 100, ܟ̇ 200, ܠ̇ 300, ܡ̇ 400. Syri

itaque duplici modo centurias indicare possunt, ܩ, 100, ܩ̇; ܪ, 200, ܪ̇; ܫ, 300, ܫ̇; etc. *Millia* vero si vis Syriace exprimere, litteris subicias lineam a sinistra dextram versus obliquam, quae quamcunque litteram ornat, ad millenariam profert potentiam; quot enim unitates littera sola significat, totidem linea illa adjecta denotat millia, e. g. ܐ = 1000; ܒ = 2000; ܓ = 3000; ܕ = 4000 cet. ܛ = 9000 cet. Si ad numerum millenarium minores accedunt, Amira lineolam obliquam majori numero apponit, ita ܐܒ 1002, ܚܦ 8500, Isaac Sciadr. vero minori ܐܐ 1001, ܐܓ 1003.

Eaedem vero litterae horizontalem litteram habentes subscriptam *myriadas* exprimunt, itaque haecce linea quemvis numerum littera significatum cum decies mille multiplicandum innuit; e. g. ܐ = 10,000; ܒ = 20,000 etc. ܛ = 90,000; ܩ = 100,000; ܪ = 200,000; ܫ = 300,000 cet. ܨ = 900,000; ܒ = 1,000,000; ܪ = 2,000,000; ܫ = 3,000,000; ܬ = 4,000,000.

Hic quoque in numeris compositis Amira majorem numerum lineola horizontali ornat ܕܗ 40005, ܣܘ 600006, Isaac Sciadrensis minorem ܐܒ 10002, ܐܚ 10008.

Millia denique *myriadum* duabus lineis obliquis litterae subjectis signantur, ita ut littera quaeque tot myriadum millia indicet, quot sine illis lineis unitates exprimit; e. g. ܐ = 10,000,000; ܒ = 20,000,000; ܓ = 30,000,000; ܕ = 40,000,000 cet. ܩ = 100,000,000; ܪ = 200,000,000; ܫ = 300,000,000 cet. ܒ = 1,000,000,000; ܪ = 2,000,000,000; ܫ = 3,000,000,000, et ܬ = 4,000,000,000.

Denique si varia millia millium myriadum exprimenda sunt, duae lineolae obliquae, una supra, altera infra litteram pinguntur ita ܐ 10,000,000,000; ܒ 20,000,000,000 etc.

III.) *Numeros fractos*, qui dicuntur, ita scribunt, ut litterae numerali imponant lineolam obliquam a sinistra ad dextram ductam; e. g. ܐ = 1/1; ܒ = 1/2; ܓ = 1/3; ܩ = 1/100; ܬ = 1/400.

IV.) Rationem ab ea, quam ex Amira hausit Hoffmannus diversam, docet Joseph Acurensis Gram. p. ܩܫ sq. Is enim millia insignit non lineola obliqua ܐ = 1000 sed potius lineola horizontali ܐ = 1000. Centena millia duobus lineolis obliquis infra litteram pictis notat, quibus Amira insignit millia myriadum, itaque ܒ apud Josephum Acurensem sunt 200,000, apud Amiram vero

20,000,000. Quum Acurensis in definiendis centuriis rationem supra II attulerimus, jam restat ut signa millium apud eum usitata proponamus. Est igitur ܐ 1000, ܒ 2000, ܓ 3000 usque ad ܛ 9000, deinde ܝ 10,000, ܟ 20,000, ܠ 30,000, ܡ 40,000 usque ad ܨ 90,000 denique ܐ 100,000, ܒ 200,000, ܓ 300,000, usque ad ܛ 900,000. Majorum numerorum signa non dedit.

Apparet eum litteris ܐ — ܛ designare unitates, litteris ܝ — ܨ decades 10 — 90, litteris ܩ — ܬ simplicibus et inter se conjunctis centurias 100 — 900, litteris ܐ — ܛ millia 1000 — 9000, litteris ܝ — ܨ dena millia 10,000 — 90,000, litteris ܐ — ܛ denas myriades 100,000 — 900,000. Litteras compositas ita scribit[1]) ܐܕ 1004, ܐܝܛ 1019, ܐܡܙ 1047, ܐܣܐ 1061, ܐܩ 1100, ܐܩܡܕ 1144, ܐܬ 1400, ܐܬܩ 1500, ܐܬܬܩ 1900, ܝ 10000, ܩ 100,000, ܬ 400,000 denique ܬܩ 500,000.

V.) Sicuti Phoenices[2]) ita Aramaeos quoque antiquos ad numeros significandos adhibuisse signa peculiaria, Palmyrenae probant inscriptiones[3]) et codices Musei Britannici a Landio Anecdota syr. p. 94 enumerati. Haec signa vero, in codicibus saeculi 5 — 7 frequentiora, sunt postea neglecta. Etenim Palmyreni Romanorum more numeros 1 — 4 lineis modo rudius, modo accuratius scriptis signant 𐡹 = 1, 𐡹𐡹 = 2, 𐡹𐡹𐡹 = 3, 𐡹𐡹𐡹𐡹 = 4; deinde 5, 10 et 20 his signis 𐡽 = 5, 𐡾 = 10; et 𐡿 = 20; reliquos his conjunctis insigniunt e. c. 6 = 𐡹𐡽; 11 = 𐡹𐡾; 12 = 𐡹𐡹𐡾; 30 = 𐡾𐡿, 90 = 𐡾𐡿𐡿𐡿𐡿. Qua in conjunctione major numerus minorem praecedit, ut 12 = 𐡹𐡹𐡾, 54 = 𐡹𐡹𐡹𐡹𐡾𐡿𐡿. Centum vero et centena eadem figura exprimuntur ac 10, praemissis tamen unitatibus, ut 100 = 𐡾𐡹, 500 = 𐡾𐡽; mille denique signo numeri 10 geminando lineaque superscripta, ut 𐡾𐡾𐡹 = 1000. Unitates praemissae quot millia intelligantur indicant. Sicuti Palmyrenorum cifrae ex antiquioribus Phoenicum processerunt, a quibus in eo tantum sunt diversae, quod numerum 5 proprio signo notaverunt, ita et Syrorum seriora signa cum Palmyrenis cohaerent; nihil enim sunt nisi signa

1) Apud Acurens. p. ܩܡܓ typothetae neglegentia omissa est lineola sub ܐ ad designandum numerum millenarium.

2) Cfr. de eorum more numeros signandi *John Swintoni dissertation upon the Phoenician characters antiently used at Sidon* in *Philos. Transact.* T. L. p. 791 sq. Gesenii Mon. Phoen. I. p. 86.

3) Haec signa primus omnium *Swintonus* explicuit in *Philosoph. Transact.* T. XLVIII. P. 2. p. 721. 728 — 729. et 741.

S

noti

(3)

(4)

palmyrena, negligentius et celerius in charta picta. Notandum est, ex Landii sententia l. l. p. 95. numerum vicenarium, si non conjunctus est cum numero minore, duobus circulis oo scribi, quod ex palmyreno 3 processisse videtur, si vero cum minore numero conjunctus est uno circulo, llo = 22. Ipsum palm. 3 ex duobus = 10 + 10 exortum censeo. — Apparet 20 et 40 tali modo non posse distingui, et quomodo codices numerum 40 sine unitate addita scripserint Landius non docuit. Cf. adnt. 1 in tabula. Tabula exhibet signa hieroglyphica et demotica, in quibus signum numeri 20 proprium deest, signa Phoenicum, qui numerum 20 proprio signo scribunt. Sequuntur signa Palmyrena, quorum proprium est 5 = Y, denique signa recentiora. Medium inter hos ultimos numeros locum obtinent cifrae inscriptionis palm. capitolinae[1]), quas ex meo ipsius emplastro repeto, quod cl. Zangenmeister mihi dono dedit.

II. De Vocalibus.

§. 9.

De antiquissimis vocalium notis.

Cf. Hupfeld, Beleuchtung dunkler Stellen etc. in Studien und Kritiken, 1830.
H. Ewald, Abhandlungen zur oriental. u. bibl. Litteratur. Erst. Thl. Götting. 1832. p. 53.
Nöldecke, über die Mundart der Mandäer. Abhdlg. d. gött. Ges. Vol. X.

In notandis vocalium sonis Syri deinceps quatuor methodos adhibuerunt, inter sese maxime diversas. Quod tamen non ita instituerunt, ut sequior aetas ea deleverit, quae consuetudine jam recepta erant. Itaque factum est, ut vestigia omnium harum methodorum in orthographia, qualis nunc est, sint servata, quae hanc ipsam ob causam non recte perspicitur nisi originis semper justa habita ratione. Primum consonis quibusdam vocalium loco positis,

1) Swintonus repetiit Apographum *Montefalconii* L'Antiquit. expliq. T. II. pl. CLXXIX. cll. *Gruteri* Corp. inscriptt. p. 86, quod multis laborat vitiis. Iterum edidit hanc inscriptionem A. Georgi *Epist. de inscript. Palmyren. quae in Museo Capitol. adservantur* ad p. 52. Inserta est *Musei Capitolini contin. marmora anaglypha cum animadverss. cura Nic. Foggini* Tom. IV. Rom. 1784. Num. 18. Cf. Levy in Z. d. d. m. G. V. 18. p. 99. Ceterum de Syrorum cifris cf. Z. d. d. m. G. 16. p. 577. Journal of sacred. Litterature April 1863.

deinde uno puncto, variis locis picto, tum duobus punctis inter sese conjunctis vocalium et sonum et locum definiverunt, denique vocales graecas receperunt, seu infra seu supra lineam scriptas. Quae quum ita sint, consultissimum videtur primum singula systemata ordine historico describere, deinde totius vocalismi, qualis nunc est, conspectum proponere.

I. Antiquissimo tempore Aramaeos sicuti Phoenices solas consonas scripsisse nulla vocalium habita ratione ex utriusque dialecti monumentis epigraphicis constat. In inscriptionibus phoeniciis כהנם, חמשם, שלכם, פעמם scribitur, ubi postea כהנים, חמשים etc. inserto Yod positum est, eandemque rationem vides initam in ארן = אָדוֹן, ארנן = אֲדוֹנֵינוּ, צדן = צִידוֹן, צר = צוֹר et in multis aliis vocibus. Haud alio modo Aramaeos scripsisse cum per se maximam veri speciem habeat, tum comprobatur inscriptionibus e. gr. בעל שמן = ܒܥܶܠ ܫܡܰܝܢ Baʒal coeli, קרבת = ܩܽܪܒܰܬ, ut vult Levy, sed me judice ܩܽܪ̈ܒܳܬܳܐ שע = ܬܰܡܢ line, illine. Cf. dissert. mea Bemerkungen über bis jetzt bekannte aram. Inschriften.

Imperfectum hoc scribendi genus, etsi propter specialem linguarum semiticarum indolem facilius ferri potest, in quibus e forma grammatica ubique fere dijudicatur, quaenam vocalis ad quamque syllabam pertineat, parum habile fuit, ita ut ratio alia ineunda videretur, qua lectorum commoditati prospiceretur. Tali modi in omnibus linguis semiticis factum est, ut consonae vocalibus proximae ܐ, ܝ, ܘ vocalium loco scriberentur, ut harum consonarum auxilio lectores edocerentur, quaenam vocalis in quamque syllabam caderet. In plerisque dialectis vero hae litterae vocalibus longis indicandis tantum inserviunt, et perfectum hujus vocales scribendi rationis systema soli Mandaei elaboraverunt, Syri vero et Hebraei plerumque litteris *Yuđ* et *Waw* solis utuntur, apud quos 'Aleφ rarius adhibetur, Arabibus usitatissimum.

II. Specimina hujus scribendi generis exhibent inscriptiones Palmyrenae, aegyptiaco-aramaicae, Carpentoractensis, ubi legitur ܝܘܠܝܘܣ Julius, ܐܘܪܠܝܘܣ Aurelius, ܩܪܝܣܦܝܢܘܣ Crispinus, ܐܘܪܠܝܕܘܪܣ Aureliodorus, ܕܘܩܢܪܐ ducenarius, ܠܓܝܘܢܐ legio, ܡܐܟܣܝܡܘܣ Maximus, ܐܕܝܢܬ *Ὀδαίναθος*, אוסרי Osiris, ܗܓܡܘܢܐ *ἡγεμών* al.; ܪܒ ܫܘܩ agoranomus, *ἀγορανομήσας*, ܐܝܠܘܠ Elul, ܣܓܝܐܝܢ multi, ܐܩܝܡ exstruxit. ܢܗܝܪܐ *λαμπρότατος*, ܪܚܝܡ dilectus, ܒܪܝܟ benedictus, ܒܢܘܗܝ filii ejus, ܚܝܝܗܘܢ vita eorum, ܡܘܕܐ confiteor, voveo ܨܒܘܬܐ ornamentum, alia.

Apparet in vocibus vere syriacis ܐ non adhibitum esse, quod in Aureliod*o*rus et M*a*ximus exstat, itaque ܘ et ܝ tantum scripta sunt, et quidem non nisi in syllabis, quarum vocalis est longa. Seriore aetate littera ܘ ad breves quoque vocales designandas adhibetur, quo fit ut quantitas vocalium *ex sola scriptura* cognosci non possit, id quod in lingua arabica ubique fere fieri potest. Vocalem *ŭ* sine ܘ scriptam deprehendimus in ܠܚܡܪܗ = ܠܚܘܡܪܗ urbs sive vita et ܙܐܝܢ = ܙܘܐܝܢ, ܢܙܩ calamitas, Palmyr. 4, quae seriore aetate, si in libris scriptis invenirentur, non sine ܘ scripta essent. Uno loco et *ŭ* breve per ܘ expressum invenisse mihi videor in voce ܡܡܠܘܠܬܐ, qua adventum significari censeo, sed recte *ŭ* in ܠܐܠܗܗܢ dii eorum, ܐܒܘܗܢ pater eorum, sine ܘ legitur Palm. 3. Cf. Levy in Ztschrft d. dm. G. 18. p. 101.

Constat igitur ex his inscriptionibus vocales *ă* et *â* proprio signo ܐ in vocibus semiticis non scribi, sonos *î* et *ai* per ܝ, *û* et *au* per ܘ exprimi, qua in re tamen non ubique ea qua par est constantia scribae usi sunt e. gr. in suffixo pluris ܗܢ et ܗܘܢ. Praeterea memoria dignum videtur, statum constructum pluralis per ܐ scriptum obvium esse in vocibus ܚܝܐ ܐܚܘܗܝ vita fratris sui et ܒܢܐ ܒܢܘܗܝ filii filiorum ejus Palmyr. 2 et 16, quae tamen sculptorum potius vitia quam contractae per ê pronuntiationis ḥayê, bḙnê monumenta videntur.

Haec fuit orthographiae syriacae conditio medio saeculo post Christum natum tertio, ultima enim palmyrena inscriptio, quantum scimus, anno p. Chr. 267 exarata est.

III. Mandaeos sublata distinctione vocalium brevium et longarum, omnes exprimere consonis א, י, ו, quibus accedit ע supra indicavimus. Jam nunc accuratius eorum systema explicandum est.

1) Mandaei si paucas voces brevissimas et saepe obvias exceperis, omnes vocales per consonas homogenas scribunt pro *ă* et *â* igitur א, pro *i* י et pro *u* ו ponunt. Diphthongi *ai* litteris אי et *au* litteris או exprimuntur. Ita legitur חאזא ḥaza vidit, אמאר âmar dixit, אנא âna ego; תושביחתא tušbiḥta, laus, זיוא ziva splendor, בשומאיהון bḙšumaihun in nomine eorum, מראוראב mḙraurab exaltatum, נסאב nḙsab sumsit, אזלין 'âzlin abeuntes, נימאר nimar dicet, באיתא baita domus, מכאסאי mḙkasai tectus rell.

2) Vocales mixtae *e* et *o* in media voce per י et ו scribuntur, e. gr. נינהאר = ܢܶܢܗܰܪ, ניפקאת = ܢܶܦܩܰܬ processit fem. ניהויא = ܢܶܗܘܶܐ, נהורא nehora lux, יומא yoma dies, רורביא rorebi potentes.

In fine vocis *e* et *i* litteris יא reddi solet: ליא = ܠܝ mihi, אמארליא dixit ei, רביא rabbi multi, מאנדאייא Mandaji Mandaei, בריא = ܒܪܶܗ filius ejus, ברישיא = ܒܪܺܫܶܗ etc. Saepe pro יא in suffixo tertiae personae msc. singl. solum א ponitur e. gr. לא = ܠܶܗ illi, שיקלא = ܫܩܰܠܶܗ sumsit eum, קודאמא ante eum. At vice versa si verbum in vocalem *e* יא exiens cum sequenti pronomine coalescit in unam vocem, א non solet scribi, e. gr. איתיליא duxit me = ܐܰܝܬܺܝ + ܠܝ, ניהוילון sit illis = ܢܶܗܘܶܐ + ܠܗܽܘܢ, הוילאן esto nobis = ܗܘܺܝ + ܠܰܢ.

3) In initio vocis ă et â, sive est prima radicalis א seu ע, semper littera א exprimitur אדאם 'Adam, ארבא ărba quatuor, א מא mundus ܥܳܠܡܳܐ, אביד faciens ܥܳܒܶܕ, אבדא servus = ܥܰܒܕܳܐ, אבאד fecit.

E contrario *i*, *î* et ê semper per ע redduntur, sive prima radicalis est א seu י seu ע. Itaque scribitur עדא = ܝܺܕܰܥ novit, עדא = ܐܺܝܕܳܐ manus, עזיל = ܐܺܙܶܠ ito, עמא = ܐܶܡܳܐ mater, עבאד = ܐܶܥܒܶܕ faciam, עסאק = ܐܶܣܰܩ adscendam, עמאר = ܐܺܡܰܪ dicam, עבדאת = ܥܶܒܕܰܬ fecit fem., כוי עתחאשאב sicut cogitavit (Yušamin) = ܐܶܬܚܰܫܰܒ, ענגירתא = ܐܶܓܰܪܬܳܐ epistola.

Si particulae ב, ל, ו praecedunt vocem ab ע incipientem, ע retinetur, ועבידאתא et facta, נפאל בעדאיאן cecidit in manus nostras ܢܦܰܠ ܒܐܺܝܕܰܝܢ raro י scribitur e. gr. ב סקאת רורבא cum sigillo potentium = ܒܥܶܙܩܬܳܐ.

Denique *ŭ* et *û* plerumque עו raro sine ו scribuntur e. gr. עוראיתא = ܐܽܘܪܰܝܬܳܐ lex, עובדיא = ܥܒܳܕܶܐ facinora עותרא aeon, rarius עתרא.

Diphthongi *ai* et *au* ab initio positi אי et או scribuntur, איתיא adduxit, אותיב posuit, אינאי oculi mei. Radices primae ע et א cum semivocali per א scribuntur si semivocales ad *ă* accedit, אלאהא deus ܐܰܠܳܗܳܐ, אראב occidit = ܥܪܰܒ, per ע si semivocales ad ĕ accedit עתית veni = ܐܶܬܺܝܬ.

Adnot. Aliquando ע etiam in media voce et in fine pro *e* et *i* scribi, haec exempla docent: הע = ܗܺܝ ea, לע = ܠܝ mihi, שאלמאנע pacifici, לישאנע linguae, מעשמא audimus, בעלא = ܟܠܳܐ modus al. In radicibus tertiae Yud, ne compluria י conveniant primo

loco *y* interdum scribitur מצעייא = ܡܨܶܝ̈ܳܐ, δυνάμενοι, שרעיא = ܫܳܪ̈ܝܳܐ fem. habitans. Mira litterarum profusio in ניעירינ = נירינ Mars cernitur, ניעיול = ܢܶܥܘܽܠ intrabimus, ואכיעין = ואכין puri.

IV. Ad propriam Syrorum antiquissimorum scripturam redeuntibus vix monendum est de defectibus primitivi illius systematis, neque quisquam mirabitur cogitasse illos de perficienda vocalium notatione, quod adhibito uno puncto bene illis cessit. Scilicet puncto consonae superscripto vocales *ă*, *â* indicaverunt, puncto infra lineam picto vocalem *ĭ*, quae in syllabis clausis in *ĕ* commutata est, ita ut punctum hoc nunc etiam sonum *ĕ* significet, ܡܰܢ igitur est *man* quis, ܡܶܢ *men* praepositio *a*, *de*. Praeterea vero ex orthographia Qoranorum cuficorum (De Sacy Not. et Extr. VIII. p. 310) recte concludes, vocalem *u* quondam puncto in ipsa linea posito expressam fuisse, quod et in hebraeo ֻ locum habet, nam Arabes a Syris cum litteris et vocalium signa accepisse admodum probabile videtur. De puncto consonas vocali destitutas insigniente (še̥βå hebr.) vide §. 21, II.

Hoc systema deinde conjunctum est cum priore illo, in quo ܝ et ܘ tantum scribebantur, et ܘ quidem non solum in syllabis longis verum etiam in brevibus, quod supra diximus. Quum vero in designando *u* puncti juxta litteram ܘ positio difficultatem quandam praeberet, hoc quoque punctum seu infra seu supra ipsam litteram ܘ posuerunt, quia tali modo nec cum *ă* nec cum *ĭ* potuit confundi. Infra lineam positum *ū*, supra *o* = *ŭ* denotat. Diphthongi *ai* et *au* denique ita scribebantur ut punctum vocalis *a* vices gerens super litteram eam poneretur, quae praecedebat ܘ et ܝ. Exempla haec rem illustrabunt:

1) Vocales *ă*, *â*, ܫܰܢܬܳܐ š*a*ttå annus, ܡܰܢ m*a*n quis, ܡܰܢܘ m*a*nu quis, ܩܰܕܶܡ q*a*ddem, ܐܶܬ݂ܟܰܬܰܒ eϑk*a*ttab scriptum est, ܢܰܠܦܽܘܢ n*a*lle̥φun docebunt, ܚܰܟܺܝܡ ḣ*a*kkîm sapiens, ܚܰܪܳܫܳܐ ḣ*a*rråšå, ܣܺܝܳܡܳܐ se̥y*å*må positio, ܐܳܡܰܪ ʼ*å*mar dicens, ܩܳܛܽܘܠܳܐ q*å*ṯulå interfector, ܦܽܘܚܳܡܳܐ puḣ*å*må comparatio, ܢܰܦ̮ܫܳܬ݂ܗܽܘܢ n*a*φš*å*ϑhun animae eorum (Eus. Theoph. ed. Lee III. ܟܠܗ), ܟܽܠܳܗ kull*å*h, ܗܳܢܽܘܢ h*å*nun.

2) Vocales *ĕ* (*ĭ*), *î*, *ê*, ܡܶܢܢܬ݂ܳܐ m*e*nne̥ϑå chorda, ܡܩܰܘܶܐ me̥q*a*ww*e* durans, ܐܰܘܠܶܕ åul*e*ḋ genuit, ܚܳܫܶܫ ḣå*ʼe*š patiens, ܫܰܠܶܡ šall*e*m, ܢܩܺܝܡ ne̥q*î*m exstruet, confirmabit, ܒܺܝܫܳܐ β*î*šå malus, ܥܨܺܝܨܽܘܬ݂ܳܐ ʒe̥sîsuϑ se̥φwåϑå compressio labiorum, ܫܒܺܝܥܳܝܳܐ še̥b*î*ʒåyå septimus, ܐܝܠܢܐ

ilânâ arbor, ܐܣܝ *âssi* curavit, ܒܥܝܢ *bâ'ên* quaerentes, ܚܙܝܢ *hâzên* videntes, ܩܢܝܢ *qânên* acquirentes, ܢܣܝܗܘܢ *nihun* al. Apparet *ĭ* breve sine ܝ in antiquiore scriptura expressum, hic solo puncto indicari, *î* contra longum et ê, in antiqua scriptura per ܝ redditum in secundo hoc systemate exprimi puncto cum Yud conjuncto.

3) Vocales ŭ û, ܚܘܒܐ *hŭbbâ* amor, ܥܘܒܐ *'ûbâ* sinus, ܐܘܪܚܐ *'ŭrhâ* via, ܠܒܘܫܐ *leβûšâ* vestitus, ܡܠܟܘܬܐ *malkuϑâ* regnum, ܕܡܘܬܐ *demuϑâ* similitudo, ܬܚܘܡܐ *tehumâ*, ܣܗܕܘܬܐ *sâhduϑâ* testimonium, ܛܘܪܐ *turâ* rupes, ܡܢܘ *manu* quis Jud. 9, 28, imo ܡܢܘܗܝ Esth. 3, 2. At quod diximus, punctum etiam super lineam pingitur, praecipue in suff. ܗܘܢ et ܟܘܢ et in 2. prs. fut.; cujus rei exempla haec sint: ܠܐ ܬܛܡܐܘܢ ܢܦܫܬܟܘܢ *lâ ϑetammeûn naφšâϑeχun* ne inquinetis animas vestras, ܒܗܘܢ *behun* in illis, ܐܠܗܟܘܢ *âlâheχun* deus vester, ܬܬܩܕܫܘܢ *teϑqaddešun*, sanctificemini, ܬܗܘܘܢ *tehwun* sitis etc. cf. Levit. 11, 43 ed. Lee; ܐܪܢܘܢ *ârnun* fluvius Arnon Jos. 13, 9, ܕܝܒܘܢ Dibon, ܥܡܘܢ Ammon, ܐܢܘܢ Jos. 11, 17, ܢܡܘܣܟ *nâmusâχ* ps. 118, 34 lex tua etc. Punctum supra ܘ proprie vocalem *o* = *ŭ* designare, infra demonstrabitur, itaque pro hoc *ŭ* recentioris pronunciationis, antiquitus *o* dicebatnr.

4) Diphthongi *ai*, *âi* et *au*: ܗܝ *hâi* illa, ܐܝܕܐ *âidâ* quae, (contra ܐܝܕܐ *îdâ* manus, ܗܝ hi ea), ܐܝܟܐ *âikâ*, ܠܝܬ lait non est quomodo, ܥܘܠܐ *'aulâ* iniquitas Jud. 9, 24; sed ܦܪܥܘܢ = فِرْعَوْن Pharao Exod. 1, 19, 22 saepius, tamen *φer'on* pronuntiandum censeo, punctum enim supra ܘ ponitur nec supra litteram praecedentem, pertinet igitur ad secundam vocalis *u* scriptionem.

In universum de hoc systemate monendum est, ne punctum, de quo egimus confundatur cum alio puncto diacritico cujus usus est frequentissimus in distinctione personarum verbi, punctum enim id, de quo egimus non pertinet nisi ad vocalium notationem, alterum, de quo modo dicturi sumus adhibetur ad distinguendas formas verborum grammaticas iisdem consonis scriptis, et exortum est ex antiquo puncto, quo tanquam *šeβâ* quiescente Syri utebantur ad notandas consonas vocali destitutas §. 21, II.

V. Quodsi quis quaerit, *quando* et *quo loco* primum haec vocales notandi ratio sit inventa, historiae testimoniis destituti, nihil certi hac de re proferre possumus, sed non in errore versari nobis videmur, si statuimus, hoc scripturae incrementum deberi

scholae Edessenae. Quamvis quo tempore scriptores illo uti coeperint, dici nequeat, tamen *quarto* jam *saeculo* usu est receptum, quin etiam de eo fortasse jam *Ephraemus* (IV saec.)[1]) locutus est. Qualis saeculo quarto exeunte scriptio vocalium fuerit, docet codex ille Musei britanici add. 12150, anno p. Chr. 411 Edessae exaratus, e quo Recognitiones Clementinas De Lagardius edidit. Rara sunt puncta, solum Ribbuy frequentius adest, sed ubicunque vocales notantur id ipsum systema, de quo hucusque egimus, cernitur. Habes enim ܫܢܝܐ = ܫܢ̈ܝܐ Recogn. p. ܝܗ, 5, murus, ܕܥܬܝܕܝܢ 16, 21, ܣܘ l. 16 = ܕܥܬܝ̈ܕܢ futurae, ܚܝܐ = ܚܝ̈ܐ, ܒܫܢܬܐ = ܒܫܢܬܐ, ܗܘܝܢ = ܗܘܝܢ, cet. in quibus å longum puncto indicatur, idem punctum illud in ܣܬܘܢܐ = χειμῶνα pro quo codex recentior ܣܬܘܬܐ praebet p. ܝܡ l. 16 significare censeo. Deinde ă breve in ܝܕܥܬ = ܝܳܕܥܰܬ sciens tu yåδʿat ib. l. 17 exstat, eodem modo in ܬܐܠܦ = ܬܐܠܦ docebis? p. ܓܙ l. 17, ܥܒܕܢ = ʿaβdan fecit nos p. ܗܒ, 17, ܕܝܠܐ = ܕܝܠܐ p. ܓܙ l. 5. ܗܘ = ܗܘ saepius, ܟܠ omnis p. ܝܡ l. 16; ܢܗܘܘܢ = ܢܗܘܘܢ saepius, ܢܬܠܘܢ = ܢܬܠܘܢ p. ܝܕ l. 22, ܢܬܦܪܫܘܢ = ܢܬܦܪܫܘܢ p. ܗܕ l. 21, ܠܗܘܢ saepe, ܢܬܩܛܠܘܢ p. ܗܝ l. 2, imo ܣܦܪܘܢ, quod supra attulimus p. ܣܗ l. 32. Vocalem *u*, quam exceptis verbis ܟܠ et ܡܬܠ, consona ܘ ubique indicat, insuper puncto infra lineam posito insignitam non inveni. Quodsi in ܡܕܡܝܢ p. ܓܗ l. 26 vocalis *e* puncto superiori expressa videtur, statuendum potius est, punctum illud monere de genere suffixi feminino, nam ex primitiva forma suffixa fem. singl. tertiae personae ܗ̇ = åh, cui ex sua natura vocalis å, ideoque et punctum superius convenit, id ipsum punctum superius ad omnia suffixa 3. pers. fem. tanquam punctum diacriticum, quo a masculinis distinguantur, translatum est, etiamsi illa suffixa vocali å non utuntur. In participiis passivis ܟܬܝܒܐ p. ܝܡ l. 15, ܫܪܝܪܐ p. ܝܟ l. 28 punctum consonae Yuδ superscribitur, quod nescio, an sit punctum diacriticum participiorum, antiquo tempore fortasse et passivis additum cf. §. 21. an ex analogia puncti illius expli-

---

1) Opp. Syr. T. I. p. 184. E. legimus ad Gen. XXXVI. 24: ܐܪܡ ܒܡܕܒܪܐ ܝܡܡܐ ܕܐܫܟܚ ܝܡܡܐ ܕܐܫܟܚ ܒܡܕܒܪܐ ܝܡܡܐ ܐܫܟܚ ܒܟܬܒ̈ܝܗܘܢ ܕܬܪ̈ܬܝܢ ܕܝܬܩ̈ܐ. ܡܟܐ ܝܡܡܐ ܐܝܟ ܐܢܫܝܢ ܕܣܒܪܘ ܐܢܫ̈ܝܢ ܡܢ ܠܐ ܝܕ̈ܘܥܐ. *Attinet scire, nos hucusque* ܝܡܡܐ *invenisse in utroque testamento, neque* ܝܡܡܐ, *uti putarunt nonnulli imperitorum.* Quomodo enim Ephraemus utramque vocem distinguere poterat nisi puncto, vocales indicante, quod sub Ephraemi mortem sine dubio notum erat? Ceterum quaeri potest an scholium illud sit genuinum, ideoque in textu *fortasse* diximus.

candum, quod super ܘ scribitur, ceterum et punctum infra ܒ݂ in hoc codice est rarissimum.

Omnia igitur, quae hucusque diximus de vocalium historia hisce duabus sententiis comprehenduntur: Saeculo p. Chr. tertio medio inscriptiones *lapidibus incisae*, — quales fuerint codices ignoramus — vocales solum per ܘ et ܝ (aliquando ܐ) exprimunt, punctum non adhibetur nisi ad distinguendum ܪ riš a ܕ dålaϑ; ineunte saeculo quinto vocales uno puncto vario modo sed raro posito significantur. Eodem tempore punctum litterae ܕ dålaϑ diacriticum adest quidem, sed saepe omittitur, praesertim si aliud punctum cum illo conjungendum est, cf. ܒܡܫܝܚ Recognit. p. ܡܗ l. 21, ܣܗ l. 16. Reliqui libri ex eodem codice editi eandem monstrant punctationis indolem, Eus. Theoph. ed. Lee e. gr. talia praebet ܦܩܕܬ, ܢܦܩ, ܢܫܬܒܩ, ܦܬܓܡܐ; ܒܥܒܕܗ opus, ܨܝܕܐ venator; ܢܣܒ, ܢܗܘܐ, ܬܗܘܢ; ܨܒܝܢܐ IV. cap. ܗ Eus. Martyr. Palaest. ed. Curet. p. ܡܗ, in suffixo I. prs. plur. ܗܘܝܢ, ܐܡܪܝܢ, ܗܘܝܢ et ܗܘܝܢ; ܥܘܠܐ = ܥܘܠܐ infans Theoph. I. cap. ܚܙܐ, ܐܢܬܘܢ, ܕܒܩܕܘܢ, ܫܡܥܬܘܢ; ܬܘ venite, ܕܝܢܐ judex, ܡܬܚܡܬܢܐ iracundus Martyr. p. ܐ.

Bina puncta in ܦܩܕ Theoph. cap. ܐ, ܚܙܐ ib. cap. ܗ et ܚܙܐ ib., ܗܘܐ Joh. Eph. p. 18, *si primae manui debentur*, ita intelligenda sunt, ut punctum superius vocalem *a* indicet, inferius tempus perfectum et tertiam personam.

Haec mansit vocalisationis syriacae conditio, donec a Jacobo Edesseno (circa 700) perfectior sit reddita, et egregium exemplar hujus scriptionis praebet codex Histor. ecclesiasticae Johannis Ephesini a Curetono editus (Oxoniae 1853) qui hunc librum anno 688 exaratum esse conjicit. Transscribo lectoribus ex eo specimen, ut ipsi judicare possint de sententia mea, puncta vario modo posita vocalium esse vicaria, qua in re tamen ad id velim attendant, puncta illa haud raro non recto loco esse posita, sed ad praecedentem seu sequentem consonam rejecta; praeterea moneo ne puncta diacritica verborum confundant cum vocalium signis. Vocales in columna dextra signis graecis expressi, puncta verborum intacta reliqui.

Joh. Eph. ed. Cureton p. 57 cum punctis.

ܟܕ ܕܝܢ ܐܟܠܢܐ ܛܘܒ. ܗܘܐ
ܟܠܕܗ ܫܘܠܛܢܗ ܐܝܟ ܐܠܟܣܢܕܪܝܐ
ܫܘܠܛܢܗ ܕܦܛܪܝܪܟ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ.
ܗܘ ܕܡܥܡܘܪܢܗ ܘܡܠܝܟܘܬܗ ܗܘܐ
ܒܡܘܩܕܐ ܟܢܫܐ. ܗܢܐ ܕܒܫܘܪܝܐ ܕܗܘܐ
ܟܡܐ ܠܗ ܠܦܘܩܕܢܐ ܡܫܡܫ. ܟܕ ܬܐ
ܕܡܬܡܠܟܢܐ ܐܦܣܩܘܦܐ ܘܠܦܛܪܝܪܟܐ ܦܩܕܗܘܢ
ܗܘܬ. ܘܫܡܫܢܐ ܘܦܬܓܡܐ ܕܠܐ
ܡܬܪܢܝܢ. ܬܘܒܗܘܢ ܓܒܪܐ ܟܠ ܚܕܐ
ܢܥܒܕ.

Idem locus cum vocalibus graecis.

ܟܕ ܕܝܢ ܐܟܠܢܐ ܛܘܒ.[1] ܗܘܐ
ܟܠܕܗ ܫܘܠܛܢܗ ܐܝܟ ܐܠܟܣܢܕܪܝܐ
ܫܘܠܛܢܗ ܕܦܛܪܝܪܟ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ.
ܗܘ ܕܡܥܡܘܪܢܗ ܘܡܠܝܟܘܬܗ ܗܘܐ
ܒܡܘܩܕܐ ܟܢܫܐ. ܗܢܐ ܕܒܫܘܪܝܐ ܕܗܘܐ
ܟܡܐ ܠܗ ܠܦܘܩܕܢܐ ܡܫܡܫ. ܟܕ ܬܐ
ܕܡܬܡܠܟܢܐ ܐܦܣܩܘܦܐ ܘܠܦܛܪܝܪܟܐ ܦܩܕܗܘܢ
ܗܘܬ. ܘܫܡܫܢܐ ܘܦܬܓܡܐ ܕܠܐ
ܡܬܪܢܝܢ. ܬܘܒܗܘܢ ܓܒܪܐ ܟܠ ܚܕܐ
ܢܥܒܕ.

§. 10.

De duplici puncto vocalium vicario deque graecis vocalibus a Syris mutuatis.

Cfr. Sebaldus Ravius de eo, quod Arabes ab Aramaeis acceperunt. Joh. Lorenz Isenbiehl vom Gebrauch des syr. puncti diacritici bei den Verbis. Goettingen 1773. 4. J. D. Michaelis dissert. de Syrorum vocalibus ex Ephraemo. Goetting. 1763. 4. Assemanius ex Barhebraei grammatic. majori et lib. IX. Chronic. in Bibl. Orient. T. I. p. 64. 477—478. 521.

I. Ex iis, quae hucusque de historia signorum vocales indicantium diximus, constat, satis accurate tres vocales primarias *a*, *i*, *u* insignitas fuisse, sed toto in systemate quantitatis nulla omnino habita est ratio. Quantitatem igitur indicaturi novam excogitavere Syri scriptionem, antiquiori illi puncto alterum conjunxerunt, ita ut duplici puncto varii vocalium soni clarius indicarentur. Cujus scripturae amplificationis non auctor sed propagator (Ass. B. O. II, 307) Jacobus Edessenus videtur fuisse, nam jam ante Jacobum passim bina puncta adhibita videmus. Paulus enim Antiochenus, presbyter Syrus, Graecorum quoque scripturam ab

1) Bina puncta in ܛܘܒ. etc. non ad vocalium notationem pertinent, sed ad interpunctionem, puncta infra formas verborum, ܗܘܐ, ܢܥܒܕ sunt diacritica personarum etc., denique bina puncta in ܐܦܣܩܘܦܐ initium monstrant excultioris punctationis, cujus vestigia etiam in Eus. Theophania invenimus.

initio mancam fuisse, sensimque novis litteris adjectis ad majorem pervenisse perfectionem, prisca traditione certior factus, *Jacobum Edessenum* († 710), tunc temporis de patrii sermonis cultura longe meritissimum (Assem. B. O. I, 477.) rogavit, ut quae in Syrorum scriptura desiderarentur, suppleret; quod ille, quamvis utile esse videret, consulto quidem recusavit, ne libri antiquo et imperfecto scripturae genere exarati interirent; punctum tamen antiquum geminans varieque ponens *septem vocalium signa* fecit, quae a Nestorianis usque ad hunc diem adhibentur et quibus aliquot typographi utuntur.

Singularum vocalium designationem his punctis effectam vid. § 11, 2.

II. Perutilis autem ista Jacobi inventio communem auctoritatem non adepta est; etenim *Theophilus Edessenus*, *Maronita* (anno 785 p. Chr. nat. obiit), cum *Homerum Syriace verteret*, quinque vocales Graecas, figuram modo earum nonnihil mutans, recepisse dicitur, quibus Syriaca verba facillime pronuntiari possent. Graeca haec vocalium signa praeter Nestorianos omnes Syri adhibere solent, quod tamen non ita intelligendum est, ac si puncto duplici omnino abstinerent, saepe enim et bina puncta in Mss. Jacobitarum et Maronitarum inveniuntur. Ceterum Theophilum Edessenum primum graecas vocales libris syriacis inseruisse omnino non constat; nulla enim alia re nititur, nisi conjectura, quam Assemanus non improbabilem vocat B. O. I. p. 64, 521, 607, III, II. 378, et communi Syrorum recentiorum opinione, „quo argumento debilius nihil esse potest" (Wiseman Hor. syr. p. 182). Quod si vero Wisemanus l. l. Jacobum Edessenum graecas vocales introduxisse conjicit, hoc argumentis firmis probasse non videtur. Nam cum Edessenus in epistola de orthographia syriaca et de *punctis* (ܥܠ ܫܪܝܪܐ ܫܘܡܠܝܐ ܘܢܘܩܙܐ Assem. B. O. I. p. 478) loquatur de punctis imo de *punctis inter sese conjunctis* (ܢܘܩܙܐ ܐܘ ܫܘܡܠܝܐ ܕܡܠܟܐ ܢܘܩܙܐ ܐܘ ܡܠܟܐ ܕܡܫܡܠܝܐ) non de vocalibus graecis cogitavit sed de propria Syrorum ab ipso inventa punctatione. Ex Syrorum modo a dextra ad sinistram scribendi, vocalium quibus plurimi scriptores utuntur, figura explicatur; graecae enim litterae inversae sunt. Ita si more Syrorum litteras Graecas unciales scribis Α Є Η Ο Υ apud quos omnia ad sinistram protrahuntur, haec exoritur forma ܵ = Α, ܸ = Є, ܹ = Η, ܿ = Ο, ܼ = Υ, prouti in libris Syriacis reperiuntur.

Antiquissimum codicem, anno 861 Edessae exaratum, qui praebet vocales graecas descripsit Assemanus in B. O. I. p. 63, quinque ibi obviae sunt figurae ܰ ܳ ܶ ܺ ܽ, diphthongus *au* simplici ܰ cum ܘ conjuncto exprimitur. Alius codicis specimen, qui habet vocales graecas, et quidem modo ceterum inusitato praebuit Wisemanus in Horis syrr. Insignis est liber, quod diphthongos non uno A cum ܘ et ܝ conjuncto notat sed graecis diphthongorum litteris, sinistrorsum pictis; eodem modo pro *u* ibi legitur *ου*. Exempla affero haec: ܐܘܟܡܢܗ, ܐܘܟܡܢܪ, ܣܘܪܐܩܘܣܐ = Συράκουσα, ܡܘܡܝܢ, in suffixo ܡܘܗܝ, ܒܘܠܘܛܝܣ = *βουλευτής* al. Codex saeculi noni exeuntis apud Landium (Anecd. tab. XVI. spec. 78) diphthongos quidem, si ex brevissimo specimine judicare licet, una tantum vocali notat, verum *u* indicatur signo ܽ.

Annot. 1. *I. D. Michaelis* iam ante Theophilum in *versione Philoxeniana*, quae cum superstitiosa diligentia sonos Graecos reddit, graecas vocales adjectas esse putat, sed argumentis hoc non probavit, *Assemani* potius sententia ex Barhebraeo desumta accipienda est. *Opitius* atque *Cellarius* illam vocalium figuram, quae punctis absolvitur, pro *recentiore* habent, contrarium *Hermann de Hardt*, et uterque *Michaelis* recte tuentur.

Annot. 2. *Nestoriani* vocalium figuris Graecis uti non solent, sed earum loco puncta adhibent, quae utrum eadem sint, quorum auctorem Jacobum Edessenum referunt, necne ambigitur; cum vero scripturam et pronuntiationem antiquam retinerent[1]), hac quoque in re prisca potius servasse, quam prorsus nova quaesivisse videntur.

Annot. 3. Cum lingua Syriaca inde a XIII saeculo in desuetudinem laberetur, quamvis in rebus sacris a christianis conservaretur, etiam inter clericos ejus usus in dies diminuta est, ita ut haud dubie etiam sacerdotes ipsi ne verbum quidem eorum quae legebant in ecclesia intelligerent. His autem adjuvandis, ut verba haud intellecta rectius pronuntiarent, *Gabriel Heva Maronita* saeculo XVIII orthographiam mutare, litterasque ad vocales designandas substituere temere est conatus; semivocalibus enim diverso modo scriptis quinque vocalium figuras efficere studuit, quippe qui pro *ă curvam*, pro *å rectam* litterae 'Aleφ figuram, pro *i* Yuδ, pro

1) Assem. Bibl. Or. T. III. P. II. p. 378. cfr. §. 4, 8.

U Waw, pro *E* 'Alep *cum puncto* sinistrorsum posito (·ܐ) adhibuit. Quod consilium in *libro Psalmorum Davidis* idiomate Syro ex typographia Petri Ferri Romae 1737 edito expedivit; an vero anagnostae ejusmodi libris uti coeperint, valde dubitamus.

Libri, quos typis excusos habemus, alii Graecis vocalium figuris, alii punctis instructi sunt, alii utramque punctationem miscent, alii denique vocales prorsus non indicant; chrestomathiae vero in tironum usum factae textus et punctatos et punctorum auxilio destitutos offerunt.

§. 11.

Conspectus vocalium.

Vocalium figurae, nomina et potestas.

I. Vocalium signa in plurimis Syrorum grammaticis adhuc editis *quinque* sunt, *duplici*, ut diximus, *figura* picta, Syriaca scilicet, quae punctis vocalem exprimit, et Graeca. Cum tamen ipsi Amira et Sciadrensis re vera non quinque sed quantitatis ratione habita octo vocales enumerent, qui in libris veteribus melioris notae adhibentur, nos omnes in sequenti tabula propositi sumus. Apparet neglecta quantitate quinque tantum vocales restare, quarum signa graeca columna dextra praebet, iisque respondent quinque syriaca si *ĕ* et *ĭ* et *o* (ܘ) non curantur, quod in libris impressis factum est. A nonnullis nominantur ܡܰܡܠܠܳܢܝܳܬ݂ܳܐ *φωνήεντα* et consonantes contra ܕܠܳܐ ܩܳܠܳܐ *litterae sine voce*[1]); ab aliis vocales appellantur ܙܘܳܥܶܐ = حركات *motus* aut ܢܶܩ̈ܫܶܐ *soni*, quia ipsae per se sonent

1) *Amira* hanc divisionem non probat, sibi id non placere dicens, quod doceat David, Pauli filius, de litterarum divisione in ܡܰܡܠܠܳܢܝܳܬ݂ܳܐ et ܕܠܳܐ ܩܳܠܳܐ, addit tamen illius grammatici explicationem: ܡܰܡܠܠܳܢܝܳܬ݂ܳܐ ܕܶܝܢ ܡܶܬ݂ܩܰܪ̈ܝܳܢ ܡܶܛܽܠ ܕܗܶܢ̈ܶܝܢ ܡܶܢܗܶܝܢ ܘܰܒ݂ܗܶܝܢ ܡܫܰܡܠ̈ܝܳܢ ܩܳܠ̈ܶܐ : ܘܠܳܐ ܣܢܺܝܩܳܢ ܠܰܚܒ݂ܺܝܪ̈ܳܬ݂ܗܶܝܢ ܒܫܽܘܡܠܳܝܳܐ ܕܢܳܩ̈ܫܳܬ݂ܳܐ ܕܩܳܠ̈ܰܝܗܶܝܢ : ܐܶܠܳܐ ܚܕ݂ܳܐ ܚܕ݂ܳܐ ܡܶܢܗܶܝܢ ܡܶܢܳܗ ܘܠܳܗ ܡܫܰܡܠܝܳܐ ܠܗܶܓ݁ܝܳܐ ܕܝܳܠܳܗ . ܗܳܠܶܝܢ ܕܶܝܢ ܕܡܶܬ݂ܩܰܪ̈ܝܳܢ ܕܠܳܐ ܩܳܠܳܐ ܡܶܛܽܠ ܕܠܳܐ ܡܫܰܟ݂ܚܳܢ ܒܰܠܚܽܘܕܰܝܗܶܝܢ ܠܡܫܰܡܠܳܝܽܘ ܩܳܠ̈ܶܐ ܐܰܝܟ݂ ܡܰܡܠܠܳܢܝܳܬ݂ܳܐ܀ i. e. *vocales autem vocantur, quoniam ipsae ex se et per se voces perficiunt, et non egent sociabus suis in completione pulsantium vocum suarum* (in complendis s. perficiendis vocum suarum sonis), *sed unaquaeque illarum ex se et sibi perficit syllabam suam; illae autem* (litterae consonantes) *quae vocantur sine voce*, (*ita nominantur*) *propterea quod non possunt solae perficere voces sicut vocales.*

et consonantes per eas moveantur; deinde ܣܝ̈ܡܳܬܐ *positiones*, *appositiones*, quod litteris apponantur et ܢܘܽܩܙܶܐ *puncta*, quia punctis consistant.

II. Ex iis quae §. 10, 1 diximus constat binis punctis Syros non vocales tantum distinxisse verum etiam earum quantitatem indicasse, jam quum in vocalibus *a*, *e*, *i*, *u* quantitatem vario modo notaverint octo exoriuntur vocalium signa syriaca, quibus tamen quinque duntaxat graeca respondent.

Vocalium notas uno conspectu exhibet haec tabula:

		fig. syr.	nomen		signa graeca
I Vocalis *a*	ă breve	◌ܰ	ܦܬܳܚܐ	peϑâhâ	◌ܲ
	â longum	◌ܳ	ܙܩܳܦܐ	zeqâφâ	◌ܵ
II Vocalis *i*	ĭ breve	◌ܺ	ܚܒܳܨܐ ܟܰܪܝܐ	heβâsâ karyâ	◌ܻ
	î longum	◌ܺܝ	ܚܒܳܨܐ ܐܰܪܺܝܟܐ	heβâsâ ârîχâ	
III Vocalis *u*	o, *δίχρονον*	◌ܽ	ܥܨܳܨܐ ܟܰܪܝܐ	ʿesâsâ karyâ	◌ܽ
	u, *δίχρονον*	◌ܘܽ	ܥܨܳܨܐ ܐܰܪܺܝܟܐ	ʿesâsâ ârîχâ	
IV Vocalis *e*	ĕ breve,	◌ܶ	ܪܒܳܨܐ ܟܰܪܝܐ	reβâsâ karyâ	◌ܸ
	ê longum	◌ܶ	ܪܒܳܨܐ ܐܰܪܺܝܟܐ	reβâsâ ârîχâ	

Diphthongi *ai*, *åi*, *au* ita exprimuntur, ut vocalium signa ◌ܰ, ◌ܲ, ◌ܳ, ◌ܵ ei litterae superscribantur, quae cum diphthongo efferenda est, secunda diphthongi pars, *u* et *i* per ܘ et ܝ indicatur, habes igitur ܐܰܝܢܐ seu ܐܲܝܢܐ = åinå, ܗܳܝ seu ܗܵܝ hâi, ܝܰܘܡܐ seu ܝܲܘܡܐ yaumå.

Adnot. Octo syriaca signa ex Amira et Sciadrensi dedimus, qui tamen ipsi non octo sed quinque tantum linguae syriacae admittunt vocales, eas nempe quas litteris graecis insigniunt, assentientibus Ecchellense et Acurense, et hoc re vera sufficit, cum in legendo a Syris syllabae longae et breves, excepto ◌ܲ et ◌ܵ, qui variis signis exprimuntur, non distinguantur, quod docet Amira p. 37. Ex hac pronunciationis neglegentia deinde exorta est neglegentia scribendi, ita ut „multi scriptores puncta illa bina parvula faciant esse communia“ (Amira l. l.) eandemque figuram pro vocalibus longis et brevibus adhibeant. Attamen, quae Amira dicit ad malos tantum scriptores pertinere, cum boni accuratissime vocales *o*, *u*, *ĭ*, *î*, *ĕ*, *ê* distinguant, paucis exemplis hoc loco juvat demonstrare simulque monere, *ut ii, qui libros syriacos typis exscribi*

curant, operam dent ut accurata librorum manu scriptorum punctatio in editionibus impressis servetur, quippe quae revelet pronunciationis antiquae mysteria, et clarissime doceat, quae ratio in rebus etymologicis intercedat inter varias Semitarum dialectos.

1) Vocalem ŏ et ô punctum supra ܘ̇ indicat; itaque in imperativis verborum formae ܩܛܘܿܠ qeṭŏl quorum ŏ est breve = اُقْتُلْ קְטֹל Nomenclator syro-arabicus Eliae bar Šinâyâ (Cod. Goth. 1091) scribit: ܫܬܘܿܩ = اُسْكُتْ tace, ܗܦܘܿܟ = اِقْلِبْ كُفّ inverte, ܢܩܘܿܒ = اُنْقُبْ, perfora; eodem modo in verbis primae ܢ e. gr. ܢܨܘܿܒ = اغرس planta, ܢܟܘܿܣ = اِذْبَحْ occide, et in verbis gem. ע״ע, ܒܘܿܙ = انْهَبْ rape. Vice versa in verbis med. ܘ, imperativi û longum puncto infra lineam posito insignitur, ܢܘܼܚ = استرِح quiesce nûḥ, ܦܘܼܫ = امكث resta pûš, ܩܘܼܡ, ܣܘܼܦ, ܕܘܼܫ etc. Punctum supra ܘ proprie vocalem *o* designare, quod hucusque nemo docuit, inde concludo, quod suffixa ܗܘܿܢ et ܟܘܿܢ, quod supra monuimus, eo instructa sunt, quae a Judaeis הון et כון scribuntur. Aliud exemplum praebet Bar Ali (Cod. Goth. 1091[a]), qui vocem *μᾶλλον* syriace scribit ܡܳܐܠܘܿܢ, quam ܝܰܬܝܪ seu ܝܰܬܝܪܳܐܝܬ vertit. Neosyri ܘ̇ ubique **o** proferre infra videbimus. Cf. §. infra Adnot. III, 12.

2) Vocalem i (pro quantitate seu pro alia in pronuntiando proprietate) vario modo scribi, haec docent exempla: ܐܶܬܬܥܺܝܪ = اِسْتَيْقِظْ surge, ܐܰܪܺܝܡ tolle (profer ĕttĕ̊îr, ârîm) sed ܛܪܺܝܩܠܺܝܢ (sic sine ܝ) = الغُرَف بثلثة وجوه, *τρικλίνιον*, ܐܪܺܝܣ = *Ἄρης*, ܩܶܢܛܪܳܐ = المقصورة (Ex Eliae Nomenclatore), deinde ܒܺܝܠ = ܐܺܝܣܪܐܝܠ, ܟܘܢܐ, ܒܺܝܠ Bel, ܒܺܝܡܐ = منبر *βῆμα*, sed e contrario ܒܶܝܢܐ = خشب الأثل lignum tamaricis etc. (ex Bar Alii lexico.)

3) Vocalis ĕ, cui plerumque respondet in hebraea et arabica lingua ĭ scribitur ◌ֶ, ܐܶܡܪܳܐ = אִמְּרָא agnus, ܫܶܡܫܐ sol, ܗܶܪܡܺܝܣ = المشترى Juppiter (Bar Šinâyâ) ܒܛܺܝܢܬܐ gravida, ܐܰܝܟܳܐ unde, et ܡܶܟܐ = من هاهنا inde; sed ĭ, ejus loco invenimus in ܡܚܶܐ = يضرّ = מַכֶּה caedens, ܦܶܠܓܶܐ = الاقسام pĕlγi partes, ܬܚܶܝܬ infra teḥĭθ apud Bar Alium. Signum ◌ֶ pro ĕ proprio nomine catena sive ܫܰܫܠܬܐ dictum esse ex hac glossa Bar Alii sequitur: ܫܰܫܠܬܐ ܡܢ ܗܕܐ . ܒ . ܐܘܪܚܐ

الحامل . ܒ ܕܫܠܫܠܬܐ ܡܦܪܢܣܐ i. e. ܦܬܚܐ cum Peϑâĥâ litterae ܒ, dum sub ܒ est catena, gravida. Vocem ܦܐܪܐ fructûs Bar Ali cod. Goth. fol. 59ᵇ scripsit ܦܐܪܐ, quod esset pĕʾre, sed Elias Bar Šînâyâ ܦܐܪܐ = pĭʾre, qua in re variae pronuntiationis video exemplum; eodem modo Elias scribit ܟܐܒܐ dolor et ܦܐܡܐ balbutiens per ĭ breve. Codicum adminiculo destitutus haec tantum dare potui, quaestionem ad finem perducant ii, quibus largior est librorum manu scriptorum copia. Ceterum confusio inter ܶ et ܺ in exemplis allatis cernitur.

III. Inter grammaticos Syrorum magna de numero vocalium controversia est, neque omnes in hac re nobiscum Amiram sequentibus consentiunt. Itaque septem eas vocales, quas *Elias* in grammatica sua et *sex* vocales, quas David bar Paulus enumerant hac tabula proponimus.

Elias has enumerat vocales hisce nominibus:

Peϑîĥâϑâ	ܦܬܺܝܚܳܬ݂ܳܐ	=	Peϑâĥâ	*a*	ܰ
Reβîṣâϑâ	ܪܒܺܝܨܳܬ݂ܳܐ	=	Reβâṣâ	*e*	ܶ
Daqeđâm masqâϑâ	ܕܩܕܳܡ ܡܰܣܩܳܬ݂ܳܐ	=	Ḣeβâṣâ	*ĭ*	ܺ *)
Daqeđâm ĥeβîṣâϑâ	ܕܩܕܳܡ ܚܒܺܝܨܳܬ݂ܳܐ			*î*	ܝܼ
Zeqîφâϑâ	ܙܩܺܝܦܳܬ݂ܳܐ	=	Zeqâφâ	*å*	ܳ
Daqeđâm rewîĥâϑâ	ܕܩܕܳܡ ܪܘܺܝܚܳܬ݂ܳܐ	=	ʿEṣâṣâ	*o*	ܘܿ **)
Daqeđâm âlîṣâϑâ	ܕܩܕܳܡ ܐܠܺܝܨܳܬ݂ܳܐ			*u*	ܘܼ ***)

*) duo puncta sub littera Yuđ ad latus scripta, ܡܚܝܐ ܩܝܡܐ

**) punctum *super* Waw positum ܩܘܡܐ ܚܘܪܐ.

***) punctum *infra* Waw positum ܐܘܬܝܐ ܚܘܪܐ.

Paulus vero grammaticus sex distinguens vocales hunc sequitur ordinem et haec tribuit vocalibus nomina:

Peϑâĥâ	ܦܬܳܚܳܐ	*a*	Ḣeβâṣâ	ܚܒܳܨܳܐ	*ı*	
Zeqâφâ	ܙܩܳܦܳܐ	*å*	ʾAssâqâ	ܐܣܳܩܳܐ	*o*	= ʿEṣâṣâ
Zelâmâ	ܙܠܳܡܳܐ	*e* (Reβâṣâ)	ʿemâqâ	ܥܡܳܩܳܐ	*u*	

IV. Neosyri septem vocales distinguunt, quarum hic est conspectus:

ܦܬܳܚܳܐ	ܰ	ă	ܙܠܳܡܳܐ ܩܫܝܳܐ	ܶ	ĭ in pin Zelâmâ durum
ܙܩܳܦܳܐ	ܳ	â (å)	ܪܘܳܚܳܐ	ܘܿ	o in note
ܙܠܳܡܳܐ ܦܫܝܼܩܳܐ	ܶ	ê, sonus inter anglicum *e* in *e*late et *a* in h*a*te intermedius.	ܪܒܳܨܳܐ	ܘܼ	û
			ܚܒܳܨܳܐ	ܝܼ	î

Nomen ܐܠܦܢܐ Paulus quoque habet, nomen ܕܘܫܐ (o) apud Eliam exstat in forma ܕܘܼܒܫܵܐ ܕܘܼܡܵܟ, antiquam igitur Neosyri sibi servaverunt traditionem; ܕܒܼܐ quod supra docuimus esse *e*, apud Neosyros est *û*. Signum vocalis *ĕ* proprium ― rejecerunt, et ― pro *i* adhibent, quod in vetere systemate erat ê; ita septem hic efficiuntur vocales, rejecta *ĕ* vocali, quae modo in *ĭ* modo in *ê* est mutata.

Quod adtinet ad pronuntiationem neosyriacam ă ante gutturales ܐ ܗ ܥ producitur, ita ܕܪܥܢܐ sonat de̥râ'nâ brachium, in syllaba composita interdum in ŭ corripitur e. g. ܐܬܪܐ = ùϑrâ locus. Ze̥qâφâ interdum ad sonum ĕ accedit, ܐܣܝܡ sanabo = bèsmin. Ze̥lâmâ longum inter *ĭ* et *ê* ut diximus suspensum est; conjungitur in scriptione cum ܝ, ܗܘܝܬܘܢ hâwêton, sed tum plerumque *i* pronunciatur ܗܘܝܬܘܢ hâwîton. Simili modo Ze̥lâmâ durum modo *ĭ* modo *ĕ* profertur, si vero gutturalis ܥ sequitur sonus producitur, qui accedit ad ― e. gr. ܫܡܥܝܬܘܢ = še̥mê'mon. Ceterum Ze̥lâmâ durum sicuti Pe̥ϑâχâ non nisi ante consonas geminates servatur et ante binas consonas inter quas vocalis non auditur; itaque in ܕܒܐ ursus dibbâ, ܬܢܢܐ tinnâ fumus, ܐܢܝ ânnê, hi, ܠܦܐ lappâ unda, media consona geminata est. Deinde ܘ est û, sed ܘ *semper est* o, neque dubium est, quin discrimen illud antiquissimae orthographiae, de quo §. 9, IV, 3 egimus e diversa vocalium *u* et *o* pronunciatione exortum sit, ita ut ubicunque ܘ scribitur *o* producendum sit. Seriore aetate apud Syros occidentales haec vocalis in *u* abiit, apud orientales servata est. Sed quod maxime offendit id est, quod ܘ o in iis quoque formis invenitur qui in ceteris dialectis *û* postulant, e. gr. in 3. pers. plur. imperfecti ܢܥܒܕܘܢ, ܢܩܛܠܘܢ.

Denique ܝ est *î*, si vero alia sequitur vocalis simul consonae *y* vices gerit, ܚܝܠ tali modo effertur ḣiyâl cogitatio خيال.

Sonorum indistinctorum (Še̥βâ) usus et in hodierna et in antiqua lingua est frequentissimus, qui cuinam loco competant e rationibus etymologicis dijudicatur, qua in re ad recte stabiliendam analogiam bene attendendum est ad formas Qušâyâ seu Rukâχâ instructas, ubicunque enim aspiratio (Rukâχâ) locum habet, brevissima certe vocalis praecedit.

V. Secundum rationes et physiologicas et historicas tota vocalium copia ad tres vocales primarias referenda est, quae respondent

litteris ا a, ي i, ܘ u. Tres itaque distinguendae sunt classes vocalium, quas insequens exhibet tabula:

Classis prima: Vocalis *A.*

Peϑâhâ (ܰ) seu (ܰ) a
Zeqâφâ (ܳ) sive (ܳ) â, ā in sermone orientalium *elegantiori*, o in sermone occidentalium.

Littera *'Aleφ* huic classi respondet.

Classis altera: I et E.

Heβâsâ breve (ܶ) sive ܶ ĭ
Heβâsâ longum (ܺ) sive (ܺ) î
Reβâsâ breve (ܶ) sive ܶ ĕ
Reβâsâ longum (ܶ) sive ܶ ê

Littera Yuδ plerumque huic classi respondet.

Classis tertia: O et U.

ʿEsâsâ karyâ (ܘ) sive (ܘ) ō, seriore aetate apud occidentales u
ʿEsâsâ ârîχâ (ܘ) sive (ܘ) ū

Littera *Waw* huic classi respondet.

Arabes tribus tantum vocalium signis utuntur, quorum singula uni ex his classibus respondent; exigua igitur discrimina, quae e. c. inter *e* et *i*, *o* et *u* intercedunt, scriptura non significant.

Mandaei quoque cum Arabibus hac in re consentiunt tribus tantum vocalium signis utentes, quae litteris suis annectunt; non vero primo horum signorum, ut Syri (Annot. 11.), vocales *a* et *o* simul exprimunt, sed solam vocalem *a*.

Annotationes.

I. De figura signorum vocales indicantium et de puncto quod dicunt diacritico.

1) Puncta vocales signantia situm mutare non posse, per se intelligitur. Graecae autem figurae non semper eum, quem in tab. iis tribuimus situm, servant, sed ex arbitrio aut commoditatis caussa cum infra, tum super litteram collocantur, attamen ܰ et ܳ plerumque, sicuti et ܶ, quod nos quidem meminerimus, super consonantibus invenitur. Utramque et Graecam et Syriacam vocalium figuram saepissime misceri, ut una syllaba hanc, altera illam habeat figuram, jam supra monuimus. (§. 10, II.)

2) Solent Syrorum librarii figuras punctorum, quibus vocales indicant, graciliores formare; caetera puncta (§. 16 sq.), quae aliis funguntur muneribus, figuris insigniunt seu tenuibus, seu pingui-

oribus, ne similitudine eorum nascatur confusio. Puncta Qušåyå et Rukåχå in libris impressis et in manuscriptis, nisi forte colore rubro picta sunt, tenuiora sunt, aliud autem punctum, quod diacriticum appellare solent, longe crassius scribi solet in codicibus quam bina puncta vocalium signa. De hoc autem puncto quid sentiendum sit, nunc videamus.

Sicuti ad primitivam vocalium scribendi rationem per ܘ et ܝ punctum accessit §. 9, 4, qua in re ܘ et ܝ non omissa sunt sed servata, ita tum quoque, cum Syri binis punctis vocales notare coeperunt, antiquiorem scribendi morem ita retinuerunt, ut punctum, quo pro ejus loco *a*, *i*, *u* significare solebant, non omiserint sed accurate posuerint. Tali modo factum est, ut vocales non uno sed duobus signis in eodem verbo notarentur, scilicet puncto uno antiquiore et punctis binis recentioribus. Jam si bina puncta vera vocalium signa habebantur, punctum unum non amplius signum vocalis esse videbatur, et cum saepe adhiberetur in vocibus iisdem consonis scriptis, quae tamen diversis utuntur vocalibus, punctum illud, quod antiquo tempore vocalem indicaverat, recentiore tempore quo usus primitivi obliti erant, pro puncto mere diacritico habuerunt. Ita si scribitur ܡܰܠܟܳܐ rex et ܡܶܠܟܳܐ consilium, crassius illud supra et infra ܡ punctum, quod antiquitus vocalium *a* et *ĭ* (*ĕ*) vices gesserat, quae seriore aetate binis punctis ܰ et ܶ expressae sunt, nihil videbatur nisi signum distinctionis vocum duarum iisdem consonis scriptarum. Quod ad praxin legendi, unum illud punctum est utilissimum, facile enim ejus auxilio varia vocabula iisdem litteris scripta distinguuntur e. gr. ܗܳܢܽܘܢ hånon et ܗܶܢܽܘܢ henon, illi, hi, ܗܰܘ, ܗܳܝ hau, håy, ille, illa, ܗܽܘ, ܗܝ hu, hi, is, ea, ܐܰܝܕܳܐ àiđå, quae, ܐܺܝܕܳܐ ìđå, manus, ܡܶܠܬܶܗ melleϑeh, mscl., ܡܶܠܬܳܗ melleϑåh, fem., verbum ejus, §. 9, IV, ܐܺܝܬܰܝ, ܐܺܝܬܰܝܢ ìϑai, ìϑain, sum, sumus, ܐܰܝܬܺܝ, ܐܰܝܬܺܝܢ àiti, àitin, affert, afferimus, ܡܰܢ man, quis, ܡܶܢ men, ex, de, verum si recte attenditur intelligitur punctum superius ubique pro *a*, inferius pro *i* (*e*) positum esse. Ceterum cave, ne confundas punctum diacriticum verborum, cujus vis acta est grammatica (§. 21) cum hocce puncto cujus vis est mere phonetica. Ita e. gr. ܐܝܬܝ àiti, affert, et ܐܝܬܝܢ àitin, proprie huc non pertinent, quum hoc punctum sit diacriticum verborum, in ܐܺܝܬܰܝ vero ìtai, sum, punctum est phoneticum proprie litterae ܬ superscribendum, Syros enim in definiendo puncti phonetici loco negligentius egisse §. 9, 5 vidi-

mus. Ewaldus ceterum de punctis acute disserens in eo rectum non attigit, quod puncta phonetica non satis a diacriticis distinxit, neque intellexit tres vocales a, i, u loco puncti indicari. Ita semper inter duplicem puncti indolem et usum fluctuat. Cf. Ejus Abhandlungen zur bibl. u. orient. Literatur I. p. 59—77.

3) Vocalis *u* raro sine ܘ scribitur, exceptis duabus vocibus ܟܽܠ *omnis* et ܡܛܽܠ *propter* quae in codicibus antiquissimis et recentioribus sine ܘ saepissime scribuntur, prout lineae spatium postulat. Ita in Clementis Recognitionibus ed. Delagarde codex antiquior semper fere exhibet ܟܠ, ܡܛܠ, ubi codex secundus saeculi fere IX ܟܘܠ et ܡܛܘܠ praebet. Proferendae sunt voces kul et me̥ṭul non, ut quidam perverse conjecerunt kül seu köl et me̥ṭül. Etiam vocalis *o* nunquam sine Waw scribitur.

4) In libris carschunicis, i. e. in libris arabicis, qui litteris syriacis sunt scripti, Syri vocales arabicas adhibent neque suis formis utuntur.

5) Ze̥qâφâ duobus punctis expressum nonnunquam cum diacritico litterae Riš puncto coalescit, ut ܢܘܼܪܵܐ *nurâ* (ignis), sicuti Pe̥θâḣâ cum puncto litterae Dâlaθ, ut ܕܝܰܪ *dayar* (habitavit) et cum punctis Ribbuy (§. 22, 1.), ut ܩܰܡܨܶܐ *qamṣe* (locustae).

II. Nomina vocalium.

6) *Nomina* fere omnium vocalium a *positione organorum* quibus proferuntur repetenda sunt: de singulis vero haec tenenda: 1) ܦܬܵܚܵܐ a verbo ܦܬܰܚ *aperuit,* quasi *apertio oris,* quia vocalis *a* ore simplici modo aperto profertur. Eodem nomine Hebraei hanc vocalem פַּתַח et Arabes فَتْحَة, *Fatḥa* appellant, quod communis originis in scribendis et appellandis vocalibus est vestigium. Ex naturali oris positione vario modo organis compressis exoriuntur reliqui soni; ita si lingua et palatum sibi admoventur *i* et *e*, quae hanc ob causam ܪܒܵܨܵܐ et ܚܒܵܨܵܐ dicuntur, utrumque enim nomen *depressionem* denotat. Sicuti ܦܬܵܚܵܐ arabico فَتْحَة respondet, ita nomina ܪܒܵܨܵܐ et ܚܒܵܨܵܐ cum arabico خَفْض depressio comparanda esse censeo, imo جَرّ ab Ḥaririo eodem modo explicatur. De Sacy gram. arab. I. §. 900. Nomen arabicum كَسْرَة fractio, unde hebraeum שבר (Liber Kusari 3, 31) et צרי i. e. confractum, originem ducunt, Syri sibi non eligerunt. Deinde vocalis *u compressis* labiis oritur ita-

que appellata est ܚܒܘܨܐ compressio, cui respondet arabicum ضَمَّةٌ, hebraeum קבוץ et קמץ, quod ab initio nomen vocalis ô videtur fuisse. Fürst D. M. Z. 18, p. 319. Denique ܙܩܦܐ erectio vocalis â (å) eam ob causam appellata videtur, quia sono paulo crassiore ad **o** propenso pronunciabatur, quod fit labiis aliquanto magis compressis et erectis quam in pronunciando *a* necessarium est. Originem eandem habet nomen vocalis *u* arabicum رَفْعٌ et in grammatica hodierna hebraea nomen זקף etsi non inter vocales tamen inter accentûs est obvium, sed Tiberienses vocalem ā זָקֵף appellaverunt Fürst Z. d. d. m. G. XVIII p. 320. Acurensis p. ܩܥܘ litteram vocali Zeqåφå instructam appellat منصوب quum dicat: تصريف الثانى مثل ܒܢܐ ܝܒ : يعنى كل كلمة يكون حرفها الثانى منصوب او الاول منصوب. Bar Ali ܒ puncto inferiore instructum appellat ܡܨܝܒܐ ܘ fol. 86 a.

7) Nomina ܡܦܬܚܢܐ *apertae*, ܪܒܨܢܐ *depressae*, ܙܩܝܦܐ *sublatae*, quae Elias vocalibus tribuit, ex antecedentibus perspiciuntur si mente tenemus participia passiva epitheta esse consonarum earum, quae vocali Peϑåhå, Reβåså, Zeqåφå instructae sunt. Ita hebraei grammatici scribunt e. gr. פתוחים השין והעין šin et ʒayin instructa Paϑaho etc. et Arabes simili modo adhibent مَخْفُوضٌ, مَجْرُورٌ, مَرْفُوعٌ, censemus igitur nomina ܦܬܝܚܐ, ܙܩܝܦܐ, ܪܒܝܨܐ proprie ad consonas referendas esse, quas hae vocales sequuntur. Neque alio modo formulae ܕܩܕܡ ܡܫܩܠܢܐ quae ante ascendentes, ܕܩܕܡ ܦܬܝܚܐ quae ante dilatatos scil. sonos etc. sunt intelligendae, redeunt ad consonas quae praecedunt, quae igitur ante ascensiones i. e. vocales *î* etc. positae sunt. Idem valet in explicatione nominum ܕܩܕܡ ܡܬܒܪܢܐ quae ante depressos (sonos) et ܕܩܕܡ ܚܒܝܫܐ quae ante compressos (sonos) = ܚܒܘܨܐ compressio. Amira p. 34 vertens *quae ante ascendentes* etc. nomen syriacum recte quidem reddidit, verum nominis originem omnino non explicuit, Hoffmannus quum explicet ܕܩܕܡ ܦܬܝܚܐ etc. quae *magis* dilatatae etc. vocem ܩܕܡ sensu ceterum inaudito adhibuisse videtur.

8) *David* grammaticus, *Pauli filius*, vocalem *e* ܥܨܝܐ i. e. *curvationem* nominat, quam denominationem ex Amirae judicio a figura illius curva (‿) desumsit. Cum vero signum ⏑ pro ĕ a Bar Alio ܫܫܠܬܐ catena sit appellatum equidem nomen Zelåmå quoque ad hocce signum ab initio adhibitum esse conjicio.

Vocalem *o*, *u*, quam alii ʿeṣ̊âṣ̊â appellant, distinguit ille et alii in *brevem* et *longam;* brevi, *o*, tribuit nomen ܐܣܩܐ i. e. *ascensio*, longae vero, *u*, nomen ܥܘܡܩܐ i. e. *profunditas.* Quae quidem nomina vel e *vocalis figura*, vel ex sonorum natura quae his signis indicantur, sunt explicanda; vocalis *o* enim punctum *supra* Waw ponit, ergo quasi *ascendit* (ܘܿ); *u* contra suum punctum *infra* Waw ponit, *descendit profundius*. Sed cum ܘܿ = ܐܣܩܐ vel ܩܘܫܝܐ ܚܒܨܐ antiquitus sonum o habuerit, praestare videtur *ascensionem vocis* ad vocalis naturam referre, quae acutiore voce effertur quam *u* = ܥܘܡܩܐ, quod voce gravi pronunciatur.

9) Bar Ali in lexico vocalem ◌ܶ ĕ appellat ܪܒܨܐ i. e. depressam; ad significandam î = ◌ܺ in voce ܛܐܒ hac utitur phrasi

ܛܐܒ ܡܢ ܝܚܒܐ ـ ܩܕܡ ܛܐܝܐ . أُزْجُرْ وَٱزْبُرْ وَٱنْتَهِرْ

i. e. repelle, denega.

10) Sunt et alia nomina, quibus Syri vocales appellant, memoriae servientia puerorum; sunt nomina propria ab iisdem vocalibus incipientia:

(◌ܰ) vocatur ܐܒܪܗܡ *Abraham*. (◌ܳ) vocatur ܐܕܡ *Adam*.
(◌ܶ) „ ܐܫܥܝܐ *Jesaia*. (◌ܽ) „ ܐܘܪܝܐ *Uria*.
(◌ܺ) „ ܐܝܣܚܩ *Isaac*.

III. De pronuntiatione vocalium Peϑâhâ, Zeqâφâ et ʿeṣâṣâ.

11) *Peϑâhâ* tanquam *a* clarum legimus; an interdum etiam tanquam *ae* efferendum sit, quod nonnulli contenderunt[1]) valde dubitamus, cum exempla eius generis, ut ܐܢܓܠܛܪܐ *Angleterre*, quod solum Michaelis affert, omnino nihil probent. Primum enim vox est peregrina, deinde ex apposito Peϑâhâ lexicorum nostrorum profecto non definire possumus, utrum Syri Angliterra dixerint an Anglitarra. Quidni ◌ܶ scribitur? Neosyri pro ◌ܰ pronunciant, sicuti Stoddartus dicit, sonum eum quem habet *a* in anglico *hat* petasus; in vocibus quibusdam ut ܐܘܬܪܐ quod supra diximus, in u corripitur (ŭtrå) sed haec regulam tollere non possunt, efferatur *ă*.

Zeqâφâ a Syris *occidentalibus* tanquam *o* pronunciabatur teste Amira, orientales vero sicuti et Neosyri elegantiori sive Nestoria-

1) I. D. Michaelis Gramm. Syr. p. 27.

norum dialecto usi, *â longum* eius loco efferunt, ut ܢܘܼܪܵܐ illi *nuro*, hi vero *nura* pronuntient. Nos ut lectores pro arbitrio occidentalium vel orientalium pronunciationem possint sequi Zeqâφâ reddimus å minusculo o superscripto. Antiquo tempore etiam in Syria occidentali hanc vocalem *â* fuisse facile colligitur e transscriptionibus graecis vocum aramaicarum in novo testamento ut *ταλιϑὰ* = ܛܠܝܬܐ, Mrc. 5, 14, *Μαρὰν ἀϑὰ* = ܡܪܢ ܐܬܐ, 1 Cor. 16, 22, *ἀββᾶ* = ܐܒܐ, *μαμωνᾶ* = ܡܡܘܢܐ, *Ἀκελδαμὰ* = ܚܩܠ ܕܡܐ, at sicuti apud Hebraeos ita et apud Syros *â* in *o* corruptum est. Cf. Schwenter Ventilatio grammatica gemina, altera de pronunciatione vocalis syriacae ܩܡܨܐ, altera an Syri diphthongos agnoscant.

12) Distinguunt grammatici syriaci antiquiores, qui florente etiam lingua scripserunt ʿeṣåṣå årîχå (longum) et karyå (breve), quocum convenit varia scriptio ܘܼ et ܘܿ, et hanc distinctionem cum aliis illis inter *ĕ* et *ê*, *ĭ* et *î* Amira et qui eum secuti sunt ipsi non intellexerunt, imo Barhebraeus in grammatica metrica omnes has elegantioris accuratiorisque pronunciationis Syrorum Orientalium i. e. Nestorianorum distinctiones audacius, ut videtur, quam justius condemnat. (Ed. Bertheau p. 4.) Etenim cum in codicibus antiquissimis Edessenis ܘܿ et ܘܼ nullo modo confundantur — et edessanam dialectum Syri ad unum omnes purissimam habent — cum veteres Grammatici Elias, Paulus vel ipse Amira et Sciadrensis hanc distinctionem proferant, cum in libris manuscriptis iisque bonae notae, Bar Alii dico lexicon et Eliae Nomenclatorem (in cujus editione typis exscripta puncta omnia perperam omissa sunt), haec distinctio ubique sit obvia, denique cum et Neosyri cum antiquis grammaticis hac in re conveniant, nullo pacto dubitari potest, quin re vera ʿeṣåṣå årîχå diversum fuerit ab ʿeṣåṣå karyå. Maronitae vero, qui primi in Europa linguam syriacam docuerunt in sua pronunciatione diversos sonos ܘܿ et ܘܼ non servaverant, itaque factum est, ut eorum pedissequi hanc ad rem non attenderent, totaque res oblitteraretur imo falsa videretur (cf. e. gr. Ewald Abhdl. zur orient. u. bibl. Litt. I. p. 79), qua in re grammatici recentiores a vero fuerunt alienissimi.

Jam si distinguendum est inter ܘܿ et ܘܼ quaeritur, quomodo ܘܿ pronunciandum sit, nam ܘܼ *û* esse inter omnes constat. Neosyri (Nestoriani) apud quos traditionem oralem invenimus, omne ܘܿ pronunciant *o* si Stoddarto (p. 14) fides est habenda, quod vix dubi-

tandum; tamen apud eos o = ܘܿ saepe quam proxime ad sonum graviorem *û* accedit, unde exorta videtur neglegentia Maronitarum, qui vocalium harum diversam naturam non amplius curant. Cum hac Nestorianorum traditione conspirat Bar Ali quum reddat *δόγμα* ܕܽܘܓܡܰܐ, *μᾶλλον* ܡܳܠܠܽܘܢ, *ὠκεανός* ܐܽܘܩܝܰܢܽܘܣ, *ζύθος* ܙܽܘܬܽܘܣ, centurio, ܩܶܢܛܪܽܘܢܳܐ, אופיר ܐܽܘܦܝܪ, ארגנ ܐܰܪܓܽܘܢ, מואב ܡܽܘܐܒ contra *οὐσία* ܐܘܼܣܝܐ, *μουσική* ܡܘܼܣܝܼܩܝ, *μουσεῖον* ܡܘܼܣܝܘܿܢ etc.

Ex his exemplis, quae facile augeri possunt, sequitur ܘܿ apud Nestorianos jam antiquo tempore fuisse o, idque eo certius est, quum etiam in lingua chaldaica, quam dicunt, saepe ו positum sit, ubi Syri habent ܘܿ, quod §. 13, A. V. videbimus, ubi de ɜesâsâ karyâ erit sermo. Hoc loco sub finem moneatur e nomine ܥܨܳܨܳܐ ܐܰܠܺܝܨܳܐ minime sequi vocalem, quae hoc nomine insignitur re vera fuisse *u* breve, ܥܨܳܨܳܐ enim est compressio, non speciatim nomen vocalis *u*, et compressionem brevem Syri eodem jure vocalem *o* potuerant appellare quam *ŭ* breve. Analogum est פַּתַח קָטָן nomen vocalis ֶ, pro quo seriores grammatici סֶגוֹל dixerunt, dum פ׳ גָּדוֹל est *ă*, ַ; adjectiva גדול et קטן non quantitatem, sed qualitatem sonorum respiciunt, eademque est res in adjectivis ܐܰܪܺܝܟܳܐ et ܐܰܠܺܝܨܳܐ.

IV. De vi quam consonae clausae habent in vocales, quae illas sequuntur.

Cum in pronunciandis consonis quibusdam organa oris positionem peculiarem habeant, haec totius oris indoles vim exercet in vocalium sonos quae consonas illas proxime sequuntur vel antecedunt. Consonae quae tali modo vocales afficiunt, eae sunt in quarum pronunciatione simul guttur movetur ܨ, ܛ, ܪ, ܥ, ܚ, nam quia guttur, cum producantur ultra suetum est clausum, §. 7, II. B. E. vocales quoque quae e gutture procedunt sonum rauciorem accipiunt. Idem in pronunciatione Arabum valet, apud quos consonae clausae (حروف المطبقة) scilicet ض, ص, ظ, ط, gutturales ح, ع denique ق id efficiunt, ut insequens vocalis duriore sono proferatur, quem Wallinus sonum clausum appellat D. M. Z. 9, p. 5. Simili modo post ل, ر, خ, غ vocales sonum habent emphaticum, et utrumque vocalium affectum grammatici arabici crassitiem تفخيم et تغليظ appellant seu pinguedinem تسمين. Opposita huic pronunciationi est tenuitas ترقيق, quem vocalium sonum Wallinus appellat apertum.

His de vocalium affectibus grammatici syriaci nondum egerunt, primus Stoddartus digito ad rem intendit, qui homines syriace viva voce loquentes audivit. Quae Stoddartus p. 16 docet, qui rem ad rectam pronunciationem gravissimam esse affirmat, haec sunt:

Consonae ܨ, ܛ, ܩ, ܥ, ܚ in vocales ă, â, ĭ quae eas sequuntur id efficiunt, ut sonus earum obscurior reddatur. (The general tendency of these letters is to make the vowels joined with them somewhat like short *u*, though this is not the uniform effect.) Itaque pro ܚܡܫܝܢ quinquaginta Neosyri dicunt ḣümšî, ܛܪܛܡ murmurare ṭürṭüm, ܚܕܪܬ circuibis ḣudrit, ܩܪܝܢܐ lector qŭryânå. Ita et ĭ, — post hasce litteras in ŭ convertitur, e. gr. ܚܫܠܝ ḣüšlî veni, ܥܣܪܐ ʿüsrå decem, ܡܨܪܝܢ Aegyptus müṣrîn etc. Omnia tamen exempla, quae affert Stoddartus, vocalem *a* vel *i* in syllaba clausa composita habent, ubi syllaba est simplex sicut in ܚܛܐ peccabit, ܛܫܐ celabit, ܩܪܐ leget, â, immutatum manet.

Interdum etiam post ܡ, ܘ, ܪ vocales obscuriores redduntur e. gr. ܡܣܛܪܐ mustår regula ad ducendas lineas, ܡܪܝܡ muryam Maria, ܝܘܟ iwŭk sumus, ܪܡܠܝ rumli surrexit etc. Imo vocalem praecedentem hae consonae commutant, sicuti e. gr. in ܒܛܢܐ bŭṭna concipiet. Haec fere Stoddartus, de dialecto neosyriaca. Sed cum hi vocalium affectus ex ipsius oris natura proficiscantur, non potest esse dubium, quin sicuti apud Arabes, ita et apud Syros jam antiquo tempore locum habuerint, quod quibusnam in vocibus et syllabis factum sit hodie accuratius definiri non potest. — Stoddart l. l. pro ܘ praebet ܒ, qui error videtur, desunt enim exempla.

§. 12.

Signa vocalium cum litteris quiescentibus conjuncta. Diphthongi.

I. Syri in apponendis vocalium signis, sive sunt graeca sive puncta, antiquiorem scribendi rationem, qua litteris ܘ, ܝ, ܐ vocales insignibant, non mutasse §. 9, 4 diximus. Duplici modo igitur hodie vocales scribuntur, unde fit, ut consonae ܘ, ܝ, ܐ, superfluae videantur, quas grammatici tunc in vocalibus suis quiescere, verbo sane inepto solent dicere, quod utinam nunquam esset inventum. Jam cum ad notandum *u* et *o* adhibuerint ܘ et pro *e* et *i* posuerint ܝ, dicunt, quiescere ܘ in ʿeṣâṣâ, ܩܘܡ qûm surge, ܢܘܚ nûḣ

quiesce, et in Zeqâφâ ܬܪܘܢܘܣ θρόνος; ܝ vero in Reβâṣâ (ܶ) et Heβâṣâ (ܺ) ut ܥܝܢ *oculus*, ܕܝܢ *autem.*

'Aleφ denique non in *a* tantum e. gr. ܡܠܟܐ malkâ rex, sed in reliquis quoque vocalibus quiescit, ut ܬܐܬܐ *aperiet*, ܡܐܡܪ *dicere*, ܒܐܘܪܚܐ *in via;* saepissime vero et prae ceteris sonum *i* amat, ut ܦܐܪܐ *fructus*, ܕܐܒܐ *lupus*. Haec vero exempla alio modo esse intelligenda, neque omnino ܐ in *i* et *u* quiescere §. 13, III. videbimus.

Annot. 1. Libri typis excusi exempla in nonnullis vocibus *Graecis Waw* in *a* quoque et *e* quiescentium exhibent, ut ܐܪܟܘܣ ἀρχαῖς Eph. 3, 10. ܐܪܛܘܣ Aretas 2 Cor. 11, 32. ܐܬܢܘܣ Ἀθήνας et ܐܬܢܘܣ Ἀθήναις Act. 17, 16, sed editores N. T. in vocalibus adjiciendis minus accurati hanc effecisse videntur anomaliam in Codd. mscr. sane vitatam. Nestoriani scribunt ܐܪܟܣ, ܐܪܛܣ, ܐܬܢܣ.

Annot. 2. Zeqâφâ, litterae Waw quidem non respondens, tamen in exoticis Nominibus propriis ei appingitur, ut ܦܝܠܘܣܘܦܐ φιλόσοφος, ܡܠܠܘܢ μᾶλλον, ܗܪܘܕܣ *Herodes*. In Nestorianorum et Neosyrorum systemate tamen *o*, cum Zeqâφâ clarius = *â* pronuncietur, nunquam binis punctis ܳ exprimitur, sed puncto litterae ܘ superscripto. Itaque Bar Ali praebet ܗܪܘܕܣ Herodes etc.

Annot. 3. *He* semper est consona, neque ut Hebraicum ה ad designandam vocalem adhibetur; sequior vero Syriasmus in Graecarum vocum translatione tanquam matre lectionis vocalium ε et αι saepe ܗ adhibet, v. c. versio N. T. *Philoxeniana* reddit Πέτρος ܦܗܛܪܘܣ, εὐαγγέλιον ܐܘܢܓܗܠܝܘܢ, Γεννησαρέτ ܓܗܢܢܗܣܪܛ, Ματθαῖος ܡܬܬܗܐܘܣ. Imo in initio vocum graecarum pro ε scribitur ܗ e gr. ܗܦܝܠܐܦܣܝܐ epilepsia, ܗܦܝܦܐܢܝܣ epiphanes, ܗܛܘܡܘܠܘܓܝܐ etymologia, ܗܛܝܡܐܛܐ αἰτήματα, qua in re tamen grammaticorum potius video commentum, quam pronunciationis aspiratae testimonium, quum in vocibus similibus exstet ܐ. Apud Neosyros ܗ in suffixis mutum est.

II. Sicuti Grammatici litteras ܐ, ܝ, ܘ dicunt quiescere in suis vocalibus, ita vice versa vocales plene seu defective scribi docent, plenam scriptionem dicentes eam, in qua praeter puncta vel vocales graecas etiam ܘ, ܝ, ܐ posita sunt, defectivam eam in qua sola puncta vel signa graeca scripta sunt. Cum quod e §. 9, I. sequitur pro û, ŭ, o et î longo semper fere ܘ et ܝ positum sit (excipiendae ܟܠ, ܡܛܠ §. 11, Adn. I., 3), de ă, å et e (ĭ) agendum est, de quibus haec dicenda:

Vocalis ă, Peϑåḣå, in vocibus syriacis perraro consona ܐ indicatur e. gr. ܢܳܐܶܒ rad. ܢܒܶܝ, ܡܰܐܕܰܬܳܐ maddăϑå tributum, ܠܳܐܦܳܐ involucrum, ܡܰܐܠܶܦ diligens Ev. Joh. ḣarql. 11, 5. contra å, Zeqåφå, in fine vocum semper littera ܐ instructum est ܥܳܠܡܳܐ ɜålmå mundus, ܐܰܪܥܳܐ ărɜå terra etc.; rarius in media voce ܐܶܣܛܰܠܳܐܣ febris genus, ܐܣܛܐܠܝܛܘܬܐ medicina veterinaria. Denique vocalis ĕ (ĭ) rarissime littera ܐ insignitur ܬܶܐܢܳܐ, ܬܶܐܢܬܳܐ, ܬܶܐܓܘܪܬܳܐ, cum interdum ĭ in ܕܶܐܥܳܕܳܐ pro ܥܺܐܕܳܐ festum, ܩܺܐܒܘܬܳܐ pro ܩܶܒܘܬܳܐ *κιβωτός*, arca scribatur per ܐ, vel *î* longum per ܐ exprimatur in ܥܺܐܕܳܐ ɜiδå festum, ܚܺܐܪܘܬܳܐ libertas, ܬܺܐܒܶܠ orbis. Vocalis *ê* in statu determinato pluralis semper littera ܐ scribitur ܪ̈ܶܓܠܶܐ pedes etc. Major autem libertas in iis vocibus adhibita est, quae ex Graeco sermone in Syriacum immigrarunt, cum alii nimis superstitiosi Graecorum vocalibus consonas homogenas substituerunt, ut ܐ pro *α* et *αι*, ܛܐܓܡܐ *τάγμα*, ܩܐܡܘܣ camus, interdum vel ܝܐ pro *αι* et *ει* ܩܐܝܣܪ *Καῖσαρ*, ܐܝܣ *εἷς*. Alii vero minus anxii nunc eundem sequebantur modum, nunc nudas scribebant vocales. In antiquioribus scriptis cernitur parsimonia quaedam in usu consonarum vocalium vices gerentium, nisi etymologia eas postulabat; sequior vero Syriasmus externis, praecipue Graecae linguae proprietatibus nimium adhaerens, plenam scriptionem, ubi necessaria non est, facile admittit.

III. Diphthongi ita exprimuntur, ut altera pars scriptis litteris ܘ et ܝ indicetur, quas praecedunt signa vocalium earum quae cum *u* et *i* conjunctae diphthongum efficiunt. Itaque exprimitur *au* per litteram Waw: ܰܘ ab initio, in medio et in fine dictionis, ut ܡܰܘܬܳܐ *mautå* (mors), ܐܰܘܬܶܒ *ăuteβ* (collocavit), ܡܰܠܟܰܘܗܝ *malkau* (reges ejus). Diphthongi tum quoque exoriuntur si pronomen ܗܘ (cujus ܗ mutum est, si est copula) concurrit cum praecedente ă seu å, itaque legitur ܐܢܳܐ ܗܘ ĕnau pro ĕnå hû, ܐܰܠܳܗܳܐ ܗܘ ܥܳܕܪܗܘܢ ălåhau ɜåδorhŭn ܥܰܘܠܳܐ ܗܘ ɜaulau, pro ălåhå hû, ɜaulå hû etc. Amira p. 243.

Syri orientales et Neosyri diphthongum ܰܘ au contrahunt in ô, itaque in conjugg. ʼaφɜel ejusque derivatis etc. radicum primae ܝ et ܐ non proferunt ܐܰܘܬܶܒ ăuteβ sed ôteβ, ܡܰܘܬܒܳܐ moteβå, sedes, ܡܰܘܬܳܐ motå, mors. Praeterea saepissime Zeqåφå scribitur, ܡܳܘܬܳܐ etc. et raro tantum apud Neosyros ܳܘ exstat e. gr. ܬܳܘܬܝܫܘܢ totišon quaerite.

Ad exprimendum *ăi* et *åi* adhibetur consona ܝ, cui praecedit Peϑåḣå seu Zeqåφå, in principio, medio atque fine dictionis, ut ܒܰܝܬܳܐ

baitâ (domus), ܡܰܠܟܰܝ malkai (reges mei), ܓܠܰܝܬܘܿܢ gelaitun (manifestastis); ܩܰܕܡܳܝ qaďmâi (primus), ܥܰܪܛܶܠܳܝ ʿarṭellâi (nudus), ܪܒܺܝܥܳܝܬܳܐ reβiʿâitâ (quarta). Pronomen ܗ̱ܘ (copula) cum praecedente ܳ coalescit in âi, ܩܰܪܺܝܒܬܳܐܝܗ̱ qariβtâi proxima est, ܪܰܒܳܐܝܗ̱ rabbâi magna est. Nestoriani, quod tradit Amira p. 245 in his et similibus exemplis Zeqâφâ commutant in Peϑâĥâ, ܙܥܽܘܪܰܐܝܗ̱ zeʿuryai parvus est, ܪܰܒܰܐܝܗ̱ rabbai. Talis autem commutatio re vera locum non habet; cum Nestoriani Zeqâφâ tanquam â pronuncient, quod Amira tanquam *o* legere consueverat, Zeqâφâ cum ܝ conjunctum naturali modo diphthongum âi effecit apud Nestorianos, apud Amiram vero et Maronitas *oi*. Pro ܗܳܕܳܐܝܗ̱ dicunt hâďai et hâďoi. Neosyri ܹ et ܸ omnino non distinguunt, utrumque pronunciantes ut *ey* in anglico they, a qua regula tamen discedunt in ܐܺܝܟܳܐ ubi, ܠܺܝܬ non est, ܐܰܝܟ sicut, quas voces pronunciant ʾēkâ, lĭt, âχ.

Si litterae clausae praecedunt §. 11, IV diphthongus *ai* magis acuitur, ita ut conveniat cum *ei* in anglico *height* e. gr. ܛܰܝܪܳܐ ṭeirâ avis, ܩܰܝܣܳܐ qeisâ arbor etc.

De diphthongo *eu* cf. Adnot. 2.

Denique *ui*, *u* ante Yuď, exoritur si suffixa sive pronomen ܗ̱ܘ tanquam copula cum nominibus in *û* desinentibus conveniunt.

Adnot. 1. Vocales a, â non cum labiali w tantum, sed etiam cum ܒ݂ et ܦ݂ in diphthongum apud Neosyros coalescere §. 7, II. A diximus. Itaque ܰܒ݂ et ܳܒ݂ sicut *ô* pronunciantur ܓܰܒ݂ܪܳܐ gorâ vir, ܥܳܒ݂ܪܺܝܢ ʿorî intrent; ܰܦ݂ (non ܳܦ݂) gravius sono ad *au* inclinato profertur (a sound varying between *ow* in *now* and *o*) e. gr. ܒܢܰܦ݂ܫܶܗ benowšû (ipse) in anima ejus. Denique si ܶ (Zelâmâ breve) praecedit consonas ܘ, ܒ݂, ܦ݂ exoritur diphthongus *iu* (a sound nearly like that of *ew* in *Lewis*) e. gr. ܕܶܒ݂ܫܳܐ diušâ mel, ܐܘܿܩܝܳܢܘܿܣ iuqyânos oceanus, ܩܶܦ݂ܪܘܿܣ qiupros Cyprus.

Adnot. 2. Codex a Wisemano descriptus (Horae syr p. 161 seq.) Vatic. 153 versionem N. T. Carcaphensem continens diphthongos binis litteris graecis, *a sinistra ad dextrum scriptis* AY, ЄY, HY exprimit. Itaque scribitur ܝܰܘܡܺܝܢ yaumin dies, ܐܰܘܡܶܝܳܟ âumeyâχ conjuro te, ܕܢܶܦܪܽܘܩܺܝܘܗܝ denaĥew ut redimat, ܘܡܶܠܝܘ wameliw impleti fuerunt. Diphthongum *au* Syros non *aw* pronunciasse constat, dubium tamen est utrum *εv* pronunciaverint *eu* an *ew*, ceterum HY non *eu* sed *iw* apud illos fuisse e natura forma ܡܶܠܝܘ intelligitur. Wisemanus l. l. et Opitzius (Syriasm. p. 8) litteris ܰܘ

diphthongum effici conjecerunt, tamen quum Graeci illo tempore, quo codex de quo agimus exaratus est, vocales HY certe *iw* pronunciaverint, dubium non est, quin et Syri ܝܘ legerint iw. Ex orthographia graeca *ευ*, *quod Graeci ew proferunt*, eodem modo sequitur, Syros diphthongum **eu** non habuisse, ita ut non sit legendum ܩܫܐܘܗ qeševu sed qešew, ܐܣܛܐܘܣ ēstew, ܕܟܐܘܗ deχew aut qeše'u, deχe'u, sed non ēste'u. Qui *eu* pronunciant contra horum codicum auctoritatem peccant. Etiam in lexico Bar Alii ut in codice Qarqaφensi vocalis *ε* a sinistra ad dextram superscribitur in voce *ἡμέρα*, ubi legitur يوم . ܗܡܝܪܐ Cod. Goth. fol. 112a, idem locum habet in glossa التعليم ܡܠܦܢܘܬܐ ܐܘܟܝܬ . ܡܬܐܡܛܝܩܘܣ mathematica et ܐܝܣܡܪܝܐ = استوا النهار, *ἰσημερία*.

Annot. 3. *Schwenterus*[1]), *Dilherr*[2]) et *Nicolai*[3]), antiquos Syros ne nomen quidem diphthongorum cognovisse, nedum diphthongos admisisse falso contendunt; quanquam enim nomen diphthongi Syri non commemorant, rem tamen ipsam habuerunt[4]). In antiquis vero librorum Syriacorum editionibus diphthongorum notatio interdum ea est, quae in codice Karkaphensi habetur, ut Marc. 2, 16. 12, 9. (ed. Widmanst.) legimus ܡܢܘ pro ܡܢܘ *quidnam?*

Annot. 4. De Mandaeorum diphthongis vide §. 9. III.

Annot. 5. In vocalibus graecis reddendis Syros ithacismum, qui dicitur sequi, per se intelligitur, itaque pro *ι, ει, η* scribunt ܝ, ܝ, ܐ pro *αι*, *ε* vero *e* ܶ, pro *α* ܰ seu cum seu sine 'Aleφ. Exempla: *διαθήκη* = ܕܝܐܬܝܩܐ, *Καισαρεία* = ܩܣܪܝܐ, *στρατεία* = ܐܣܛܪܛܝܐ, *σπεῖρα* = ܐܣܦܝܪ. Pro *αυ, ευ, ου* ponunt ܘ, ܘ, ܘ, uti in

1) *Ventilatio grammatica gemina,* altera de pronuntiatione vocalis Syriacae ܙܩܦܐ, altera an Syri diphthongos agnoscunt. Cui *ἐν παρόδῳ* genuina pronuntiatio *τοῦ* Kamez et Pathahh Hebraeorum accessit. Dictata Altdorphi Noricorum Anno 1627 Mense Majo a *M. Daniele Schwenter* Noriberg. Ling. Orient. Professore. Norimb. p. 22 sq.

2) Rudiment. ling. Syriac. p. 10.

3) Hodogetic. Orient. P. II. p. 8.

4) *Schwenterus* imprimis ad *Masium, Guidonem Fabricium* et *Tremellium* provocat, quorum tamen auctoritas certe hac in re nulla esse potest; deinde ad originem diphthongorum, quippe quae concursu duarum vocalium oriri debeant. In Syriaca autem lingua pariter ac in Hebraea et Chaldaea non vocales, sed consonam et vocalem contendit convenire (*Waw* et *Pethocho, Jud* et *Sekofo* cet.), ita ut exempla ab adversariis allata, ܦܘܠܘܣ, ܐܝܢܐ et ܡܢܘ *pavlos, ajno* et *monav* essent legenda. In aliam igitur abiisset sententiam: si ad duplicem litterarum ܐ, ܘ et ܝ potestatem animadvertisset.

βουλευτής = ܒܘܠܘܛܐ Mrc. 15, 43, *Παῦλος* = ܦܘܠܘܣ, *βαναυσός* = ܒܐܢܐܘܣܘܣ, *οὐσία* = ܐܘܣܝܐ etc. Haec omnia sunt simplicissima, at difficultas exoritur si reddendae sunt vocales *o, οι, υ, ω,* pro quibus ܘ scribi solet. In libris impressis pro *o* et *ω* additur litterae *o* Zẹqâφâ itaque *Στωικοί* = ܐܣܛܘܐܝܩܐ, *αὐτοκράτορες* = ܐܘܛܘܩܪܛܘܪܐ, pro *οι* et *υ* vero ʿẹṣâṣa uti in *Φοίβη* = ܦܘܒܐ, *Φοινίκη* = ܦܘܢܝܩܐ, *Λιβερτῖνοι* = ܠܒܪܛܝܢܘ, *ξύλα* = ܩܣܘܠܐ, tamen pro *υ* scribitur ܘ e. gr. in *κίνδυνος* Act. 19, 40 = ܩܝܢܕܘܢܘܣ (Polygl. Walt. autem ܩܢܕܘܢܘܣ, Nestor. ܩܘܕܝܢܘܣ).

Ad transscribendas vocales *o, ω,* Bar Alius plerumque ܘ adhibet, *ὁρισμὸς* ܐܘܪܝܣܡܘܣ, *αὐτόματος* ܐܘܛܘܡܛܘܣ (pronunciandum est ŏṭomoṭos), *ὁμόνομα* ܐܘܡܘܢܘܡܐ, *ἐπίσκοπος* ܐܦܝܣܩܘܦܐ, *Ἱπποκράτης* ܐܝܦܘܩܪܐܛܝܣ[1]); *ὁρίζων* = ܐܘܪܝܙܘܢ. Pro *οι* idem adhibetur *οἴδημα* ܐܘܕܝܡܐ, ŏdîma; vel *κοιτὼν* = ܩܘܛܘܢܐ; ita et in plurali graeco; alibi tamen ܘܝ legitur e. gr. *ὠκεανὸς* ܐܘܩܝܢܘܣ[2]), *ὄργανον* ܐܘܪܓܢܘܢ, *οὐράνιοι* ܐܘܪܢܝܐ, *κωμῳδοί* ܩܘܡܘܕܝܐ Theoph. II. Omittitur *o* in *Ἀπόλλων* ܐܦܠܘܢ Eus. Theoph. ed. Lee II., *Ποσειδὼν* ܦܣܝܕܘܢ ib. Pro *au* habes *ew* in *αὐτοκράτωρ* ܐܘܛܘܩܪܛܘܪ (cf. *αὐθεντής* et efendi), vel *ευ* puncto super o scripto exprimitur in eunuchus, ܐܘܢܘܟܐ. Denique *υ* eodem modo redditur, *ὑποθήκη* ܐܘܦܘܬܝܩܐ, *βυρσεύς* = ܒܘܪܣܝܐ, alibi signum ĭ brevis — adscribitur, *ὑπομνήματα* ܗܘܦܘܡܢܡܛܐ, alibi scribitur ܝ, ܛܝܦܠܘܣ *τυφλός*, *ὕλη* ܗܝܠܐ Theoph. I. 25 vel etiam ܗܘܠܐ Cast. Mich. lex. imo omnino non exprimitur *Διόνυσος* ܕܝܘܢܣܘܣ, *Γανυμήδης* ܓܢܡܝܕܝܣ Theoph. II. Denique ܘ ibi quoque invenitur, ubi justa causa non est, *Ἄρης* ܐܘܪܝܣ ib., *ἀρχὰς* ܐܪܟܘܣ, *ἀδάμας* juxta ܐܕܡܐܣ et ܐܕܡܘܣ. Diphthongum *ευ* apud B. Alium invenis ita scriptum ܒܐܣܝܠܝܘܣ = *βασιλεύς*, ܡܠܟܐ, الملك.

§. 13.

De qualitate et quantitate vocalium.

A. Ad dijudicandam vocalium naturam et originem formarum grammaticarum plurimum interest, recte perspexisse quaenam ratio

---

1) Lineolam super ܦ saepius in B. Alio obviam ex §. 7, II, B. explicandam censeo, scilicet pronunciabant ippoğraṭis, ėwṭoğraṭor. Neosyri lineam infra consonam ponunt.

2) Bernsteinius in glossario ܐܘܩܝܢܘܣ Ephr. I. 122; Wiseman. Hor. p. 192 ܐܘܩܝܢܐ cf. aethiopicum ውቅያኖስ:

intercedat inter vocales syriacae linguae et cognatarum dialectorum. Itaque statim ab initio proponendum est, quomodo singulae dialecti in vocalibus ponendis egerint, idque eo magis videtur necessarium, cum quantitas vocalium, quae in negligentissima vocales per signa graeca scribendi methodo paene oblitteratur, tum demum cognosci possit, si unius cujusvis vocis vocalismus comparatur cum vocalibus in cognatis linguis respondentibus.

I. Pe̥θåħå *ă* respondet arabico φatħ َ, hebraeo Paθaħ primitivo, cujus loco propter tonum saepissime Qåmêṣ; sed ibi tantum est obvium, ubi contra correptionem in vocalem brevissimam e̥ (Še̥βå) defenditur 1) binis consonis quae sequuntur, seu 2) consona ex etymologiae legibus geminanda, seu 3) tono in syllaba clausa. Quum vero in lingua arabica et hebraea *ă* ante litteras geminatas et ante binas consonas saepissime in *ĭ* correptum sit (Olshausen Lehrb. d. hebr. Sprache §. 55 d), syriacum Pe̥θåħå arabico et hebraeo *ĭ* quoque respondet. 1) ܡܰܕܒܚܳܐ = مَذْبَحٌ, מִזְבֵּחַ ara, ܡܰܕܒܪܳܐ = מִדְבָּר desertum, ܡܰܓܕܠܳܐ = مِجْدَلٌ, מִגְדָּל turris, ܬܰܠܡܝܕܳܐ = تِلْمِيذٌ, תַּלְמִיד discipulus, ܡܰܢܝܳܐ = מָנֶה, مَنًا mina, ܥܰܦܪܳܐ = עָפָר, عَفَرٌ pulvis etc. 2) ܓܰܠܺܝ = גָּלָה, جَلَى aperuit, ܡܰܠܳܚܳܐ = מַלָּח, مَلَّاحٌ nauta, ܛܰܒܳܚܳܐ = טַבָּח, طَبَّاخٌ coquus etc. 3) ܩܛܰܠ = קָטַל, قَتَلَ interfecit, ܬܰܠ stat. constructus, tumulus. Corripitur in syllaba aperta, ܚܢܳܢܳܐ حَنَانٌ misericordia, ܩܕܺܝܡܳܐ קָדִים itaque terminatio *ătŭ* in statu emphatico correpta est in e̥θå, ܥܶܠܬܳܐ, عِلَّةٌ, ܟܬܒܬܳܐ, unde explicatur Rukåχ litterae ܬ cf. §. 19.

II. Ze̥qåφå respondet arabico â, hebraeo â, quod plerumque in ô, ֹ, depressum est, et cum haec vocalis non tono sed natura sit longa, tolli non potest. Exempla: ܟܬܳܒܳܐ, كِتَابٌ, כְּתָב liber, ܐܳܢܳܟܳܐ, آنُكٌ plumbum, ܩܳܛܠܳܐ, قَاتِلَةٌ, קוֹטְלָה.

III. Vocalis ĭ primitiva, quae arabico ĭ respondet et primitivo *ĭ* hebraeo, quod nunc in ê productum est apud Syros in syllaba clausa semper est ĕ, in syllaba aperta vero eaque tonum non ferente corripitur in e̥ (še̥βå). Exempla: ܕܶܒܚܳܐ, ذِبْحٌ, זֶבַח, זִבְחִי

sacrificium, ܙܩܐ, زِقّ uter, ܬܠܒܫܬܐ, cui si reperiretur comparandum esset تَلْبِسَةٌ, operimentum; ܐܡܐ, أُمّ, אֵם mater, ܬܩܝܡ = تُقَيِّمُ; ܥܠܬܐ, عِلَّةٌ causa, ܨܘܪܬܐ, صِفَةٌ forma, ܫܢܐ, سِنّ dens.

At corripitur in syllaba aperta, ܟܬܒܐ, כֹּתְבָה كَاتِبَةٌ scribens fem. dum in syllaba clausa ܟܬܒܬܐ retinetur, ܟܬܒܐ, كِتَابٌ, liber; ܩܝܡܬܐ, قِيَامَةٌ resurrectio.

Apparet in vocibus syriacis ĭ raro reperiri, scribitur tamen i, — praesertim in vocibus exoticis, e. gr. ܐܢܕܩܛܝܘܢ indictio, ܒܣܝܣ basis, ܐܣܦܝܪܐ = الصِّن canistrum, ܒܝܥܐ, ova, ܬܟܬܐ, تِكَّةٌ ligaculum femoralium; ܟܡܝܢܐ, الكمين insidiator; ܛܪܩܠܝܢܐ triclînium, ܣܦܣܪܐ gladius. Levis hac in re difficultas inde exoritur, quod in syllabis clausis, quarum posterior consona est ʼAleφ, dubium interdum fuit, utrum ʼAleφ servandum sit an omittendum, quod si locum habebat vocalis non corripienda erat, sed producenda. Oriuntur tales syllabae in vocibus derivatis a radicibus, quarum prima aut secunda radicalis est ʼAleφ, et vario modo hae syllabae pronunciatae sunt.

Voces igitur tales ut ܕܐܒܐ = ذِئْبٌ, זְאֵב lupus, ܒܐܪܐ = بِئْرٌ, בְּאֵר puteus, ܦܐܪܐ cf. פֹּארָה Ez. 17, 6, ܟܐܒܐ, كَآبٌ, כְּאֵב dolor, in quibus prima syllaba antiquitus utebatur vocali ĭ, dĭʼbå, bĭʼrå, kĭʼbå etc., si ʼAleφ pronunciabatur hoc ĭ commutare debebant in ĕ, sin vero ʼAleph non amplius pronunciabatur suum ĭ producere in î. . Priorem pronunciationem tradit lexicon Bar Alii, qui scribit *e*, qua in re tamen observandum est litteram ʼAleφ apud illum aliquando excidisse. Habes igitur ܕܐܒܐ dĭʼβå lupus, sed ܒܪܐ bĕrå puteus, ܦܐܪܐ fĕʼrå fructus cod. Goth. fol. 79. b., ܟܐܒܐ keʼβå dolor, ܟܐܢܐ justus, ܟܐܢܘܬܐ justitia, ܟܐܦܐ lapides, ܢܟܐܐ dolus etc. Eliae exempla vero ĭ breve praebent, ܟܐܒ dolor, ܦܐܦܐ = الالثغ الفافاني balbutiens, ܒܪܐ puteus. Pronunciationem alteram omisso ʼAleφ eamque ob causam producto î adhibuerunt Maronitae, quae ab illis in nostras editiones, et lexica migravit, ubi hodie scribitur, ܕܝܒܐ seu ܕܐܒܐ, ܒܐܪܐ etc. In imperfecto verborum primae ܐ apud Bar Alium invenio ܐܐܡܪ ʼĕmar dicam, ܐܠܦ ʼĕlaφ sciam, ubi apud Maronitas scribitur ܐܡܪ, ܐܠܦ,

et in infinitivo ܡܐܡܪ (Maronitae ܡܶܐܡܰܪ), scilicet formae primitivae fuit mi'mar.

Adnot. Interdum vocales breves *a* et *e* (*i*) in syllaba aperta inveniuntur, at tunc re vera sunt semivocales in modum hebraei ḣaṭeφ paϑaḣ et ḣaṭeφ segol intelligendi. Ita in praefixo ἀφ3el radicum concavarum ܐܰܩܺܝܡ chald. אֲקִים, ܡܶܩܽܘܡܳܐ, ܡܰܟܢܳܫܳܐ. Alibi servatum est quia insequens consona, quae etymologice non genrinanda erat in pronunciatione geminabatur, ita ex. gr. ܫܡܰܝܳܐ coelum, quod arabice est سَمَآءٌ. Forma *samâ'ū* syriace esse deberet *še̥mâyâ*, hoc *â* autem in *ă* correptum ideoque insequens ܝ geminatum est. Cf. §. 36. I. not. 1; 37. III. not. 2.

IV. Vocalis î respondet arabico et hebraeo î, ܕܺܝܢ, دِين, דִּין; ܥܳܠܡܺܝܢ, عَالَمِينَ; ܬܩܺܝܡ, تُقِيمُ, תָּקִים. In statu absoluto nominum med. ܝ formae ܩܛܠܐ î invenitur, quod diphthongis *ai*, *ê* respondet, ܚܺܝܠ robur, خَيْلٌ, חַיִל; ܥܺܝܢ oculus, عَيْنٌ, עַיִן; hoc tamen î non ex primitivo (*ai*) ê depressum est, nam recta status absoluti forma esset syriace ܥܶܝܰܢ 3e̥yàn, ܚܶܝܰܠ ḣe̥yal (cf. ܪܘܚܐ abs. ܪܘܚ, ܡܘܬܐ, ܡܘܬ etc.), et hac in forma e̥ tenuissimum cum sequente *y* coalescit in *î*, quo facto *â* absorbetur. Apud Bar Alium tamen invenio s. v. ܒܘܦܬܠܡܘܣ glossam ܥܶܝܢ ܬܘܪܐ 3ĕn taurâ buphthalmos, et alibi ܥܶܝܢ = 3ên, sicut in orthoepia Maronitarum ex ܒܰܝܬܳܐ domus status constructus fit ܒܶܝܬ. Denique ex syllaba ye̥ procedit *î* in verbis primae y, ܝܺܠܺܝܕ pro ye̥lid et mediae *w*, ܩܺܝܡ ex qe̥yîm pro qe̥wîm, eodem modo ex e̥ye̥ = antiquo ĭya ut ܓܒܺܝܬܳܐ selecta ܡܫܺܪܝܳܬܳܐ castra, quae olim fuerunt gabîyatū, mašriyatū. Tali modo oritur ܡܫܬܺܝܳܢ a voce ܡܫܬܝܐ pro mašte̥ye̥χon.

V. Vocalem, quae 3e̥sâṣâ karyâ dicitur non esse *ŭ* sed *o* §. 11, III, 12, diximus, et hoc loco explicandum restat quibusnam in locis hoc *o* adhibitum sit, et quibus vocalibus hebraeis et arabicis respondeat, nam aramaeismus judaeus plerumque ו habet ut syriasmus.

Invenitur 3e̥sâṣâ karyâ 1, loco hebraei et arabici *ū* in tertia pers. mscl. pluralis imperfectorum, ܢܶܗܘܽܘܢ nehwôn, ܢܶܩܛܠܽܘܢ neqte̥lôn cll. Num. 15, 39; deinde in nominibus formae ܩܳܛܽܘܠܳܐ, quibus respondent arab. نَاطُورٌ etc. e. gr. ܒܳܙܽܘܙܳܐ bâzôzâ praedo, ܡܳܠܽܘܟܳܐ mâlôkâ consiliarius, ܟܳܣܽܘܪܳܐ kâsôrâ, olitor البقّال, ܠܳܥܽܘܙܳܐ lâ3ôzâ barbarus, et

in femininis ejusdem formae ut ܚܳܠܽܘܦܬܳܐ hâlôφtâ culter, السكين, denique in abstractis inde derivatis e. gr. ܒܳܪܽܘܝܽܘܬܳܐ bârôyûϑâ creatio a ܒܳܪܽܘܝܳܐ creator. In aramaismo judaico verborum לְא tantum futura habent ו ut יְגְלוֹן, תִּגְלוֹן; formae ܩܛܽܘܠܳܐ respondet קְטוֹלָא e. gr. פָּרוֹקָא.

Respondet vero arabico *ŭ* quod Hebraei in *ĕ*, ◌ֶ corripuerunt in affixis ܟܽܘܢ et ܗܽܘܢ, in ܐܰܢ̱ܬܽܘܢ vos ܗܶܢܽܘܢ illi (Eus. Theoph. I. 37, II. 7,), ܢܣܒܽܘܢܳܝ, ܡܠܟܽܘܢ Joh. Eph. p. 241, ܥܠܝܟܽܘܢ ib. 243, ܐܪܥܟܽܘܢ, ܫܡܝܟܽܘܢ Levit. 26, 19, 20, coll. Gen. 46, 19, 20, ܥܡܟܽܘܢ etc. Ita et in afformativo perfecti ܬܽܘܢ e. gr. ܥܢܝܬܽܘܢ respondistis. Suffixa in aramaismo Judaeorum הוֹן et כוֹן scribuntur.

Deinde convenit cum hebraeo ו in terminatione nominum diminutivorum, צְעִירוֹן, אִישׁוֹן etc. in diminutivis, quorum terminatio est ܘܢܳܐ, e. gr. ܐܰܚܽܘܢܳܐ fraterculus, ܐܢܳܫܽܘܢܳܐ homuncio, ܓܙܪܽܘܢܳܐ = المنجل الصغير falx parva, diminutivum vocis ܓܙܪܳܐ rad. ܓܙܪ totondit, unde explicatur Qušây litterae ܩܘܫܝ, ܚܪܽܘܢܳܐ papilla الحلمة, eodem modo in aliis nominibus ܢܶܣܝܽܘܢܳܐ tentatio B. Ali s. v. ܢܣܝܳܐ cf. נִסְיוֹן chaldaice. Porro adest in terminatione diminutivorum ܘܣܳܐ e. gr. ܥܠܝܡܽܘܣܳܐ puerulus, et in nominibus quibusdam, quae omnia colligi hodie nequeunt, quum lexica puncta non praebeant. Exempla sunt ܩܕܽܘܡ olim, ܓܢܽܘܢܳܐ thalamus, ܡܳܡܽܘܢܳܐ mammon, ܡܪܽܘܪܳܐ ligo, ܩܘܡܳܐ, القمع B. A. infundibulum (Cast.), ܚܽܘܪܳܐ = الجحر, ܩܽܘܪܳܐ ܐܣܩܘܦ ubi Lee edidit ܩܘܪܳܐ Jes. 11, 8, ܚܽܘܪܒܳܐ c. ruk. ܩ, ciconia (ܚܘܪܒܳܐ desertum), ܚܽܘܚܳܐ prunus[1]), ܫܽܘܥܬܳܐ cera, ܚܽܘܪܳܐ, المصاقى collatorium, ܨܽܘܠܡܳܐ cum rukâχ simulacrum dei parvum, ܩܘܡܘܪ solum, ܡܶܡܬܽܘܡ unquam, ܥܰܡܡܶܐ in plurali gentes, sed in singulari ܥܰܡܳܐ; ܝܶܫܽܘܥ išoʒ Jesus, praeterea omnia, quoad vidi, nomina hebraea a 'יו incipientia, ܝܽܘܐܳܫ Yo'aš, ܝܽܘܬܳܡ Yotam, ܝܽܘܝܳܩܺܝܡ Yoyaqim etc. et voces graecae, hebraeae et aegyptiacae in quibus est *o*, *ω*, ו, e. gr. ܢܽܘ ܐܡܽܘܢ nomen urbis Alexandriae, ܦܰܪܥܽܘܢ Pharao, item ܝܽܘܦܶܐ Yoppe, ܐܠܳܗܺܝܡ ĕlohîm, ܒܥܶܠ ܦܥܽܘܪ Beʒel Peʒor etc.

Denique pro arabico *ŭ*, quod apud Hebraeos in *ŏ* mutatum est, invenitur in omnibus imperfectis et imperativis verborum, exceptis verbis ܐܡܰܪ, ܐܙܰܠ et ܐܟܰܠ et ܐܬܳܐ. Exempla: ܢܶܦܽܘܩ, ܐܶܬܕܟܽܘܪ, ܐܶܣܽܘܪ, ܐܶܬܪܽܘܡ, ܐܶܬܪܽܘܡ, ܥܒܽܘܪ, ܦܪܽܘܩ etc.; geminantia ܣܚܽܘܦ ܪܺܫܳܟ lava caput

———

1) Bar Alii glossa ad quam respicit Michaelis s. v. haec est ܚܘܚܳܐ ܐܚܪܝܢܳܐ ܘܒܢܬܢܐ. شجرة الاجاص . وفى الاخرى يسما بهذا الاسم الحرشف

tuum, rad. ܣܥܒ, ܣܘܦ rape; primae ܘ ܢܦܘܩ exi, ܢܟܘܣ macta, ܢܨܘܒ planta (ܢܨܒ, ܢܨܘܒ). Vice versa verba med. ܘ sive ܘ punctum infra ܘ habentes cum *û* efferuntur. B. Ali pluralem puncto infra lineam notavit in radice gem. ܚ, ܚܘܢܘܢܝ miseremini mei rad. ܚܢܢ.

Syri occidentales ubicunque ܘ scribitur non *o*, sed *ŭ* pronuntiari jubent. In vocibus ܟܠ et ܡܛܠ etiam ubi ܘ non scribitur haud raro punctum superius ponitur in Cod. Hall. psalterii. Ceterum vero in codice saec. noni exeuntis pro *o* jam pronunciatio *u* jubetur, habes enim apud Land Anecd. Tab. XVI. spec. 78 una cum puncto superiore vocalem *u* per ́ et ̇ notatam §. 10, II. in ܡܫܡܫܢܘܬܐ, ܬܘܠܥܬܐ, in ܬܘܒ modo ̇ ponitur.

VI. Vocalis ʒeṣâṣâ ârixâ ܘ cum arabico ŭ tum û respondet, *ŭ* tamen sicut *ĭ* et *ă* in syllaba aperta plerumque, at non semper in brevissimum e correptum est. 1) ܘ = arab. *û*, hebr. *û*, ܩܘܡܝ, קוּמִי ,قُومِي ,ܬܩܘܡ ,תָּקוּם ,تَقُومُ, qûmy, teqûm. ܢܘܗܪܐ ,نُور ,ܪܘܚܐ ,رُوحٌ ,רוּחַ etc. 2) ܘ = arab. *ŭ*, hebr. *o*, ܩܘܕܫܐ ,قُدْسٌ ,קֹדֶשׁ, ܬܘܠܬܐ ,ثُلْثٌ, ܪܘܒܥܐ ,رُبْعٌ, ܣܘܟܪܐ cf. بُكْرٌ, ܒܘܢܟܐ ,بُنْكٌ (اى المقيم فى البلد والمسنوط له), quibus in vocibus contra correptionem binis consonis defenditur, quae vocalem sequuntur. Idem locum habet in vocibus formae ܬܘܫܒܘܚܬܐ et ܡܘܫܚܠܦܬܐ (cf. مُكْحُلَةٌ et تَبْصِرَةٌ ubi loco *ĭ* adhibetur *ŭ* in lingua syriaca, quod Arabes habent in تَقَتُّلٌ) quorum *ŭ* in plurali corripitur e. gr. ܬܫܒܚܬܐ, ܡܫܚܠܦܬܐ a ܬܫܒܚܬܐ, ܡܫܚܠܦܬܐ. Denique in nominibus abstractis formae ܩܘܛܠܐ = قُتَالٌ, *ŭ* servatum est e. gr. ܩܘܪܒܐ, قُدَاسٌ sanctificatio, eucharistia, ܫܘܩܠܐ allevatio cf. قُلَالٌ, in alia tamen forma فُعُولٌ = ܩܛܘܠܐ *ŭ* correptum est, sicut *ĭ* et *ă* in syllabis apertis e. gr. ܚܐܪܘܬܐ libertas, nobilitas, ita ut pronunciatio syriaca prorsus conveniat cum arabica recentiore, quae vocales breves in syllaba prima si aperta est corripere solet. Caussin de Perceval. Gram. ar. vulgaire §. 47. Correptum igitur est *ŭ* in e in praefixis imperfecti, ubi non sequitur gemina consona ܬܩܘܡ = تُقِيمُ ,תָּקִים, ܬܩܝܡ = تُقِيمُ ,תָּקִים. 3) *û* ex diphthongo *au*, hebr. *ô*, processit in statu absoluto nominum med. ܘ e. gr. ܡܘܬܐ, ܡܘܬ, et hoc *û* eodem modo e forma yewàm ortum est, ut *î* vocis ʒîn ex ʒeyàn. Cf. supra IV. Simili modo *û* procedit ex syllaba *we* in

ܚܰܝܘܬܳܐ animal, ܚܰܕܘܬܳܐ gaudium, ܡܰܚܘܬܳܐ plaga al., quorum forma primitiva fuit ħaywatū, ħadwatū, maħwatū syr. hayweϑå, ħadweϑå, unde pluralis ܚܰܝ̈ܘܳܬܳܐ, ܚܰܕ̈ܘܳܬܳܐ, ܡܰܚ̈ܘܳܬܳܐ. Peϑāħå, quod elidendum est (cf. supra I.) in syllaba aperta, hisce in vocibus in singulari est semivocalis ħateφ paϑaħ. §. 35 III., 36 I.

VII. Vocalis *ĕ*, ut supra vidimus, ex antiquiore *ĭ* in syllaba clausa processit, sed haud raro etiam ex primitivo *ă*, idque locum habet 1) in verbis primae ܐ e. gr. ܐܶܡܰܪ = אֱמַר, ܐܶܚܰܕ, אֱמַר أَمَرَ[1]); 2) in praefixis nominum et imperfectorum, quorum *ă* primum quidem in *ĭ* depressum, deinde in *ĕ* resolutum videtur, تَقْتُلُ, chaldaice תִּקְטֹל, hebraice תִּקְטֹל, syriace ܬܶܩܛܘܿܠ tĕqtol deinde apud Syros occidentales ܬܶܩܛܽܘܠ teqtŭl; مَقْتَل, chald. מִקְטַל, syr. ܡܶܩܛܰܠ et in nominibus formae ܬܶܩܛܘܠܬܳܐ ut ܬܶܫܒܽܘܚܬܳܐ, ܬܶܫܡܫܬܳܐ et in ipsa radice ܡܶܕܪܳܐ, مَدَر gleba, ܣܶܛܪ = צַד latus. Denique *ĕ*, ut apud Hebraeos Segol in אַתֶּם = أَنْتُمْ, ex antiquiore *ŭ* correptum est cf. ܕܶܒܳܐ = דֹּב, دُبٌّ aethiopice ut syriace ድብ ursus; ܒܶܛܡܳܐ, بُطْم fructus Therebinti, ܚܶܠܳܐ pulvis, חוֹל arena, ܒܶܣܪܳܐ = בֹּסֶר uvae acidae, ܦܶܪܕܬܳܐ = פְּרֻדוֹת granum. Apud Neosyros in nominibus similibus profertur ĭ, ergo ܕܸܒܐ ursus, ܬܸܢܢܐ fumus, ܛܸܦܪܐ ungula, (de signo ◌ܸ = *ĭ* cf. §. 11, 4.) quod et in participiis activis invenitur, e. gr. ܝܵܠܸܦ yālip discens, ܪܵܗܸܛ currens, ܚܵܡܸܨ acescens, ubi ex Maronitarum sententia proferendum ܝܳܠܶܦ, ܪܳܗܶܛ.

VIII. Vocalis *ê*, conveniens cum hebraeo *ê*, ex diphthongo *ai* est contracta ܒܶܝܬ, בֵּית, بَيْتُ stat. constr. Deinde ut *ĕ* processit ex *ĭ*, ita *ê* processit ex *î* e. gr. in terminatione status determinati pluralis *ê*, cui respondet apud Hebraeos îm apud Arabes îna, ܩܳܛܠܶܐ = קֹטְלִים = قَاتِلِينَ in genitivo, abjecto enim nasali *m* seu *n* vocalis producenda erat. Mandaei hanc pluralis terminationem etiam hodie proferunt *î*, Neosyri scribunt ܟܬܒܐ ܥܡܡܐ ◌ܹ.

IX. Diphthongus *ai* convenit cum arabico *ai* hebraeo *ăyĭ* seu *ê*, ܒܰܝܬܳܐ, بَيْت, בַּיִת, בֵּית, ܐܰܝܢܳܐ, زَيْن, זַיִן etc., contrahitur in ê, et alibi exoritur î cf. nro IV. — Denique diphthongus *au* respondet arabico *au*, quod in lingua vulgari est ô, et hebraeo *ăwĕ*, ô, ܡܰܘܬܳܐ, مَوْت, מָוֶת מוֹת; Nestoriani et Neosyri diphthongum in ô

1) Hoc ĕ deinde prolongatum est cf. infra B, 2, d, 4.

contrahunt, litteramque praecedentem non Peϑåhå ܲ sed Zeqåφå ornant ita ܡܳܘܬܒ݂ܳܐ môteβå sedes, ܐܳܘܩܶܕ݂ 'ôqed incendit etc. Denique ex *au* procedere potest *ū* cf. nro. VI.

Apud Neosyros syllabas *ăβ*, *ăφ*, *åβ*, *åφ*, *ĭβ*, *ĭw*, *ĭφ*, ad diphthongos pertinere §. 12, III., adn. 1. diximus.

X. Brevissimum e (šeβå) etsi apud Syros non scribitur adest tamen, id quod cum ex natura rei sequitur, tum a Stoddarto p. 15 confirmatur. Indistincti hujus soni natura fert, ut modo huic modo illi vocali propius accedat, quod tamen hodie, quum lingua syriaca sit exstincta, accuratius definiri non potest. Recte igitur Schultens Instit. aram. p. 114 jam docuit, ܢܦܰܩ efferendum esse neφaq neque npaq, et re vera ad varios *ă*, *ĭ*, *ŭ* sonos hancce brevissimam vocalem indistinctam accedere inde colligitur, quod Amira, Gabriel Sionita, alii voces ܥܙܽܙܳܐ, ܐܰܪܒ݂ܥܳܐ, ܥܒ݂ܳܕ݂ܳܐ transscribunt ozozo, arboo, obhodho, quia hisce in verbis sonus vocalis e ad ŏ accessit. Vario modo tinctam hanc vocalem esse, praeterea confirmant Norbergus qui Constantinopoli Maronitam Germanum Conti audivit J. D. Michaelis gram. syr. p. 33 et Thomas Erpenius apud Ludov. de Dieu gram. harm. p. 43 et praef. ad. Apocalypsin syr. Lugd. Batav. 1627[1]).

Oritur haec vocalis ut supra vidimus ex *ă*, *ĭ*, *ŭ* *in syllaba aperta* et nos ejus loco in transscriptionibus ponimus e, quod quibusnam syllabis conveniat ex analogia linguarum cognatarum cognoscitur. Vestigia hujus vocalis indubitata habemus in aspiratione litterarum ܒܓܕܟܦܬ cf. §. 16, quae, nisi vocali etsi brevissima praecedente locum non habet. Apostolorum tempore vocalem clare pronunciatam esse, sequitur e transscriptionibus graecis ταλιϑὰ ܛܠܺܝܬ݂ܳܐ Mrc. 5, 41, ταβιϑὰ ܛܒ݂ܺܝܬ݂ܳܐ Act. 9, 36, ἀκελ δαμὰχ (Cod. Vat.) ܚܩܰܠ ܕܡܳܐ Act. 1, 19, λημὰ σαβακτανὶ (Cod. Vatic. profer lĭmå) = ܠܡܳܐ ܫܒ݂ܰܩܬܳܢܝ, (pešiṭϑå ܠܡܳܢܳܐ).

Hodie vocalismus particularum ܒ, ܕ, ܘ, ܠ, quarum vocalis primitiva *a* fuit, varius est pro natura vocis sequentis, ita ut modo ܒܰ *ba* modo ܒ be legatur, quod quomodo se habeat vide §. 16, VII.

XI. Totam vocalium in lingua syriaca, arabica, hebraea inter sese relationem uno conspectu haec tabula praebet.

---

1) Similem hujus semivocalis naturam apud Hebraeos fuisse docet Jehuda Ḥayyuǵ in Ewald und Dukes Beiträge III, p. 4.

Syriacum	Arabicum	Hebraeum
ـَ ـܰ *ă* Peϑâhâ	*ă* (*ĭ*)	*ă* (*å ĭ*)
ـܳ ـܳ *å* Zeqâφâ	*â*	*â* (*o*)
ـܶ ـܶ ـܶ *ĭ* (*ĕ*) Heβâsâ karyâ	*i*	*e* ـֶ *e* ـֵ
ـِܝ ـِܝ *î* Heβâsâ ârîχâ	*î ai*	*î ê*
ܘ ܘ *ŏ* (*u*) ɜesâsâ karyâ	*ŭ û*	*ŭ û ŏ ô e* ـֵ
ܘ ܘ *ū* ɜesâsâ ârîχâ	*û ŭ*	*û ŏ*
ـܶ ـܶ *ĕ* Reβâsâ karyâ	*ĭ ă ŭ*	*ĭ e* ـֶ *å ŭ ŏ*
ـܶ ـܶ *ê* Reβâsâ ârîchâ	*ai î*	*ê î*
ـܰܝ ـܰܝ *ai*	*ai*	*ăyi ê*
ܰܘ ܰܘ *au*, ܘ *ô*	*au*, sermo vulg. *ô*	*åwĕ ô*
e	*ă ĭ ŭ*	*å e e ŏ*

Adnot. 1. Linguae aethiopicae non habuimus rationem, cum ejus vocalismus primitivus ad arabicum accesserit; itaque in schemate nostro simul repraesentetur in columna arabica. Antiqua vero vocalium conditio cum in lingua aethiopica valde mutata sit, semper ad normam arabicam est redeundum, si vocales aethiopicae sunt comparandae cum vocalibus reliquarum dialectorum. Ceterum in eo Aethiopes cum Syris conveniunt, quod saepissime vocales *a*, *i*, *u* in *ĕ* mutaverint e. gr. ምድር፡ ܡܶܕܪܳܐ, مَدَرٌ, terra, lutum; ድብ, ܕܶܒܳܐ, دُبٌّ, ursus.

Adnot. 2. A comparatione vocalium aramaismi judaici abstinendum censemus, primum quia conditio punctorum in targumis non ea est, quae suadeat semper hic rectam traditam esse pronunciationem, deinde quia ubique fere vocalismus chaldaicus cum syriaco convenit, nam in quibus uterque dispar est, chaldaismus aut hebraismis inquinatus est, aut antiquiorem pronunciationem linguae aramaicae monstrat, quae in libris syriacis eam ob causam non reperitur, quod temporum decursu ipsa pronunciatio mutata est. Aetas targumorum enim septimo fere p. Christum saeculo finitur, qua aetate libri vocalibus instructi syriaci longe sunt recentiores. Denique in quibus aramaismus judaeus (lingua chaldaica) recedit a christiano (lingua syriaca), ea ex regionum varietate facile explicantur, pro qua Syrorum pronunciationem diversam esse

supra exemplis quibusdam vidimus, cf. supra III, nisi forte punctatorum scribarumque debentur errori.

In eandem fere sententiam deductum videmus Dietrichium, qui quamvis discrimina dialectorum velit constituere, dicit: Igitur in universum quidem vocalium ratio apud Syros et apud Chaldaeos *etiam uti in libris nostris habetur* eadem est, ita tamen in singulis quibusdam discesserunt, ut Chaldaei juxta syriacas vocales principales etiam Hebraeas, in cujus locum successerant, retinuerint, ubi has vero non sequuntur in nominibus monosyllabis obscuras praetulerint, in longioribus vocibus certe ordine vocalium inverso a syriaca dicendi consuetudine discesserint.

Cf. Fr. Dietrich de sermonis Chald. proprietate Lipsiae 1839 p. 18. Priora Hebraismis sunt adnumeranda, reliqua si non errores, qui commutatis in libris manuscriptis ו et י facillime exoriuntur, ex varietate temporum et regionum explicantur.

§. 13, B. I. Quae hucusque sunt disputata, ea ad vocalium indolem et naturam primitivam pertinent, at longe alia res est si quaeritur, quomodo unaquaeque vocalis a Syris sit pronunciata; saepe enim factum est, ut neglecta origine quantitas vocalium a populis immutaretur. Nunc ergo quae de pronunciatione actuali ab uno Amira[1]) sunt tradita, etsi pauca et manca, sunt proponenda. Respiciendae sunt vocales eae, quae ancipites sunt et quae nulla quantitatis habita ratione cum breves tum longae uno eodemque signo graeco notari solent, *e*, *i*, *u*, nam de Pe̥ϑåhå ă et Ze̥qåφå å (â) dubium oriri non potest. Cf. §. 15 I. adnot. 1. Addimus Amirae regulis ea, quae ex Bar Alii lexico colligi potuerunt, seu iis patrocinantur, seu obstant.

II. Vocalis *e* Re̥βåså, quamvis sit ex *ă* vel *ĭ* profecta, contra originis analogiam producitur.

a) In plurimis nominibus *vere Syriacis* prima syllaba vocali *e* affecta producitur, ut ܫܶܢܳܐ dens, ܐܶܡܳܐ mater, ܒܶܙܬܳܐ direptio; in *exoticis* vero nominibus propriis corripitur, ut ܐܶܫܰܥܝܳܐ Esaias, ܚܶܙܩܝܳܐ Ezechias. Ita quidem Amira, at haec pronunciatio, si recte docet, aut ad ea tantum nomina pertinet, quae a radicibus gem. ܥ derivantur, aut propria est Syrorum occidentalium, Bar Ali enim

1) Gramm. syr. p. 466—470.

scribit ܡܫܟܐ měškå pellis, ܐܠܦܐ 'ělφå navis etc. imo in radice gem. ܒܙܐ bezzå papilla, ܚܠܐ h'èllå pulvis, ܛܒܐ ṭěbbå nuntius etc.

b) In reliquis vocibus Reβåså alicui consonae appositum, tum quoque cum ܝ aut ܐ (quiescens) consonam illam sequuntur, corripitur, ut ܫܕܝܢ abjiciunt, ܟܬܒܘܗܝ libri ejus, ܓܝܪ enim, ܕܝܢ autem, ܓܐܪܐ sagitta.

c) In flexione verborum ĕ corripitur

1) in praeformativis imperfecti et infinitivi verborum sanorum i. e. eorum quae tribus consonis firmis constant neque contrahuntur, e. gr. ܢܦܩܘܢ nĕq. ܬܣܝܡ tĕs ܡܣܝܡ. Idem cadit in verba ܐܟ, itaque in ܢܐܟܘܠ, ܡܐܟܠ ĕ breve est mĕ'kal. Cf. supra A. III.

2) in ultima syllaba primae personae perfecti ܦܪܫܬ pêršĕϑ, ܣܓܕܬ seγdĕϑ, ܩܡܬ qåmĕϑ et in participio activo ܣܓܕ, ܪܐܫ, ܓܠܐ, såγĕđ, råyĕs, gålĕ et ex Bar Alii auctoritate in Paɜel et Eϑpeɜel cf. infra.

3) in prima pers. imperfecti verb. med. ܘ (et ܝ), ܐܩܘܡ 'ĕqûm, quarum prima radicalis, si est ex ܒܓܕܟܦܬ, qušåyå accipit, §. 16. V. 2.

4) in ultima syllaba verborum ܠܐ in imperfecto, infinitivo et participio omnium stirpium, ܢܒܢܐ nêbnĕ, ܐܫܡܠܐ 'ĕšamlĕ, ܡܫܡܠܐ mešamlĕ.

d) Producitur vero ê in verborum flexione

1) in prima syllaba imperfectorum et infinitivorum verborum ܠܐ et gem. ; ܢܒܘܙ nêboz, ܡܒܙ mêbaz, ܢܒܢܐ nêβnĕ, ܡܓܠܐ mêγlå, cf. c, 4.

2) in ultima syllaba verborum med. e, ܢܩܦ neqêφ adhaesit, ܣܓܕ seγêđ adoravit.

3) in prima syllaba, in persona prima perfecti ܦܪܫܬ pêršĕϑ, et in person. tertia fem. ܦܪܫܬ pêršåϑ.

4) in prima syllaba verborum ܐܟ in perfecto, ܐܟܠ 'êχal, ܐܟܠܬ 'êχalt, ܐܟܠܬ 'êχlĕϑ edit, edisti, edi.

Adnot. Bar Alius, qui in lexico accuratissime pronunciationem sua aetate vulgatam notasse videtur, quae saepe cum neosyriaca convenit, in praefixis verborum plerumque ĕ scribit ܸ, in ultima syllaba stirpium Paɜel et 'Aφɜel vero saepissime ī, ܼ, quam ob causam Syrorum quoque occidentalium ĕ hisce in formis breve videtur. Exempla: ܐܬܚܦܝܛ 'ĕhappiṭ, ܐܢܩܦ, ܐܪܐ, (sed ܐܢܫܐ), ܐܣܝܐ, ܦܣܩ vel ܐܦܣܩ cum Peϑåhå primae syllabae, ܐܟܠܐ cum Zeqåφå

mediae syllabae; et in ʾAφ3el ܐܺܝܬܺܝ, ܐܺܝܩܰܪ, ܐܺܝܬܒܠܬܢ, alibi ê ܶ invenitur, ܐܶܝܠܶܠ, ܐܶܝܠܶܦ, ܐܶܝܢܶܩ, ܐܰܘܒܶܕ, ܐܰܘܒܶܠ, ܐܶܘܠܕܐ, ܐܶܝܢܶܩ et ĕ ܶ ܐܶܝܢܶܩ. Alia verba et in Pa3el et ʾAφ3el ĕ, ܶ habent, ܐܶܠܒܶܫ, ܐܶܠܒܶܫ, ܐܰܘܒܶܠ, et participium per ê ܶ scriptum est ܐܳܟ݂ܶܠ. Verba ܦܐ et in imperfecto in secunda syllaba ĭ ܶ ܐܶܡܰܪ accipiunt, per ê scribitur ܐܶܫܡܰܥ = اسعى واستمع. Quae afferenda videntur tanquam exempla pronunciationis multifarie variantis, cujus in libris a Maronitis editis nulla sunt vestigia. Cf. §. 11, II, 3.

In prima syllaba formarum d, 1 allatarum B. A. habet ܶ e. gr. ܐܶܒܢܺܐ ʾêβnĭ aedificabo, ܐܶܒܣܐ spernam, sed alibi invenitur ܶ ܐܶܒܩܐ ʾĕβqĭ, sicuti et in formis c, 1 descriptis reperitur ê, ܶ, ܐܶܒܥܘܪ, ܐܶܒܥܘܪ. In Pa3el nihil nisi ܶ deprehendi.

III. Ḥe̥βâṣâ longum fere ubique quiescibile Yuδ sequitur, ut ܕܺܝܢܳܐ judicium, ܐܺܝܕܳܐ manus, ܐܰܥܶܠܺܝܢܝ introducas me; neque tamen ܺܝ ubique pro ī habeas, corripitur v. c. in ܪܺܝܚܳܐ odor, ܠܡܺܐܢܳܐ portus, ܠܰܡܦܺܝܕܳܐ lampas, B. A. ܠܰܡܦܶܕܳܐ et ܠܡܶܐܢܳܐ, quod etiam valet de ܺܝ sequente ʾAleφ, ut ܕܺܐܒܳܐ lupus, ܢܺܐܡܰܪ dicet, B. A. ܕܶܐܒܳܐ, ܢܶܐܡܰܪ. Multis in vocibus, omisso ܝ Ḥe̥βâṣâ corripitur, ut ܐܶܣܟܺܡܳܐ figura, ܐܚܪܺܢܳܐ alius, ܡܣܟܺܢܳܐ egenus, ܠܺܠܝܳܐ nox, ܬܺܐܢܳܐ ficus, ܨܦܺܪܳܐ hircus, ܦܰܪܰܩܠܺܛܳܐ Paracletus, ܟܪܺܣܛܝܳܢܳܐ Christianus. B. A. ܐܶܣܟܶܡܳܐ, ܡܣܟܶܢܳܐ, ܠܶܠܝܳܐ. In vocibus peregrinis exeuntibus in *ius* et *ia*, *ium*, *i* producitur e. gr. ܐܰܦܺܝܣܩܳܦܳܐ, ܩܽܘܡܺܝܛܽܘܣ.

IV. Quae de vocali ŏ (ܳ) 3e̥ṣâṣâ karyâ supra dicta sunt conveniunt cum Amirae de pronunciatione regulis, praeterquam Amira hanc vocalem non *o* sed *ŭ* proferri jubet. Una res in qua Amira differt a regulis supra propositis ea est, quod dicit syllabam ܘܿ non nisi in imperfecto verborum ܦܐ, ܬܶܐܟܘܿܠ, ܢܶܐܡܘܿܪ, ܬܶܐܣܘܿܪ corripiendam esse, in reliquis verbis vero producendum ܬܶܦܘܿܩ, ܢܶܕܒܘܿܪ, ܢܶܥܒܘܿܪ, ܬܶܥܒܪܘܿܢ. Nos cum et in hisce formis ܘܿ pronunciandum censeamus, auctoritate librorum antiquissimorum nitimur, in quibus punctum supra ܘ pictum invenimus.

III. De signis orthoepicis et diacriticis.

§. 14.

Cum iis signis, quibus vocales indicantur, arctissime cohaerent reliquae notae orthographicae, quae accuratiorem et distinctiorem reddunt vocis sensum atque lectionem. Quonam vero tempore singula haec signa inventa sint, hodie dici non potest. Notae orthoepicae hae sunt: *Rukåχå* et *Qušåyå* (§. 16), *Marheṭånå* et *Mẹhagyånå* (§. 17), *Lineola occultans* (§. 18); notae vero diacriticae: *Linea diacritica* (§. 19), *Ribbuy* (§. 20) et *Puncta* quibus verborum variae formae definiuntur (§. 21). Appendicis loco denique de punctis distinctionis et accentibus erit agendum (§. 22). Antequam vero de singulis notis diligentius agamus, disputationem de litterarum geminatione praemittamus necesse est (§. 15).

§. 15.

Geminationis nota (Dageš forte) Syris defuit.

1) Quamvis constet Syros geminandas litteras nota speciali non insignivisse, rem tamen ipsam, litterarum nimirum geminationem, sine dubio habuerunt, occidentales vero Syriaci sermonis dialecti ab omni litterarum geminatione abhorrentes, quae est earum incuria in rebus ad linguam pertinentibus, eam paulatim prorsus neglexerunt.

Annot. 1. *Assemanus*[1]) „*Orientales* (*Syri*), ait, *litteras geminant, quibus Zẹqåφå* (ـَ) *seu Pẹϑåḣå* (ـَ) *adposita est, si praecedant litterae motae vocali A seu I, quas Patacham et Rvassam nuncupant. Ita proferunt* ܐܠܗܐ *Allaha*, ܐܬܩܕܫ *Etkaddas*, ܩܕܝܫܐ *kaddiscia, ubi occidentales nullibi litteras geminant, sed pronuntiant: Aloho, Etkadas, Kadiscio.*“ Haec cum Assemanus dicat, apparet, eum non de vocibus allatis modo agere, verum in

1) Bibl, Orient. T. III. P, II. p. 379. cfr. *Amira* in praelud. in Grammatic. Syriac. p. 3. Ceterum Assemani verba parum accurata sunt; dicere voluit consonas inter Pẹϑåhå et Rẹβåṣå seu Pẹϑåhå positas esse geminatas, quod ex exemplis allatis colligitur.

universum docere, Syros occidentales consonas nunquam geminasse, quocum consentiunt Amira (Gram. Syr. praef. p. 3) et Sciadrensis Gram. p. ܒ. At ex Assemani verbis minime intellegi potest, quibusnam locis litterae geminandae fuerint, imo vox allata ܩܘܡܬܐ regulae ab Assemanio prolatae non convenit. Tamen tota res facillime ad finem perducitur, si mente tenemus, vocales breves non nisi in syllaba clausa servari, in syllaba aperta vero corripi in e̥ §. 13, A, I, III, VI, X. Ubicunque igitur vocalis brevis in syllaba, quae aperta videtur, adest, syllaba re vera non est aperta, sed clausa per consonam, quae sequitur, geminandam. Ita syllaba prima in å-låhå et qa-dîšå et secunda in ė𝜗qa-daš, še̥ma-yå videtur quidem aperta, re vera autem clausa est geminata sequente consona, ål-låhå, qad-dišå, ė𝜗qad-daš, še̥may-yå, ceteroquin vocalis ă correpta esset. Syri occidentales vero cum geminationem non amplius proferant, haud dubie vocalem quantitative produxerunt, pronunciantes 'āloho, ė𝜗qādăš etc., idemque apud eos accidit vocali ĭ, ĕ, quae ante consonas ex etymologiae legibus geminandas sed propter pronunciationis neglegentiam non geminatas, produci solet, e. gr. ܐܡܐ = 'ēmå pro 'ěmmå §. 13 B. II. a. Eadem neglegentia etiam apud Nestorianos invaluit, apud quos saepe ـِ scribitur pro ـِ ante consonas geminandas, ܐܠܗܐ §. 13. B. II. adnot., ܒܛܝܠܐ, ܒܣܝܡܐ pro battîlå, bassîmå Stoddart. p. 130, ܙܡܪܐ pro zammårå ib. p. 122 etc. Occidentales, accuratius sonum ā productum significare nec poterant nec debebant, scilicet omne ـَ producendum illis erat, nisi in syllaba clausa erat positum et clausa quidem non per litteram geminandam; contra ـَ non ā sed o pronunciabatur. Orientales vero qui ă et ā scriptura distinguere poterant, pronunciationem accurate notaverunt, ita ut intellegatur, apud eos quoque geminationem neglectam in ܙܡܪܐ etc. productione vocalis esse compensatam.

Annot. 2. Si *aspirata* est geminanda ex etymologiae legibus, aspirationem perdit, ita ut ejus pronunciatio geminationem prodat (§. 16), sicuti vice versa vocalem e̥ prodit, si cum aspiratione pronunciatur. §. 13, A. X.

II. Geminatio vero litterarum propter duas caussas adhibetur, aut propter assimilationem consonarum inter se (geminatio compensativa) aut propter etymologiam, cum formae quaedam geminationem medii praesertim radicalis postulent (geminatio characteristica). Utriusque vero naturam et usum docet analogia ceterarum

dialectorum, unde *compensativa* in verbis primae ܢ et gem. ܥ praecipue reperitur, ut ܐܦܩ éppoq pro ܐܢܦܩ énpoq (exibo), ܐܚܬ âhheϑ deposuit pro ܐܢܚܬ ânheϑ; Chald. אַפֵּק et אַחֵת. In verbis gem. ܥ aequales consonae saepe in unam geminatam coeunt, ut in ܒܙܬ rapui pro ܒܙܙܬ et in ܥܠܬ ʒellıϑ pro ܥܠܠܬ (ingressa est). Deinde et prima radicalis post praefixa vocali instructa geminatur, scilicet geminatio quae secundae radicali convenit, ad primam ita refertur, ut geminatio alterius radicalis compensetur. E. gr. ܐܕܩ âddeq pro âdeqq pro âdqeq, ܢܒܘܙ nebbuz pro nĕbuzz pro nebzuz. Exorta est haec geminatio primae radicalis, ut vocalis praefixi contra correptionem in e̥ defendatur §. 13, A, X, I, III, et cum Syri occidentales geminationem pronunciare desierint, vocales syllabae primae produxerunt cf. supra I, adnot. 1. Nomina quoque a radicibus gem. ܥ derivata iisdem legibus adstricta esse per se intellegetur e. gr. ܐܡܐ = 'ĕmmâ, occidentales 'ēma, ܝܡܐ yammâ, occident. yāmâ. Alia exempla geminationis primitivae ad defendendas vocales contra correptionem, cujus vestigia in Qušâyâ inveniuntur vide §. 16, IV, adnot. et V, 2. Accidit vero haec litterae excidentis compensatio etiam nominibus nonnullis, ut ܓܦܬܐ ge̥ɸettâ pro ܓܦܢܬܐ (vitis); ܚܕܬܐ ḣedattâ pro ܚܕܬܬܐ nova. *Characteristicam* vero geminationem deprehendis in conj. Paʒel et Èϑpaʒal earumque derivatis, ut ܦܩܕ paqqeδ (praecepit), ܐܬܒܛܠ éϑbaṭṭal (abolitus est), ܓܢܒ gannâβ (fur). Cfr. Chald. et Hebr. אִתְבַּטַּל, פַּקֵּד, גַּנָּב.

III. Syri cum geminationis signum non habeant, aliquando litteram ab Hebraeis et Chaldaeis dagešatam indicandae originis et distinctionis caussa bis scribunt, ut ܐܬܬܚܕ, Chald. אִתְּחֵד comprehensus est; ܐܬܬܣܝܡ, Chald. אִתְּשִׂים positus est; ܥܡܡܐ, Hebr. עַמִּים gentes.

Exoticarum etiam vocum litteram geminandam Syrorum nonnulli bis scribunt, ut ܐܝܘܐܢܢܝܣ 'Iwannis (Joannes), ܦܝܠܝܦܦܘܣ Philippus, est tamen mos sequioris Syriasmi, cum ea scribendi ratio in versione Philoxeniana occurrat, ubi in antiqua versione e. c. ܦܝܠܝܦܘܣ scriptum legimus. Qua in re per se intellegitur, inter consonas bis scriptas vocalem inseri nunquam posse.

IV. Geminationem Syri interdum litterae insertione compensant; hac itaque epenthesi ܢ praecipue et ܪ voci iniciunt, ut ܢ in ܓܢܒܪܐ heros, جَبَّار, et ܪ in stirpe Parʒel pro Paʒel.

In Mandaeorum dialecto haec geminationis compensatio est usitatissima, et nasalem insertam re vera pronunciatam esse neque merum signum orthographicum (notam geminationis) inde sequitur, quod ante labiales in *m* mutatur. Ex: מאנדא = ܡܰܕܥܳܐ intellectus, ܡܰܫܚܳܐ = מִדָּא modus, ראנדיד = רַדֵּד expulit, עתאננאר = אִתַּגְּרוּ vendiderunt, עמבא = ܐܶܒܳܐ fructus, תיהאמביל = ܬܰܘܒܶܕ perdes, קומבא = قُبَّة. In uno verbo ܡܶܠܬܳܐ rad. ܡܠܠ duplex *l* per *nl* compensatur, inserta tamen vocali, ut litterae incompatibiles *l* et *n* separentur, est igitur מינילתא, at ܡܶܠܶܐ plur. = מיליא sed cum suff. etiam מינילא verba ejus. Nöldeke, üb. d. Mundart der Mandäer §. 19.

Adnot. Nos quamvis Syri occidentales geminationem non curent, etymologiae causa in transscriptionibus eam exprimendam censemus.

§. 16.

Rukåχå et Qušåyå.

Cfr. Amirae gramm. Chald. p. 124—143 et 419—414. Isaac Sciadr. p. ܩܣ – ܪܘ; Abraham Ecchellensis p. ܠܒ seq.; Josephus Acurensis p. ܨܘ. Ludov. de Dieu grammat. lingg. orientt. harm. p. 25—34. Barhebraei gramm. metr. p. 32, 62. ed. Bertheau. Ewald, Abhandl. zur orient. u. bibl. Lit. Göttingen p. 82—90. Bernstein, Das heilige Evangelium des Johannes in harklens. Uebersetzung. Leipzig 1853, Vorbericht p. XII.

Syrorum grammatici hanc rem copiose tractarunt, sed cum totius rei causam non satis perspexerint, ideoque sana principia non statuerint, regulae multis turbantur exceptionibus, quae si accuratius examinantur, legibus primariis, Syris ipsis ignotis, optime conveniunt. *Amira* nominum et verborum asperitatem lenitatemque seorsim tractat quasi diversam, et cum in nominibus variam aspiratarum pronunciationem a varietate vocalium, quibus consonae praecedentes afficiantur, pendere opinetur, singulas vocales divisionis fundamentum sumsit; deinde quod variam pronunciationem inde pendere censet, utrum consonae ambiguae vocali sint instructae an non, ubique hujus quoque rei rationem habet. In verborum denique asperitate et lenitate demonstranda *Amira* diversa verborum genera variasque conjugationes respexit[1]), cum vero quae ad doctrinam de elementis pertinent in omnibus orationis partibus eadem

---

1) De singulari ejus verborum et conjugationum distributione ab ea, quae apud nostrates valet, diversissima, infra agetur.

sint et esse debeant, fieri non poterat, quin fere idem, quod de nominibus monuerat, hic repeteret. — Ex antiquorum grammaticorum commentationibus de hac re scriptis duae adhuc Romae in Cod. Ecchell. 27. servantur, quae *Mar Eliae* (I.) catholico et Johanni Zuġbi tributae *de litteris lenius vel asperius pronunciandis*[1]) agunt. Ejusdem Eliae Nomenclator syro arabicus Cod. Gothanus Nro. 1091 in ponendis hisce punctis concinit cum Amirae hac de re regulis, ideoque aeque ac Bernsteinii editio versionis evangelii Johannei Ḣarqlensis probat, recta ea esse, quae Amira tradit, etsi rei veram caussam non docuerit.

I. Puncta Rukåχ et Qušåy consonis ܪܘܟܟ ܩܘܫܝ, in codicibus manuscriptis plerumque *rubro* colore, ne cum aliis punctis confundantur, in Romanis vero librorum editionibus, in Bernsteinii lexidio et editione evangelii Johannei colore quidem nigro apponuntur, sed figurae parvitate satis distinguuntur. Punctum infra illas consonas positum (Rukåχ) eas *cum aspiratione*, ut *β*, *γ*, *δ*, *χ*, *φ*, *ϑ* efferendas esse, supra easdem litteras positum (Qušåy) eas *sine aspiratione*, ut *b*, *g*, *d*, *k*, *p*, *t* legendas esse indicat; uti ܟܬܒܟ keϑåβåχ (liber tuus), et ܟܬܒܝܟ keϑåβaik (libri tui); ܣܒܪ seβar (putavit), et ܣܒܪ sabar (annuntiavit). Ex quo usu puncta illa nomen traxerunt suum; ܪܘܟܟ enim est *emollitio* et ܩܘܫܝ *induratio*. Consonas vero cum aspiratione efferendas ܡܪܟܟܢܝܬܐ *molles*, et sine aspiratione pronunciandas ܡܩܫܝܢܝܬܐ *duras* vel *asperas* grammatici vocant. Aspiratio ipsa consonae alicujus ܪܘܟܟܐ, تَرْقِيق, ܬܪܩܝܩ, contrarium ܩܘܫܝܐ, تَفْخِيم, ܬܦܚܝܡ, nominatur. Ceterum in libris manuscriptis qušåyå haud raro in ipsis litteris pingitur neque supra lineam.

Annot. Haec puncta neque in libris mssc. neque in impressis semper apponuntur, praesertim in nostris typographiis fere nunquam adhibentur; in libris autem Romae editis et in Codd. Mscr. non sine utilitate scribuntur cum ex eorum positione saepe vocum origo cognoscatur, in Bibl. Polygl. Londinens. vero, praecipue in libris Estherae, Tobiae et Judith obvia quadratis punctis, ut a reliquis distinguantur, sunt expressa.

---

1) Assemani Bibl. Orient. T. III. P. I. p. 307, 308.

II. Amirae, Sciadrensis et Ecchellensis de aspiratione regulae, etsi prolixae, veram pronunciationem docent, conveniunt enim ea quae dicunt cum punctatione lexicographorum quos Bernsteinius in lexidio Chrestomathiae Kirschianae est secutus, et cum Elia bar Šinâyâ et cum Bar Alio, quos ipse contuli; librorum manuscriptorum auctoritas quidem passim grammaticis repugnat, verum scribas erroribus hac in materia saepissime esse obnoxios docent Bernsteinii observationes ad evgl. Johannis l. l. Vorbericht p. XII, deinde non ubique et omni tempore in minutissima hac re eadem pronunciandi consuetudo necessario invaluit, ita ut in re dubia consultissimum videatur, grammaticos eos sequi, qui regulis condendis summum laborem adhibuerunt, et quorum regulae scriptione codicum longe in plurimis vocibus confirmantur. Nos igitur quae viri supra laudati tradiderunt, melius tamen digesta et hic illic aucta repetemus, summa tamen principia illis ignota primo loco posituri. Alii[1]) in linguae hebraeae et chaldaeae analogia acquiescendum esse docent, quarum illa multis in vocibus analogiam non praebet, e. gr. מַלְכֵי kâφ habet sine dages, ܡܰܠܟ݁ܶܬ݂ vero Qušây, eodem modo מוֹחִי et ܡܽܘܚܝ, קָדְשֵׁיכֶם, ܩܽܘܕܫܰܝܟ݁ܽܘܢ, haec vero, quamvis certe cum syriaca conveniat, facilius e Syrorum regulis lucem accipiet, quam eas illustrabit. Quae enim est conditio textuum targumicorum, quos etsi χαλκέντερος Buxtorfius castigavit, in codicibus tamen aliis vocalibus instructos esse constat! Cf. Rich. Simon Disquisitiones Criticae cap. XIII. p. 103. Ita comparata hebraea et „chaldaica“ lingua nihil lucrabimur et in Syrorum regulis est subsistendum.

III. Quam gravis neglecta haec grammaticae pars ipsis Syris sit visa, Amirae et Sciadrensis docent verba, qui foedissima et tetria vitia appellant lapsus in pronunciatione litterarum ܒܓܕܟܦܬ. „Quid enim, Amira ait, deformius esse potest quam legere ܢܰܦܫܳܐ anima et ܢܶܛܦܬ݂ܳܐ gutta cum ܦ duro, quid obscoenius quam legere ܢܰܦܶܩ elargitus est ܣܰܟ݂ܦܢܘܬ݂ܳܐ cum ܦ leni, cum legenda sint cum aspero?“ Ex quibus intelligitur, quanti intersit recte perspexisse has elegantioris pronunciationis leges. Tamen non de elegantia

1) Nuper etiam Cowperus The principles of syriac grammar London 1858, p. 11 docuit: the best rule, where practicable, will be to follow the analogy of Hebrew and Chaldee. Egregie sane, but where not practicable?

tantum agitur, verum haud raro etiam de recta derivatione et sensu vocum, ita e. gr. ܢܶܨܒܽܘܢ nessẹβon est plantabant rad. ܢܨܒ, ܢܶܨܒܽܘܢ nēsbon volent rad. ܨܒܐ, ܢܶܟܣܽܘܢ nekkẹson mactabunt rad. ܢܟܣ, ܢܶܟܣܽܘܢ nēχson celabunt, rad. ܟܣܐ; ܚܽܘܪܒܳܐ ħurbå desertum, ܚܳܘܪܶܒܬܳܐ ħoreβå ciconia B. A. ܚܘܪܒܬܐ, ܚܶܣܕܳܐ ħesdå proprium, ܚܶܣܕܳܐ ħesẹδå misericordia, ܚܰܕܽܘܬܳܐ ħaδuϑå gaudium[1]), ܚܰܕܽܘܬܳܐ ħadduϑå cumulus frumenti (rad. ܚܕܕ?), ܐܰܟܺܝܠܳܐ ʾaχîlå comestum, ܐܰܟܺܝܠܳܐ åkîlå mensuratus rad. ܟܝܠ; ܐܳܚܕܺܝܢ ʾåħẹδîn claudentes, ܐܳܚܕܺܝܢ ʾåħdîn tenentes; ܙܳܓܳܐ zåggå tintinnans in phrasi ܐܪܙܐ ܙܳܓܳܐ rad. ܙܓܓ, contra ܙܳܓܳܐ zåγå vitriolum (الزاج B. Šin.); ܐܰܩܺܝܡ stabilivit, ܐܰܩܺܝܡ naturam indidit; ܐܡܟܪ (nomen act. ܡܟܪܢܘܬܐ et ܡܟܪܘܬܐ), desponsabo, ܐܰܫܩܶܐ nom. ܡܫܩܝܐ irrigabo terram; ܐܰܟܣܶܐ celabo, ܐܶܣܚܘܦ diruam, ܓܰܪܒܳܐ lepra laborans, ٱلْأَبْرَصُ, ܓܰܪܒܳܐ ipsa lepra ٱلْبَرَصُ.

IV. Suprema lex ad quam omnia redeunt haec est, ut consonae ܒܓܕܟܦܬ post vocales longas et post brevissimum sonum ẹ cum aspiratione efferantur, eodemque modo post vocales breves, si ipsae ܒܓܕܟܦܬ vocalem et geminationem non habent; rukåχå ergo locum habet in ܛܳܒܳܬܳܐ tåβåϑå, ܣܶܒܰܪ sẹβar, ܢܰܦܫܳܐ naφšå. E contrario vero post consonas et vocales breves sine aspiratione pronunciantur, id quod et locum habet si consonae ܒܓܕܟܦܬ ex etymologiae legibus sunt geminatae; e. gr. ܡܰܪܓܳܐ pratum = مَرْجٌ, ܟܰܠܒܳܐ canis = كَلْبٌ, margå, kalbå, ubi *g* et *b* immediate sequuntur consonas *r* et *l*: ܚܕܰܬܳܐ ħẹδattå, nova; ܓܒܶܬܳܐ gẹβettå, caseus; ܩܰܕܺܝܫܳܐ qaddišå, sanctus; ܐܰܟܳܪܳܐ åkkårå, arator. Diphthongi *au*, *åi* et *ai* sonis sequentibus aspirationem demunt, itaque ܠܰܝܬ lait, ܒܰܝܬܳܐ baitå, ܟܰܘܟܒܳܐ kaukẹβå, ܟܬܳܒܰܝܟ kẹϑåβaik, ܛܳܐܒܺܝܢ tåibin. Sola vox ܐܰܝܟ åiχ, sicut, excipitur, cf. p. 43, et in verborum ܫܰܒܶܩ et ܫܰܒܶܩ, participiis ܡܫܰܒܩܳܐ et ܡܫܰܒܩܳܐ consona ܒ rukåχå habet. De ܟܰܘܬܳܐ kawwẹϑå, fenestra cf. §. 27. IV, 2.

Adnot. Apparet, usum puncti rukåχå convenire cum Hebraeorum consuetudine, qui post vocales dageš lene nunquam ponunt, at usus puncti qušåyå non convenit cum ea ratione qua Hebraei adhibent suum dageš lene, latius enim patet et haud raro invenitur, ubi Hebraei consonam cum aspiratione proferunt. Exempla

1) Signum ܰ indicat semivocalem ad *a* inclinatam, ħatẹφ paϑah, sicut ẹ šẹβå simplex.

praeter ea, quae supra II. dedimus, sat multa mox inveniemus. — Summum principium sane ab initio in utraque dialecto idem fuit, scilicet post vocales consonae ܒܓܕܟܦܬ cum aspiratione, post consonas sine aspiratione erant pronunciandae; a simplici vero hoc principio Syri recesserunt, id quod in textibus Hebraeorum biblicis non reperitur. Tamen vix potest esse dubium, quin veteres Hebraei quoque, florente etiam lingua, non tam stricte legi primariae adhaeserint, ut nobis fortasse potest videri, facilius enim creditur, legis hujus usum constantem punctatorum magis deberi sollicitudini quam certae pronunciationis cujusvis consonae traditioni. Simili modo in lingua sanscritica affectiones consonarum, quae ex arcta conjunctione vocum (sandhi) procedunt grammaticorum potius videntur curae tribuendae, quam hominum vulgarium pronunciationi.

Caussa cur Syri a primitiva simplicitate abierint, in eo sunt quaerendae, quod §. 13. A. X. diximus, scilicet in syllaba aperta vocales breves facillime corripi, nam cum haec festinantis orationis consuetudo nimium in modum vocalismum deleret, geminatâ primum consonâ sequente, ac deinde, cum geminationem non amplius pronunciarent, omissâ certe aspiratione vocali praecedenti majorem firmitatem dare studuerunt. Ita pro ḣeδăϑeϑå puto primum exortam esse formam ḣeδăttå, ut tali modo ă servetur, deinde neglecta geminatione ḣeδătå ܚܕܬܐ. Eodem modo explicatur qušåyå mediae radicalis in nominibus formae ܩܛܘܠܐ = قُتّال cum ŭ brevi, e. gr. ܩܕܘܫܐ = قُدّاس cf. infra V, 4. Cf. quae de origine geminationis et asperitatis formae ܩܛܠܐ § 15, II. sunt disputata[1]). Praeterea interdum brevissimum e quod ex cognatarum linguarum analogia exspectatur, a Syris est omissum, quo facto qušåyå in formis invenitur, in quibus proprie rukåχå locum haberet e. gr. ܢܩܦܗ, ܟܬܒܐ naqpuh, kåϑbå pro primitivo naqiφuhå, kåϑiβå.

V. Quomodo vero in singulis syllabis et vocibus lex supra prolata adhibita sit, una cum exceptionibus quarum haud parvum numerum usus, grammaticae tyrannus, produxit, id jam nunc accuratius est definiendum. Itaque Qušåyå locum habet:

1) ab initio sententiarum et vocum earum, quas non praecedunt vocales å, ê, î, û. Exempla: ܦܠܚܝܢ ܟܪܝܗ ܗܘܐ (qušåyå in

1) Simile quid divinavit Ewald l. l. p. 87 not. quem Bernstein l. l. p. XVI not. injuste videtur vituperasse.

ܡܪ et ܒ) at rukâχâ ponitur in ܗܘܬ ܟܢܘܫܬܐ ܕܐܬܟܢܫܬ. Post diphthongos *au*, *âi*, *ai* et post suffixa ܗ, ܗ̇, ܗܝ, ܘܗܝ, ܝܗܝ, ܬܗܝ, quorum illa *h* consonam habent p. 41, haec vero, cum ܗܝ sit mutum, in diphthongum exeunt, ita ut modo *au* et *âi* audiatur, ponitur qušâyâ. Expl.: ܕܐܒܐ ܩܕܫܗ, quem pater sanctificavit Joh. 10, 36[1]), ܫܕܪ̈ܝ ܠܘܬܗ ܟܕ ܐܡܪ̈ܢ miserunt ad eum dicentes Joh. 11, 3. ܗܝ ܕܝܢ illa autem vs. 29, ܩܡܬ ܥܓܠ ܘܐܬܝܐ ܗܘܬ ܠܘܬܗ, ܬܠܡ̈ܝܕܘܗܝ discipuli Johannis 3, 25, ܥܡ ܚܕ ܝܗܘܕܝܐ; ܥܠ ܕܟܝܘܬܐ ܗܘܬ ܒܥܬܐ.

Particulae ܠ, ܘ, ܕ, ܒ si ante vocem a consonis ܒܓܕܟܦܬ incipientem ponuntur aspirationem efficiunt, cum per brevem vocalem e̥ pronuncientur. Cf. infra VII. Vox ܠܚܡ semper ruk. habet.

2) Post vocales breves Pe̥ϑâḣâ et Re̥βâṣâ, cum consonae eas sequentes sive etymologice, sive per assimilationem, sive servandae vocalis caussa geminatae sint, ideoque ipsae vocalem habeant, etsi brevissimum e̥. Itaque in ܪܒܐ rad. ܪܒܒ, ܠܒܐ rad. ܠܒܒ, ܓܦܬܐ vitis, ܓܒܐ rivus, et in feminino ܪܒܬܐ, ܠܒܬܐ, ܫܒܬܐ, ܐܦܬܐ ira cf. أَكَّ; his simile est ܫܒܬܐ שַׁבָּת[2]); praeterea ܬܪܣܐ scutum, ܟܟܪܐ talentum, ܚܒܝܠܐ rad. ܚܒܠ partic. âφ̔el, et ܥܒܝܐ spissus, quamquam ejus ܒ non sit geminatum. Deinde in vocibus etymologice geminatam mediam radicalem habentibus e. gr. ܡܪܝܪܐ, ܫܪܝܪܐ, ܚܒܝܒܐ, ܐܪܝܪܐ et in paɜel, ܥܓܠ ɜaggel, ܙܕܩ saddeq, ܫܕܪ šaddar, ܡܒܣܡ hilari animo, ܒܣܝܡܐ hilaris. De nomine ܡܕܒܪܐ cum ruk. cf. §. 36, I.

Eodem modo in ܩܕܡܬ 1. prs. et ܩܕܡܬ 3. prs. fem. rad. ܡܪܕ et in omnibus aliis verbis gem. ܥ, praeterea in nominibus earundem radicum, ܬܩܦܐ, ܩܕܐ, ܟܬܒܐ, ܐܒܐ, ܥܡܐ, ܪܩܦܬܐ etc. et propter ܢ assimilatum, ܫܢܐ = ܫܢܐ حَنَكٌ palatum, ܚܕܐ, ܡܢܕܥ, ܚܢܬܐ, ܪܒܘܪܐ = زُنْبُورٌ vespa, ܚܢܒܬܐ, ܚܒܬܐ et in verbis primae ܢ, ܢܦܩ, ܢܣܒ; praeterea ܐܕܪܐ, area أنْدَرٌ cui convenit qušâyâ propter ܢ assimilatum.

Denique ad defendendam vocalem brevem qušâyâ adhibetur in vocibus ܚܕܘܬܐ, ܩܕܡ, ܡܕܒܪܐ (mandaice מינדאם neosyr. ܡܕܒܪ), al. deinde post praefixum ܐ primae pers. imperf. paɜel, ܐܒܕܪ, ܐܦܪܫ = أُبَدِّدُ distribui, dissipavi, ܐܦܨܐ, ܐܟܪܐ decurtavi, et in verbo med. ܘ

1) Vox ܐܒܐ hic rectius haberet qušâyâ.

2) Tamen ܫܒܬܐ scribitur Joh. 5, 10 sc. B. B.

e. gr. ܐܛܫܐ, ܐܥܪܡ = أَكْتُمُ, أَسْتَرُ celabo Mich. astutus fuit. (Bar Šinâyâ) §. 13 B. II. c., et post reliqua praefixa si ipsa et insequens consona vocalem habent, ܬܕܥ, ܢܕܥ scies, sciet, ܢܬܒ sedebit.

Eandem ob caussam in vocibus formae ܩܛܠܬܐ et ܩܛܠܬܐ tertia radicalis sine aspiratione pronunciatur, e. gr. ܦܪܓܐ milium, ܦܪܬܐ casula, ܓܪܕܘܡܐ cadaver sine capite.

Exceptionem radicum primae ܐ vide VI, 2.

3) Post syllabas clausas, quarum vocalis est *ă*, *â*, *î*, *u*, *e*; syllabis clausis adnumerandae sunt eae quae exeunt in diphthongos *au*, *ai*, *âi* Nro. IV supra.

ă ܡܕܒܪܐ, ܡܫܘܚܬܐ, ܡܠܟܐ, ܝܘܠܦܢܐ, ܢܦܫܐ in verbis ܡܫܬܟܚ, ܐܫܬܥܒܕܘܗܝ, ܐܬܟܠ, ܢܫܬܡܥܘܢ Joh. 1, 37, ... Omnino media radicalis in âφ̔el, šaφ̔el eorumque derivatis habet qušâyâ. Excipiuntur feminina, quorum ܬ interdum rukâχâ habet cf. VIII, et post diphthongum rukâχâ habet ܫܘܒܚܐ. Praeterea ܬܫܒܘܚܬܐ et fortasse alia; denique participia pa̔el, ܡܕܒܪܝܢ.

â ..., eodem modo in participiis activis, ..., et nomina ...

î ... partic. posita, quibus adnumerandum ܬܐܬܐ cujus ܢ (תְּאֵנָה) assimilatum est. Excipitur ܣܝܡܬܐ thesaurus. In verbis primae ܐ et ܝ, quorum imperfecta in prima syllaba habent *î*, ex analogia universali qušâyâ in ultima radicali ponitur ..., etc., eodem modo in ܬ secundae personae âφ̔el verb. med. ܘ et ܝ e. gr. ... et in tertia radicali ut in ܢܐܬܘܢܗ.

u ... (ita Amira, contra Bernsteinius in lexidio ܬܫܒܘܚܬܐ sicuti ܡܫܒܚܬܐ Schol. in Job. 6, 2.), ... etc. Excipiuntur ..., ܦܘܪܩܢܐ Joh. 5, 19 alibi cum ܦ. Eodem modo in verbis post syllabas clausas, quae *u* continent, consonae ܒܓܕܟܦܬ habent qušâyâ, ... etc.

e Etiam post syllabas clausas, quae continent vocalem *e*, consonae ܒܓܕܟܦܬ qušåyå solent accipere, tamen hic multa nomina sunt excipienda. Post praefixa verborum (imperf. infinit. reflex. ܐܬ et in metathesi ..ܐܣܬ, ..ܐܫܬ, ..ܐܙܕ, in 1. pers. et 3. fem. perf., in 2. pers. verborum med. *e* et in åφ3el), ܬܬܕܟܪ, ܢܬܟܬܒ, ܢܬܒܪܐ, ܬܣܬܟܠ, ܣܬܟܬܒ imo ܢܬܕܟܪܘܢ Joh. 4, 8, ܢܬܕܟܪܘܢ, ܐܬܟܬܒ, ܐܣܬܟܠ, ܐܙܕܩܦ, ܫܒܩܬ, ܫܒܩܬ, ܣܡܟܬ, ܐܚܒܬ dilexisti. In nominibus, ܟܬܒܬܐ, ܫܒܩܬܐ, ܢܦܩܬܐ, ܢܦܩܬܐ, ܕܒܩܬܐ, ܚܠܒܬܐ, ܣܡܟܬܐ, ܣܦܬܐ, ܟܪܒܬܐ, ܟܬܒܬܐ Scholia in Job. 6, 4, ܐܢܒܬܐ, ܐܢܬܐ, ܡܕܝܢܬܐ ܐܟܬܐ, ܐܚܬܐ, ܐܡܬܐ, ܐܫܬܐ. Excipiuntur ܫܢܬܐ, ܩܫܬܐ, ܟܠܬܐ, ܟܢܬܐ et magna femininorum copia, quae a radicibus gem. ܥܥ derivata sunt, ܣܢܬܐ, ܓܙܬܐ, ܡܠܬܐ, ܟܠܬܐ, ܐܫܬܐ Bar Šin., Bernst. ܐܫܬܐ, ܡܠܬܐ, ܗܘܬܐ, ܟܠܬܐ, simili modo ܫܢܬܐ = سِنَةٌ, ܚܢܛܬܐ = حِنْطَةٌ et particula ܡܛܠܗܕܐ = ܡܛܠ ܗܕܐ. Haec igitur proferenda sunt šeneϑå, gezzeϑå, memmeϑum etc.

4. Post vocalem *u*, ʒesåså, si consonae ܒܓܕܟܦܬ ipsae vocali instructae sunt, in nomm. formae ܩܘܛܠܐ: ܡܘܟܟܐ, ܕܘܟܟܐ, ܕܘܒܒܐ, ܫܘܒܚܐ, ܫܘܒܩܐ, ܫܘܟܠܐ, ܫܘܓܪܐ etc. ܩܘܕܫܐ, ܫܘܒܚܐ, ܫܘܟܠܐ; ܡܫܘܕܥܢܘܬܐ, ܫܘܒܒܐ, ܟܘܒܐ, ܫܘܓܪܐ, ܫܘܦܐ, ܫܘܒܐ, in aliis tamen vocibus rukåχå invenitur, ܦܘܪܓܝ, ܟܘܬܒܐ, ܡܟܘܒܐ, ܫܘܟܪܐ, ܫܘܒܐ, ܡܫܘܟܢܘܬܗܘܢ, ܡܫܟܘܒܐ, ܡܪܘܒܝ, id quod in femininis in ܘܬܐ locum habere solet, ܪܓܝܫܘܬܐ, ܡܠܟܘܬܐ, ܫܡܫܘܬܐ etc. Abraham Ecchell. p. ܢܚ docet, ante ܐ status determinati consonas ܒܓܕܟܦܬ si praecedit *u*, rukåχå esse instruendas, a qua regula certe nomina a radicibus gem. ܥܥ ut ܫܘܒܐ etc. excipienda sunt. Secundum hanc regulam igitur ܫܘܪܐ, ܟܘܪܐ, ܫܘܒܚܐ etc. aspirationem habent, et a priore lege, voces formae ܩܘܛܠܐ in media radicali accipere qušåyå tunc recedentes non habeo nisi ܛܘܓܢܐ, ܛܘܓܢܐ[1]). Ceterum post *u* in forma ܩܘܛܠܐ ponitur qušåyå, quia vocalis brevis, respondet enim forma قُتَّالٌ, contra correptionem defendenda erat, dum ceteris formis, ܡܫܟܚܐ etc., ܫܘܒܪܐ (*ū* longum) tali fulcro non opus fuit. cf. IV. adnot.

VI. Rukåχå locum habet:

---

1) Utraque vox peregrina est, quam ob caussam primitiva consonarum *γ*, *χ* pronunciatio est servata, prius ex τέχνη Syris mutatum est, alternm a τήγανον, unde etiam طجن, est desumtum. En quanta legis constantia in lingua, quam hucusque depravatam plurimi habuerunt.

1) In fine vocum, si non duabus terminantur consonis, ut ܐܢܬ݁, ܩܛܠܬ݁, seu consonâ, cui praecedit diphthongus *ai* ܩܛܠܬ݁ܝܢ. Itaque scribitur ܫܡܥ, ܩܛܠܬ݂, ܩܛܠܬ݂, eodemque modo in radicibus gem. ܥ ut ܪܒ, ܩܡ etc. Ewald l. l. p. 89 etiam ܪܩ affert. Vox ܚܣܡ aemulatus est cum derivatis tamen qušåyå habet, ita distinguitur a ܚܣܡ (חָסַד) benignus fuit, quod cum derivatis semper rukåχå habet.

2) Post vocales *ă*, *å*, *e*, *î*, *u* si nec compensativa nec characteristica geminatio locum habet cf. V, 2.

ă In åφ:el et šaφ:el ܐܟܬܒ, ܐܥܒܕ, ܐܘܕܥ, ܐܪܗܛ, ܐܪܟܢ etc. ܫܥܒܕ, palpel ܡܠܡܠ, éϑpa:al ܐܬܩܛܠ. Excipiuntur formae verborum med. ܐ quod scio horum ܐܫܐܠ, ܐܬܐܠ, et verborum med. ܘ, ܐܩܝܡ, ܐܩܝܡ, ܐܩܝܡ, quorum *ă* primae syllabae per qušåyå servatur. In nominibus ܢܦܫܐ, ܟܬܒܐ, ܫܒܬܐ, ܫܒܬܐ etc. et in particulis, quae habent ܐ prostheticum, ܐܒܕܬ, ܐܦܠܐ, ܐܦܢ, ܐܦܢܐ, ܐܦܣܝ, ܐܦܣܐ, praeterea ܟܒܪܐ, ܩܪܝܒ. Denique in derivatis radicum primae ܐ, quorum *ă* (ḁ) pro semivocali e̥ propter naturam gutturalem consonae ܐ est positum, ܐܟܠܐ pro ʼe̥χîlå, ܐܟܝܠܐ, ܐܟܪܐ, ܐܟܠܐ, excipitur vero ܐܟܣܢܝܐ. De hac semivocali cf. §. 35, III.

Nota, grammaticos et lexicographos unanimi consensu dicere, ܐܒܐ, (ruk. ܒ) esse patrem carnalem sed ܐܒܐ (quš. ܒ) patrem spiritalem. Sed cf. e. gr. Evgl. Joh. harql. 4, 53, 22; 11, 41.

e in nominibus ut ܪܓܠܐ, ܪܟܒܐ, ܫܡܥܘܢ, ܐܦܪܐ, ܐܪܥܐ, ܕܟܪܐ al. excipitur ܐܕܪܐ area = أَنْدَرٌ et אִדַּר cujus ܢ cum ܕ coaluit, cf. V, 2, et ܦܪܕܬܐ = פְּרֻדּוֹת granum, cf. IV. adnot. Ita et ܡܟܬܒܢܘܬܐ, ܬܐܓܘܪܐ, ܬܐܓܐ etc.

Post praefixa imperfectorum et infinitivorum, ܢܟܬܘܒ, ܢܦܩܐ, ܡܟܬܒ, ܡܦܩܐ; exceptionem vide V 2; in affixo 1. pers. perfecti ܫܡܥܬ seγdeϑ, in ultima radicali pa:el, åφ:el et šaφ:el, éϑpe̥:el etc., ܩܒܪ, ܚܒܪ, ܐܩܒ rad. ܣܒܒ, ܚܒܒ, ܐܬܕܟܪ eorumque derivatis, ܡܚܒܒ etc. In verbis primae ܐ, ܐܟܠ, ܐܡܪ, ܐܡܪܬ, et in particip. act. ܩܛܠ, ܫܡܥ. In particulis ܕܝܢ. In vocibus quarum *ê* ex *ai* contractum est, e. gr. ܒܝܬ (sed ܒܝܬ).

å in nominibus, e. gr. ܐܒܐ, ܫܒܐ, ܐܪܒܥܐ, ܟܪܒܐ, ܚܪܒܐ, ܚܠܒܐ, ܩܛܝܠܐ et in omnibus formis pluralis femininorum ܡܠܟܘܬܐ, ܟܬܒܬܐ etc. Pro ܠܗܒܐ alibi scribitur ܠܗܒܐ Joh. 10, 1, 8; pro ܟܘܪܐ adjutor, Bernst. lexd. praebet ܟܘܪܐ. In ultima rad. verborum med. ܘ ܩܡܒ, ܟܒ, ܪܓ, ܪܓܬ, ܪܓܘ etc.

î in nominibus ut ܐܒܝܐ, ܟܬܝܒܐ, ܡܟܬܝܒܐ, ܡܫܝܚܐ etc. excipitur ܬܠܬܐ cf. V, 3. In verbis primae ܐ et ܝ, ܝܬܒ, ܬܐܟܠ, ܬܐܟܠ etc. et in

åφ3el verb. med. ܘ et ܝ, ܐܰܪܺܝܒ, ܐܰܩܺܝܡ et in participio passivo, ܡܪܰܚܒܳܐ, ܡܩܺܝܡܳܐ fem. ܡܩܰܝܡܳܐ. Ita et in ܡܰܥܡܕ, ܡܰܥܡܕܬ, ܡܰܥܡܕܬ = ܐܰܢ̱ܬ ܡܰܥܡܕ.

u si sequitur consona vocali destituta, ܫܘܒܚܳܐ, ܚܘܫܒܳܢܳܐ, ܬܘܕܝܳܐ, ܩܘܕܫܳܐ, ܬܘܩܢܳܐ eodem modo in fine vocum ܡܶܢܗܽܘܢ, ܥܠܰܝܗܽܘܢ, ܢܶܫܟܽܘܬ, ܢܶܥܡܽܘܬ, ܬܶܟܽܘܒ etc.

Excipiuntur ܦܘܬܩܳܐ, caupona, *πανδοκεῖον*? ܩܘܡܣܳܐ? ܕܘܟܣܳܐ cf. V, 4.

e̥ Post vocalem brevissimam e̥ consonae ܒܓܕܟܦܬ ubique rukåχå habent, ܬܪܥܳܐ, ܡܠܟܳܐ, ܚܕܬܳܐ, ܡܰܠܟܳܐ, ܡܰܕܒܪ, ܒܰܝܬ, ܐܰܒܳܐ, ܥܶܒܕܳܐ, ܥܒܶܕ idemque pertinet ad praefixa verborum ܬ, ܢ, ܐ, e. gr. ܢܶܟܬܽܘܒ, ܢܶܓܠܶܐ, ܬܶܟܬܽܘܒ, sed ܐܶܟܬܽܘܒ V, 2. Eodem modo post mediam geminatam radicalem conj. pa3el et ἐϑpa3al cum derivatis, itaque ܡܩܰܒܠܳܢܳܐ, ܡܩܰܒܠܳܢܽܘܬܳܐ etc. Cave tamen ne participiorum tertiae radicali apponas rukåχå, quorum e̥ neglectum est, ita ut qušåyå habeant ܩܳܛܠܳܐ V, 3.

Suffixum pronominale ܟܽܘܢ semper rukåχå habet, ܩܛܰܠܟܽܘܢ, ܕܝܠܟܽܘܢ, in plurali vero V, 3 qušåyå ܩܛܰܠܬܽܘܢ.

VII. Particulae ܒ in, ܠ ad, ܘ et, ܕ pronomen relativum, ante syllabas, quae vocalem habent sola brevissima vocali e̥ instruuntur ܒܒܰܝܬܳܐ beβaitå, ܠܡܰܠܟܳܐ le̥malkå, ܘܢܶܚܙܶܐ we̥nehze, ܕܢܺܐܡܰܪ de̥nîmar, at si consona sequitur, quae nihil nisi semivocalem habet, per *a* pronunciantur, ܒܢܚܳܫܳܐ bane̥hâšå, ܠܟܬܳܒܳܐ, ܘܢܩܺܝܡ wane̥qîm, ܕܢܡܽܘܬ dane̥muϑ. Eadem lex valet si una harum particularum cum alia conjungitur, itaque dicitur ܘܠܡܰܠܟܳܐ wale̥malkå, ܘܒܢܚܳܫܳܐ we̥βane̥hâšå, ܘܕܠܒܡܕܝܢܬܳܐ we̥δale̥βame̥δiϑå etc.

Ante voces monosyllabicas, quarum media, interdum et ultima littera est ܐ, particulae ܒܘܕܠ vocalem *a* sibi adsciscunt. ܕܦܐܐ, ܕܠܐ, ܕܦܐ, ܕܠܐ daφe', dale', quia prima forma fuit daφe̥'e, dale̥'e ex qua postquam ܐ in pronunciatione evanuit, *a* primae syllabae servatum est[1]). Pluralia quoque harum formarum ă tribuunt praefixis, quod apparet in versu septem syllabis constante

1) In Bibl. Polygl. Londin. et in Gutbiriana N. T. editione paucae occurrunt exceptiones, ut Eph. 6, 15. ܘܣܐܢܘ *et calceate*. Ed. Urm. habet ܘܣܐܢܘ. In versibus plerumque vocalem *a* additam invenimus, e. gr. ܘܐܦ Ephr. Carm. Nisib. ed. Bickell 2, 201, 205, ܕܐܠ Knōs Chst. 77, 16; tamen interdum *a* deest, ita ut nova syllaba non exoriatur. E. gr. in versu dodecasyllabo Knōs 81, 8:

ܒܡܰܠܟܳܐ ܡܰܠܟܳܐ ܢܶܗܘܶܐ ܡܩܰܕܡ ܒܡܰܠܟܳܐ ܕܐܠܗܳܐ ܗܘܳܐ

quod locum habet, si ante ܒ, ܕ, ܘ, ܠ vocalis praecedit, uti etiam iu versu ܠܐܠܗܘܬܳܐ ܡܫܰܒܚܬܳܐ, quinque syllabis constante. Cf. Bickell l. l. p. 35.

ܬܫܪܝ ܕܡܢܝܚ ܠܠܐܐܝܐ October qui recreat fessos

ܡܢ ܥܦܪܐ ܘܫܘܒܐ[1] ܕܩܝܛܐ pulvere et aestu aestatis,

ubi legendum est: tešrây damenîh lalayyâ pro lale'ayyâ. Amira p. 81, Assem. B. O. I. 93, Abrah. Ecch. p. ܩܗ. Ante voces incipientes a syllaba *ǎ*, ..ܐ et ĭ, ..ܝ, sine vocali apponuntur ܒܐܠܗܐ ballâhâ pro be'alâhâ, ܠܐܝܠܝܕܐ lilîdâ pro le-îlîdâ; denique ante voces ܫܬܐ sex, (Jos. Acur. scribit ܐܫܬܐ), ܣܪܛܐ linea, ܩܕܡ antea, vocalis *e* adhibetur, ܐܫܬܐ, ܐܩܕܡ, ܐܣܪܛܐ, idemque valet in vocibus graecis ut ܐܣܛܕܝܘܢ *στάδιον*, ܐܣܛܘܟܣܐ *στοιχεῖα*, ܐܣܛܦܢܘܣ *στεφανός*, ܐܣܛܪܛܝܘܛܐ *στρατιῶται*, ante quas, etsi ܐ non scriptum est, ܡܛܠ habent *e* ut ܘܣܛܕܝܘܢ etc.

Haec praemittenda fuerunt, antequam doceri potuit, quid concursus harum particularum cum aliis vocibus efficiat in positionem punctorum qušâyâ et rukâχâ. Cum particulae, de quibus agitur, encliticae cum aliis vocibus omnino coalescant, facile exspectatur propter novas syllabas clausas, quae inde exoriuntur, insequentem litteram ܒܓܕܟܦܬ accipere qušâyâ, ita ut scribendum sit ܕܒܝܬ (ܒ post syll. clausam[2]), *at haec exspectatio fallitur. Positio punctorum qušâyâ et rukâχâ immutata retinetur, et prima consona, cum post* ܡܛܠ *certe semivocalis e audiatur, semper rukâχâ habet.* Itaque scribitur ܗܝ ܕܟܬܝܒܐ hâi daχeϑîβâ, ܕܒܢܡܘܣܗܘܢ Joh. 15, 25, ܕܐܡܪܬ 13, 14, ܕܦܩܕܢܝ 14, 31, ܕܒܥܐ 13, 5, ܕܡܟܢܫܝܢ dameχannešîn, ܒܟܬܒܐ, et si duae particulae conveniunt ܘܒܕܟܬܢܐ 2, 19, ܘܕܦܘܪܩܢܐ 14, 17, ܘܕܒܢܘܗܝ. Una tamen in re Syri ab hac lege abierunt, nam post ܘ et ܕ praefixum futuri, ubicunque vocali destitutum est, accipit qušâyâ et dicitur ܕܬܦܨܐ datepasse, ܘܬܦܪܘܩ, at ܕܬܦܫܘܢ plur. cf. Bernst. l. l. p. XVIII. idemque efficit particula ܘ in insequentem consonam ܕ sive est nota relationis sive pertinet ad radicem, ergo scribitur ܘܕܪܫܗ waderâзeh Joh. 12, 38, ܘܕܢܕܥ wadenedaз 17, 23, ܘܐܕܒܪܟܘܢ wedβareχun (sic!) 14, 3, ܘܕܪܘܪܒܝܢ waderaureβîn 14, 12. Cujus rei causam vide supra IV. adnot. in fine. Scilicet ad servandam vocalem particulae prima consona vocis in pronunciatione geminata, deinde certe aspiratione privata est, quod cum in ceteris

1) Assem. l. l. ܘܫܘܒܐ praestat tamen Amirae lectio.

2) Hanc legem ignoravit Uhlemann gr. p. 9 et J. W. Wenig cum in chrestom. syriaca (Oeniponte 1866) p. 1—16 in his et similibus vocibus proprio Marte semper qušâyâ falso posuerit. Omnia secundum legem sunt emendanda.

imperfecti praefixis punctis notari non potuerit, in sola littera ܬ hodie observatur, et in ܕ relativo.

VIII. Terminatio femininorum ܬܐ pronunciatur per qušåyå post syllabas clausas, quarum vocalis est *î*, *å*, *u*, *e*; ita ܫܢܝܬܐ, ܡܕܝܢܬܐ, ܟܪܝܬܐ, ܟܠܝܠܬܐ, ܦܫܝܛܬܐ, ܥܒܝܕܬܐ; ܗܘܝܬܐ, ܫܦܝܪܬܐ, ܫܠܝܚܬܐ, ܡܠܟܘܬܐ, ܡܪܬܐ, ܫܠܡܬܐ, ܕܪܬܐ, ܩܫܝܫܘܬܐ, ܚܠܝܨܘܬܐ, ܒܘܠܒܠܬܐ, ܐܘܪܚܬܐ, ܥܘܪܬܐ, ܕܘܟܬܐ; ܥܢܝܢܬܐ, ܚܠܠܬܐ, ܚܝܠܬܐ. Cf. V, 3.

E contrario vero rukåχå ponitur, si consonam ܬ praecedit consona semivocali e instructa, quod accidit femininis radicum med. gem. ܚܕܬܐ, ܡܪܬܐ, ܐܡܬܐ, ܟܠܬܐ, ܥܠܬܐ, ܡܪܬܐ, ܐܡܬܐ, ܦܚܬܐ, ܥܢܬܐ, ܢܫܬܐ, quorum analogiam sequitur ܫܒܬܐ sabbatum et ܫܢܬܐ, ܫܶܢܰܐ somnus et ܒܪܬܐ baϑå filia, porro nominum formae ܩܛܠܬܐ, ܩܛܠܬܐ, ܩܘܛܠܬܐ ut ܡܠܟܬܐ, ܚܪܒܬܐ, ܡܘܠܕܬܐ, ܚܘܬܐ, ܫܠܡܬܐ, ܥܘܒܕܬܐ, ܩܪܝܬܐ, ܢܦܫܬܐ, ܩܘܒܬܐ, ܥܠܬܐ, ܟܢܫܬܐ, ܫܡܥܬܐ, ܩܘܫܬܐ etc. ܫܘܪܒܬܐ. Denique rukåχå apparet in terminatione abstractorum ܘܬܐ, e. gr. ܡܠܟܘܬܐ, ܫܡܫܘܬܐ, ܥܒܕܘܬܐ etc. et in pluralis forma ܬܐ, ܡܠܟܬܐ, ܢܦܫܬܐ etc.

ܬ vero post syllabam clausam cujus vocalis est *ă* plerumque non qušåyå habet sed rukåχå, ut ܫܒܪܬܐ, ܫܒܠܬܐ, ܡܫܟܢܬܐ, ܫܒܬܐ, ܚܫܡܬܐ, ܚܫܠܬܐ, ܬܪܥܬܐ, ܦܪܣܬܐ, ܥܫܬܐ, ܡܠܟܬܐ, ܦܪܥܬܐ, ܐܪܡܬܐ, ܟܡܪܬܐ, ܬܓܪܬܐ lacuna, ܐܓܪܬܐ, ܬܠܬܐ, ܟܪܡܬܐ, ܡܫܡܫܬܐ, ܡܪܟܒܬܐ, ܡܕܝܢܬܐ, ܡܪܥܝܬܐ.

In his (et fortasse etiam aliis) vocibus qušåyå apparet: ܡܠܟܬܐ, ܡܫܡܫܬܐ, ܡܦܩܬܐ, ܡܚܙܝܬܐ, ܡܟܬܒܬܐ, ܬܫܒܘܚܬܐ, ܢܗܪܬܐ, ܚܝܠܬܐ, ܢܨܒܬܐ, ܡܥܒܪܬܐ [1]).

Denique in fem. formae ܬܩܛܠܬܐ, ܬܩܛܠܬܐ qušåyå ponitur ܬܫܒܘܚܬܐ, ܬܚܒܘܒܬܐ, ܬܘܬܒܬܐ, ܬܫܠܡܬܐ, ܬܘܟܠܬܐ al.

IX. In nominibus quinque consonis constantibus, antiquior vocalismus ferebat ut media radicalis syllabam clausam sequeretur, unde factum est, ut hodie media radicalis, quae tertia vocis consona est, qušåyå accipiat, prima et tertia vero, quae secundam et quartam vocis consonam efficiunt, rukåχå. Itaque ܡܠܟܬܐ pro malkatū, ܡܟܬܒܐ = ܡܰܟ݁ܬ݁ܒ݂ܳܐ, ܡܟܬܒܢܐ, ܬܫܒܘܚܬܐ, ܥܒܕܬܐ, ܡܕܒܪܐ et feminina for-

1) Abraham Ecchel. p. ܠܗ dicit ܬ fem. post binas syllabas vocali instructas, quarum ultima est syllaba clausa, accipere qušåyå, a qua regula certe ea nomina excipiuntur, quae modo enumerata sunt.

mae ܡܗܠܟܬܐ etc. modo allata. Eadem positio punctorum qušåyå et rukåχå in nominibus sex consonarum, locum habet, quarum insuper quinta rukåχå accipit, ut ܬܠܡܝܕܬܐ, ܬܫܒܘܚܬܐ, ܡܕܒܪܬܐ, ܐܓܪܬܐ, ܬܫܥܝܬܐ, ܬܫܡܫܬܐ al. et femin. allata cum exceptionibus. Praeter feminina allata a lege redeunt ܐܓܪܬܐ, ܡܠܟܬܐ, ܡܕܝܢܬܐ, ܡܥܒܕܬܐ.

X. Si eadem consona ex ܒܓܕܟܦܬ, non intercedente vocali, bis adest, ita ut prior rukåχå, altera qušåyå proprie debeat accipere, id quod saepissime locum habet in ܬ conjugationis passivae ut, ܐܬܬܫܝܡ, ܐܬܬܩܝܡ etc., vel si consonae eorundem organorum e. gr. dentalis cum dentali concurrunt, vario modo grammatici et scribae qušåyå et rukåχå adhibent. Amira enim utrumque punctum, uti ex legibus primariis sequitur, ponit, e. gr. ܐܬܬܪܡܝ, ܐܬܬܫܝܡ, ܐܬܬܩܝܡ, ܐܬܬܚܠ, ܐܬܬܒܪ, alii vero, cum consonae in unam coalescant, inter utramque *unum* qušåyå pingunt e. gr. ܡܬܬܪܝܡ, ܡܬܬܩܝܡ, ܡܬܬܚܠ, ܐܬܬܟܝܠ, ܠܡܬܬܩܝܡܘ; hoc qušåyå in aliis libris altiore loco ponitur, ܐܬܬܟܝܢ, ܡܬܬܫܝܡ, praeterea et hunc in modum pingitur ܐܬܬ, ܐܬܬ, ܐܬܬ, ܐܬܬ, qua in scriptione vestigia varia pronunciationis latent, alii enim ėt, alii ėϑt dicebant. Concurrentibus ܕܬ Amira rukåχå et qušåyå prout lex postulat, tribuere solet, ܚܕܬܐ, ܡܠܟܕܬܐ, ܚܕܝܬܐ, alibi rukåχå omittitur ܫܬܕܬܐ, ܫܘܕܬܐ.

Si vero earundem concurrentium prior qušåyå habet, posterior rukåχå, cum tales consonae intercedente ẹ̊ coalescere non possint, utrumque punctum servatur, e. gr. ܐܕܬܐ, ܦܬܬܐ, ܡܕܒܕܒ, ܐܬܟܬܒ.

XI. Voces ex aliis linguis depromtae Syrorum legibus non sunt adstrictae, retinetur enim, quoad fieri potest pronunciatio primitiva. Ita scribitur ܟܠܡܘܣ χλαμύς, ܟܝܠܝܪܟܐ χιλάρχος, ܦܝܠܝܦܐ Φίλιππε, ܐܦܘܩܪܝܣܝܣ ἀπόκρισις, ܣܦܘܓܐ σπόγγος, ܐܪܟܘܢ ἄρχων, ܟܪܣܛܝܢܐ χριστιανός, ܟܪܝܣܛܘܦܘܪܘܣ χριστοφόρος, ܦܘܠܘܣ Παῦλος, ܦܛܪܘܣ Πέτρος, ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ γrigorios, ܓܘܪܓܝܣ gorgis, ܓܐܘܡܛܪܝܐ γεωμετρία, ܐܘܢܓܠܝܘܢ εὐαγγέλιον, ܠܡܦܝܕܐ lampiδå. Pro κ et τ graeco vero non ܟ et ܬ scribuntur sed ܩ et ܛ, ξ exprimitur per ܩܣ e. gr. ܛܟܣܐ τάξις, ܠܟܣܝܣ λέξις. Verbis graecis Bar Hebraeus adnumerat ܐܦܣ, ܡܦܣ, quod semper ܦ habet. In persicis et hebraeis vocibus idem valet, itaque scribitur ܐܢܓܪܐ, إِنْجَارْ (pers.?) tectum, ܐܣܟܢܕܐ, ἀσκάνδαι legatus, ܐܢܓܪܬܐ, ἀγγαρεύειν, epistola, ܣܘܕܪܐ σινδών, סָדִין, scr. sindhu copt. ϣⲈⲚⲦⲰ, ܟܬܢܐ, ܟܬܢܬܐ, كَتَّانٌ כִּתּוּנָא, 𐡊𐡕𐡍𐡀 cf. قُطْنٌ, ܦܬܪܐ = אֵפוֹד, ܨܦܪܐ = צִפֹּר,

ܟܡܝܠܐ = לִוְיָתָן, ܐܣܛܪܘܬܘܟܡܠܘܣ = شُترمُرغ struthiocamelus. Arabicum ثُرَيَّا Plejades redditur ܬܘܪܐ, الدَّبَرَان Aldebaran stella, ܥܝܘܬܐ Bar Hebr. Schol. in Job. 9, 9 ed. Bernstein, ܩܘܦܐ, कपि simia.

XII. Sub finem de consona ܦ agendum est, de cujus pronunciatione grammatici varias opiniones protulerunt, nam cum alii (Schaafius Opus aram. p. 7 et Jahn Aram. Sprachlehre p. 14) falso contenderint, ܦ semper esse φ, alii rectius statuerunt duplicem pronunciationem, ut Masius gramm. ling. Syr. p. 8 (Bibl. Polygl. Antwerp. tom. VI.), Amira et Assemanus. Quibus tamen obstare videtur Ambrosii Thesei testimonium, dicentis (*Introduct.* in chald. ling. fol. 78. a. et b.): *cum Elias sacerdos ad Lateranense Concilium Romam a Petro, Patriarcha Antiochiae, missus fuisset et mihi postmodum in litteris latinis erudiendus in canonica nostra pacis Romae per biennium pontificis jussu traditus, vix unquam ac non sine gravi molestia ac difficultate p proferre poterat. His tunc quotidianis meis calcaribus stimulatus — — — balbi alicujus hominis instar — — nescio quid in illius verbi* (Papa) *prolatione secum prius immurmurare videtur ac demum in ipso pressu oris quodam cum impetu ex ore impulsum emittit, nonnihil immoratus p ipso saepius interrupto et (si dicere fas est) pipizato Ppappam tandem cum geminatis p enuntiabat.* Quod testimonium ea ratione Hoffmannus reici posse censebat, ut statueret, in singulari oris indole Eliae illius hancce pronunciationis proprietatem positam fuisse.

Tota res explicatur loco Josephi Acurensis p. ܨܣ qui docet:

واما الفا لها ثلاث انواع واضراب تسمى مركّكة مقشّية ومفرقعة ܦ المركّكة أمر ܦ ܕܢܦܫܐ ܦܓܪܐ ܘܦܓܪܢܝܬܐ وما يشابه ذلك وܦ المقشية أمر ܦܬܘܪܐ ܘܦܠܚܐ ܘܟܐܦܐ وܦ المفرقعة ܦܘܪܝܐ ܡܪܦܐ ܙܘܦܐ ܦܘܠܘܣ ܘܗܢ

h. e. Consona ܦ triplici ratione pronunciatur, quarum una dicitur ܡܪܟܟܬܐ aspirata, altera ܡܩܫܝܬܐ non aspirata, tertia مُفَرْقَعَة, ad tertiam hanc classem pertinent ܦܘܠܘܣ *Παῦλος*, ܙܘܦܐ *ὕσσωπος*, ܦܘܪܝܐ *πυρεῖον*, ܡܪܦܐ, (mihi ignotum), itaque voces non syriacae sed graecae. Earum π vero Syris sonum difficillimum fuisse Ambrosii verba innuunt, atque cum dicat, Eliam in pressu oris quodam cum impetu ex ore sonum impulsum emisisse et aliquantulum immoratum sono consonae π saepius interrupto et *pipizato p-pap-pam* cum geminatis *p* pronunciasse, eandem soni naturam describit,

quam Acurensis مُفَرْقَعَة appellat. In Qâmûso enim فَرْقَعَ explicatur *retroflexit collum et digitos,* deinde idem est quod نَقَضَ[1]) *efficere ut articuli crepitum edant;* تَفَرْقَعَتْ et اِفْرَنْقَعَتْ nom. act. فِرْقَاعٌ est crepitum ventris emisit, tali sono igitur Syrorum ܦ مُفَرْقَعَة sive, ut Ambrosius vult, *pipizatum* simile fuit. Praeter hunc graecae mutae π sonum exstat ܦ aspiratum et non aspiratum, et Syros illud π difficile produxisse, etiam eam ob causam maxime est credibile, quod Arabes quoque hoc sono π carent atque Aethiopes propriam litteram Pâ ፐ ad eum designandum introduxerunt, quorum Pait ጰ cum ጠ et ፀ conjungendum, non graeco π respondet, et in vocibus vere aethiopicis invenitur. Dillmann aeth. gram. § 28.

Jam si مُفَرْقَعَة ܦ est graecum π, et ܦ cum rukåχå graecum φ, de qua re omnes conveniunt, quaeritur quid sit ܦ cum qušåyå; et ad hanc quaestionem nihil habeo, quod respondeam, nisi videri ܦ cum qušåyå lenius, labiis non tam firme clausis ut in π solet fieri, pronunciatum esse, itaque ejus sonus fuit suspensus inter φ et π, cum neutro tamen convenit. Apud Neosyros ܦ paene exstinctum est, cum vocalibus producit diphthongos, alibi in ܦ mutatum est, cujus pronunciationem accuratius describere Stoddartus est oblitus.

Cum hac Acurensis opinione Bar Hebraeus non solum convenit, verum etiam quartam consonae ܦ pronunciationem addit. Primum enim affert ܦܐ ܡܦܢܝܬܐ, π graecum, quod nunquam accipit rukåχå, cap. I. vs. 285 ed. Bertheau, idque obvium est in ܦܪܨܘܦܐ, ܐܘܦܐ, ܠܡܦܝܣܘ i. e. deprecanti a forma ܐܦܝܣ πείθω B. H. l. l. II. 235, et ab hoc diversum est ܦܐ ܡܪܟܟܬܐ in vocibus ܐܦܫܡܐ uvae passae, ܐܦ etiam, ܢܦܫܐ anima, ܢܦܬܠܝ Naφtâli, ܝܦܬ Japhet, ܪܦܫܐ vannus. His accedit ܦܐ ܡܩܫܝܬܐ in vocibus ܡܦܘܠܬܐ casus, ܕܦܐ tabula, ܡܦܘܣܡܐ afflatus, ܓܦܐ rivus rad. ܓܘܦ, itaque habemus Acurensis ܦ مُفَرْقَعَة, مركّكة et مقشّية, quod ita recte sese habere etiam inde intellegitur, quod uterque in duobus prioribus generibus eadem affert exempla.

---

1) Qâmûs: (نَقَضَ) الفعل كَنَصَرَ وَضَرَبَ وَأَنْقَضَ أَصَابِعَهُ ضَرَبَ بِهَا لِتُصَوِّتَ وبِالدَّابَّةِ أَلْصَقَ لسانه بالحنك ثم صوّت في حَافَتَيْهِ.

Tribus his generibus deinde quartum addit Bar Hebraeus vs. 294, ubi dicit:

ܘܦܐܢܐ ܠܗܘܢ ܪܟܝܟܐ . ܡܦܩܬܐ
ܟܦ ܠܐ ܡܦܬܚܐ . ܐܝܟ ܛܦܣܐ ܢܦܫܐ ܪܦܦܐ .
ܓܦܬܐ ܡܦܫܐ ܘܫܦܦܐ

Iterum modo peculiari aspirationem subit ܦ etiamsi vocali instructum est, ut in vocibus fimus, spiritus, nictus oculi, vitis, talus, frictio.

Qua in re vero hujus pronunciationis peculiaritas posita fuerit accuratius definiri nequit.

Insequentes Bar Hebraei versus 296—301 perperam intellecti collatis Acurensis de ܦ canonibus illustrantur. Acurensis p. ܡܗ dicit: اعلم ان الفا المرّككة لم تقع فى اول اسم ولا فى اخره ولم تترّكك اذا سقط عليها احد الزوايد الا ف ܡܦܩܬܐ ✱ ثم اعلم ان ليس ف متحركة تكون مرّككه بل مقشية ولا ف ساكنة تكون مقّشية بل مرّككة افهم ذلك ✱

Secundum Acurensem igitur ܦ initiale et finale nunquam aspirationem habet, neque eam accipit post ܒܕܘܠ (الزوايد) excepta voce ܒܦܩܥܬܐ. Contra ܦ vocali instructa semper est durum, at sine vocali semper aspiratum. Falsam hanc legem, quam haud dubie ex antiquiore grammatico, Bar Hebraeo noto, desumsit, impugnat Bar Hebraeus vs. 296—301, qui ita sunt vertendi: Consonam ܦ in initio vocum post ܒܕܘܠ (ܡܬܩܢܝܬܐ = الزوايد) cum aspiratione profer et lege: ܒܦܘܡܐ et ܒܦܘܪܐ et ܒܦܬܓܡܐ et ܒܦܩܕܢܐ, (at per vocem) ܒܦܩܥܬܐ [in lapidicina] nemo te in errorem ducat, (dicens) hanc solam cum aspiratione profer. Eodem modo circa ܦ aspiratum errat, qui dicit, eam nunquam vocali esse instructam, non enim attendit ad voces ܡܦܫܐ et ܪܦܢ idolum Ῥαιφάν Am. 5, 26, LXX, Hxpl. neque ad ܟܦܪ, ܚܦܪ, ܣܦܪ, ܙܦܪ, ܫܦܪ.

Haec de usu punctorum qušåyå et rukåχå sufficiant. Canones grammaticorum collegi et disposui, eorumque caussas explicare conatus sum, ad enumerandas exceptiones in tantis lexicorum defectibus haud omnia colligi potuerunt. Alii quae hic sunt proposita augebunt, emendabunt, si quis vero emendandi studio trahitur, memoria teneat, codicum variorum in his punctis ponendis variam esse consuetudinem, sive pro temporis sive pro loci diversitate.

Speciminis loco edo e codice Orphanotrophei Halensis qui ordinem baptismi nestorianum continet, carmen Nestorianis decantatum postquam infans recens baptizatus sponsori traditus est.

ܦܪܘܩܢ ܕܐܬܥܡܕ ܒܝܕ ܡܥܡܕܢܐ.
ܘܐܫܠܡ ܐܡܪܐ ܠܡܫܡܫܢܐ
ܕܢܛܪ ܐܢܘܢ ܕܣܥܘܪܗܐ.
ܡܢ ܛܥܝܐ ܕܡܫܡܫܢܘܬܐ.
ܐܦ ܒܡܫܟܢ ܐܡܪܐ ܚܕܬܐ:
ܘܟܬܒܐ ܕܡܫܡܫܢܘܬܐ
ܕܢܠܒܫ ܡܢ ܗܢܘ ܡܫܝܚܐ:
ܒܡܫܚܐ ܕܐܬܒܣܡܬܐ..
ܡܢ ܛܥܝܐ ܗܢܐ ܠܗ ܢܛܪܝ:
ܢܛܪܐ ܘܢܣܒ ܠܡܪܘܬܐ.
ܘܡܢ ܡܣܐ ܕܡܫܡܫܢܘܬܐ:
ܢܛܪܐ ܠܗ ܡܫܝܚܐ ܦܪܘܩܐ.
ܐܡܪܐ ܦܪܘ ܘܬܫܡܫܘܢ.
ܘܟܠܗܘܢ ܐܬܢܛܪܘ ܒܫܪܪܐ
ܕܢܐܡܪ ܡܢ ܦܘܡܗ ܟܠܐ
ܫܪܐ ܒܟܠ ܨܪܐ ܕܠܟܘܢ..

Adnot. Vs. 2 ܬܡܫܡܫܢܐ c. quš. ܬ, radix تمّ, sed vs. 5 ܚܕܬܐ rad. حدث, utrumque contra canones, sed et Amira p. 161 scribit ܚܕܬܐ fem. Vs. 13 ܘܬܫܡܫܘܢ error scribae est pro ܘܬܫܡܫܘܢ, ita et vs. 16 ܒܪܐ pro ܨܪܐ.

§. 17.

Marhe̥ṭânâ et Me̥haggyânâ.

I. *Marhe̥ṭânâ* linea superna est litteram unam vocali destitutam ante aliam indicans, ut ܡܰܠܟ݁ܬ݂ܳܐ malke̥θâ (regina), ܥܶܙܩܬ݂ܳܐ ɜezqe̥θâ (annulus), ܐܶܬ݂ܩܒ݂ܰܪ ėθqe̥βar (sepultus est). Nomen ipsum hujus lineae ܡܰܪܗܛܳܢܳܐ *currere faciens* a verbo ܪܗܛ (currere) derivatum aptissimum est; litteram enim, cui hoc signum imponitur, cursu quodam et velociter legendam esse docet. Cum tali modo vocis pondus quasi allevetur arabice Marhe̥ṭânâ dicitur التَّخْفِيف, e contrario vero Me̥haggyânâ التَّشْدِيد Jos. Acur. p. ܠ, qui vero horum signorum usui non magnam utilitatem videtur tribuere, dicens فان ذلك كان عادة القدما et haec quidem fuit consuetudo proavorum.

II. *Me̥haggyânâ* linea inferna est litteram vocali destitutam cum vocali, plerumque *e*, rarius *a* efferendam esse docens, ut ܕܶܚܶܠܬ݂ܳܐ dehelθâ (timor), ܡܰܕ݂ܶܢܚܳܐ maδenhâ (oriens), ܢܶܒ݂ܢܝܳܢ neβanyân (aedificabunt f.). Cujus lineae nomen a voce ܗܶܓܝܳܐ syllaba deri-

vandum est; forma est participium nominale, verbi ܗܓܐ in pa3el, unde et ܗܓܝܐ syllaba, et participium nihil potest significare nisi, *syllabam efficiens*, *syllabam efferre jubens*. Amira vertit *meditari faciens*, J. D. Michaelis gram. syr. p. 42 *distincte in syllabas dispesci jubens*, utrumque non satis accuratum est.

III. Cf. Ewald Abhdlg. zur orient. u. bibl. Litteratur p. 91. Marhetânâ, quod Neosyris dicitur ṭalqânâ, ܛܠܩܢܐ, apud hos sicuti et in antiquis libris manuscriptis virgulâ obliquâ indicatur, ita ـ, ܐܙܠܟ = ܐܙܠܢܐ eo, I am going. Invenitur in initio vocum, si prima consona in pronunciatione omittenda est e. gr. ܐܚܪܝܬܐ hriθâ, ܗܘܐ wâ copula, ܚܢܢ nan nos, ܐܢܬܘܢ ton vos; in media voce indicat consonam, cui superscriptum est, vocalem non habere, ܠܒܘܫ leβuš vestimentum, ܥܘܠܐ = ܥܘܠܐ iniquitas, ita in verbis ܢܬܩܛܠܘܢ, ܢܩܛܠܘܢ, ܐܩܛܠܐ, ܐܬܩܛܠܬ, ܩܛܠܬܐ, ܬܩܛܠܘܢ, ܬܬܩܛܠܘܢ, ܡܬܩܛܠܝܢ, ܬܬܩܛܠ, ܐܬܩܛܠ, quo facto pe3al, âφ3el et éθpe3el a pa3el et éθpa3al facile distinguuntur, denique in nominibus ܡܟܫܠܐ seu ܡܟܫܠܐ maχšelâ, ܦܪܕܬܐ pardeθâ, ubi alibi ܦܪܕܬܐ perédeθâ scribitur, ܚܡܪܬܐ, ܬܠܬܐ, ܢܗܪܐ, ܢܗܪܘܢ. Saepe marhetânâ adhibetur in vocibus, quae exeunt in duas consonas vocali destitutas, ܟܣܦ kesφ, ܩܛܠܬ, ܩܪܬ, ܐܬܩܛܠܬ, et ante suffixa verborum ܢܩܛܠܘܢܗ, vel in voce ܐܬܬ, et in imperativo éθpe3el ܐܫܬܡܥ éstamk, plur. ܐܫܬܡܥܘܢ éstamk, ܐܬܦܪܩܘ, ܐܬܦܪܫܘ, ܐܬܟܬܒ, ܐܬܟܬܒ, in quo media radicalis omni vocali caret, ideoque ultima radicalis accipit qušâyâ §. 16, V, 3. E contrario in imperativo éθpa3al ponitur mehaggyânâ et rukâχâ ܐܬܠܒܒ, éθlabbeβ.

Interdum etiam in initio vocum consonae vocali egenti superponitur, ܬܟܠ, ܬܩܠ, ܫܡܥ, denique superscribitur consonis quondam vocali destitutis, deinde vero prorsus in pronunciatione omissis ܡܕܝܢܬܐ meδittâ, urbs, ܒܪܬܐ baθâ filia, cui Bar Ali superponit virgulam, deque cujus ܪ dicit ܐ . ܝ . صوت مع حنطه ابن ; huc pertinent et pronomina personalia ܐܢܐ, ܗܘ, ܗܝ, ܐܢܬ, ܐܢܬܝ, quae si copulae vices gerunt, Marhetânâ accipiunt, ܐܢܐ, ܗܘ, ܗܝ, ܐܢܬ, ܐܢܬܝ, ܚܢܢ etc.

Saepissime hoc signum super gutturalibus adhibitum esse ut prohibeat, quin vocalis cum iis audiatur, Ewaldus observavit.

Sine dubio ex hac linea processit ǵezm arabicum, de quo de Sacy Not. et extr. vol. VIII. p. 313 dicit: Le soucoun s'indique toujours par un trait جَزْمَة rouge au-dessus de la lettre, et apud Hebraeos vox ܡܗܓܝܢܐ reddita est חָטֵף *rapiens*, quod in systemate

punctationis babylonicae, ut linea parva consonis vocali destitutis superscriptum est, ita זכרן = זִכְרוֹן, מכתיר = מַכְתִּיר. Ejus loco in systemate nobis usitato adhibetur šeβâ. Fürst in Z. d. d. m. G. XVIII. p. 319. Ita Syrorum scriptura mater est arabicae et punctationis hebraicae cf. §. 11, p. 35.

IV. Mehaggyânâ scribitur ubi vocalis e, a inserenda est inter duas consonas, quae proprie hanc vocalem non habent, uti tali modo pronunciatio facilior reddatur. Exempla sint ܡܬܥܒܝܢ mateβîn pro mat'eβîn, ܡܠܝܐ malayâ pro mal'eyâ, ܡܬܐܡܪ meϑemar, ܐܬܝܗܒ èϑiheβ pro èϑyeheβ, ܡܫܬܒܗܪܝܢ meštaβherîn pro meštaβherin, ܡܢܗܪܝܢ manherin pro manherin. Grammatici Syrorum docuerunt, mehaggyânâ locum habere si posterior consona est ܡ, ܠ, ܢ, ܠ, ܪ ut ܡܢܗܡܢܐ, ܡܫܡܠܝܐ, ܐܫܬܠܡ, ܡܢܫܐ, ܡܟܪܟܐ, ܡܕܪܟܬܐ, alii addunt etiam ܗ, ܚ et ܐ, ܘ, ܥ ut ܡܢܗܪܐ, ܐܬܚܡܝ, ܢܥܠܘܢ, ܡܥܘܠܐ. Vocalis *a* ante consonam ܚ, ܥ solet addi, ante reliquas ponitur *e*, ita ܐܬܚܫܒ, ܐܬܥܒܕ ܢܬܥܒܕ sed ܐܫܬܡܫ, ܐܬܪܫܡ.

Saepe Mehaggyânâ invenitur infra consonam geminatam ut ܥܡܪ, ܐܬܚܒܠ, ܢܦܠ, et qušâyâ secundum §. 16, IV, adnot. instructam ܢܦܠ, ܐܬܩܒܪ, quod eo consilio positum est, ut vocalis sonum clare et distincte pronunciandum esse moneat, qui ex lege §. 13 A I, III, VI, prolata facile corripitur, ex quo hujus lineolae usu explicatur, quomodo Isaac Sciadr. p. ܨܗ arabice eam appellare potuerit ٱلتَّشْدِيدُ cum marhetânâ e contrario nominet ٱلتَّخْفِيفُ i. e. defectum geminationis. Alia hujus rei exempla sunt: ܢܬܚܫܠ, ܢܬܚܡ, ܚܒܫ = לָשָׁן ܡܩܒܠܐ, ܢܚܫܝܐ, ܩܕܫܐ, ܦܣܘܩܐ, ܢܚܡܕܐ, ܟܚܕܝܐ, ܚܢܝܢܐ, ܐܡܝܢܐ, ܢܨܝܚܐ, ܐܟܝܠܐ.

Pronomen ܐܢܐ *ego,* si est subjectum habet mehaggyânâ ܐܢܐ = ènâ, si vero copula, marhetânâ ܐܢܐ = nâ.

V. Utraque lineola saepe liberius non ad eam consonam apponitur ad quam vere pertinet, itaque habes ܢܬܡܟܚܒ, ܢܬܡܟܚܒ et ܢܬܡܟܚܒ vel duo marhetânâ scribuntur ܢܬܩܫܩܘ; eodem modo mehaggyânâ ante consonam scribitur, cui convenit ܥܛܪ.

VI. Usus harum lineolarum, quae (§. 18.) in libris impressis mira neglegentia nunquam recte adhibentur, ad accuratam pronunciationem est maximus, prout ex exemplis allatis intellegitur, in carminibus vero recte legendis iis omnino carere non possumus, quamvis, quod dolendum est, hucusque editio nulla exstet, quae

rectam earum positionem exhibeat. Nam si in versibus ad complendum syllabarum numerum diaeresi opus est, syllabae exorienti mehaggyånå subscribendum est, sin vero syllaba superflua est corripienda, ideoque synaeresis necessaria, marhetånå syllabae corripiendae est superponendum.

Mehaggyånå igitur e. gr. ponendum est in hisce versibus septem syllabis constantibus

ܘܬܘܒ ܠܡܢ ܕܠܐ ܚܙܐ ܚܟܡܬܐ — wetûβ leman delå heẓå heχemϑå.
ܩܕܡ ܡܐܝܘܬܗ ܒܚܟܡܬܐ — qeδâm måyoϑe βeheχemϑå.
ܘܡܬܝܗܒܐ ܠܗܘܢ ܥܙܩܬܐ — wemeϑyahbå lehon ʒezeqϑå.
ܒܠܥܕܘܗܝ ܕܡܘܗܒܬܟ — bel ʒåδêhe δemauhaβϑåχ.

et in his, quorum quatuor sunt syllabae:

ܢܚܘܣ ܥܠܝܗܘܢ nehus ʒelaihun, ܠܪܘܟܒܐ lerukåβå, ܫܐܝܠ ܘܫܡܥ šayel wašmaʒ.

Contra marhetånå pertinet ad hos:

ܛܒܝ ܗܘ ܚܟܡܬܐ ܡܢ ܙܝܢܐ — tåβâi heχmeϑå men zainå.
ܢܗܘܝܢ ܫܪܝܪܢ ܡܠܝܟ — nehwyån . šarrîrån mellaik.
ܚܠܦ ܣܩܩܐ ܕܠܒܝܫܝܢ ܘܗܘ — helåφ saqqe δaleβîšîn wau.
ܕܢܚܘܢܝܘܗܝ ܕܒܪܗ — danehonniw deβôreh pro ܕܐܒܪܗ dåβôreh (5 syllabae).
ܐܬܐ ܩܕܝܫܐ ܘܡܛܐ ܠܢܗܪܐ ܕܢܚܘܬ ܢܥܡܕ — 'eϑå qaddîšå wametå lenahrå δanehuϑ neʒmaδ, pro éϑå, duodecim syllabae.

Sed haec sufficiant, plura in parte metrica exhibebuntur.

§. 18.

Lineola occultans.

I. *Lineola* seu *virgula occultans* linea transversa dicitur infra litteram posita, quae indicat, litteram tali signo affectam non pronunciandam, ut ܐܢܐ nå (ego), ܡܕܝܢܬܐ medittå (urbs), ܒܪܬܐ baϑå (filia)[1]). Monendum est, in voce ܒܪܬܐ assimilationem consonarum

1) Nonnulli hanc notam nominarunt *lineam otii*, quod nobis minus placet, quia inter litteras, quae occultantur, et eas, quae otiantur, discrimen intercedit.

ܪ et ܬ non locum habere, ܬ enim accipit rukåχå, itaque ex forma b̥eraϑå, ejecto ܪ processit baϑå, non vero e forma barϑå. Eas autem litteras, quae quamquam scribendo exprimuntur, in pronunciatione prorsus negleguntur, *occultari* grammatici dixerunt; Syri ipsi praeter ܡܛܫܝܢܐ, occultatam, talem consonam etiam appellant ܢܫܝܦܐ subductam et ܡܒܠܥܬܐ devoratam. At de usu et notione occultantis lineae parum accurate disserunt Amira p. 38, Sciadr. p. ܠܗ, Ecchell. p. ܐ, cum nemo, quod gravissimum est, docuerit, quomodo haec linea distinguenda sit a Mehaggyånå. Unus Ewaldus l. l. rectum vidit; tota linea occultans in libris antiquo tempore scriptis non reperitur, in quibus omnia, quae postea lineolâ occultante indicantur, rectius et clarius adhibito Marhe̥ṭånå exprimuntur. Quae igitur hodie in libris impressis ita scribuntur voces, ܡܕܝܢ̱ܬܐ, ܒܪ̱ܬܐ, ܐܢ̱ܐ, eae antiquo tempore habebant Marhe̥ṭånå ܡܕܝܢ݂ܬܐ, ܒܪ݂ܬܐ, ܐܢ݂ܐ §. 17, III. Quando primum haec confusio, qua lineola superior, Marhe̥ṭånå commutata est cum inferiore Mehaggyånå, inceperit, ignoramus, certum est magnum inde detrimentum rem grammaticam cepisse. Quomodo vero haec confusio exorta sit §. 21, II. explicatur.

II. Praeterquam quod in pronominibus personalibus, copulae vices gerentibus, hodie linea subscribitur, quibus proprie convenit Marhe̥ṭånå §. 17, III, usus lineolae occultantis, quam dicunt, frequentissimus est in Imperativo stirpium èϑpe̥ʒel et èϑpaʒal quorum uterque in grammaticis et libris impressis formam habet ܐܬܩ̱ܛܠ, ܐܬܩ̱ܛܠ. Hac in re vero latet error, qui facile detectus esset, si grammatici melius ad positionem punctorum quš̊åyå et rukåχå attendissent. Scilicet in èϑpe̥ʒel ultima radicalis habet qušåyå, in èϑpaʒal vero rukåχå, sicuti Amira formam èϑpeʒel scribit p. 354 ܐܬܝ̱ܠܕ èϑyald etc., et p. 346 ܐܬܐܣܕ èϑasd, at in èϑpaʒal p. 424 ܐܬܢ̱ܓܕ èϑnagge̥d, qua in re recte adnotat Nestorianos (orientales remotiores) in imperativo plenam vocalem adhibere, itaque dicere ܐܬܗܦܟ pro ܐܬܗ̱ܦܟ, ܐܬܡܠܟ pro ܐܬܡ̱ܠܟ. Ex hac vero positione puncti qušåyå et rukåχå sequitur, in stirpis èϑpeʒel imperativo mediam radicalem ne levissimam quidem vocalem e̥ habere, quae tamen in èϑpaʒal ubique adest, imo cujus loco saepe plena vocalis *ă* servatur cf. Eph. 6, 10 ܐܬܚܝ̱ܠܘ, Matth. 9, 27, ܐܬܪ̱ܚܡ. Quod etiam eam ob causam necessarium est, quia vocali e̥ non intercedente, tres consonae (media geminata et tertia radicalis) convenirent, quod lingua non fert. Itaque cum imperativus èϑpaʒal

post mediam radicalem habeat e̥ recte per Me̥haggyånå, scribitur ܐܶܬܢܰܓܶܕ, ܐܶܬܗܰܦܶܟ éϑnagge̥ð, éϑhappe̥χ, e contrario vero Marhe̥tånå convenit imperativo éϑpe̥ɜel ܐܶܬܥܰܣܰܕ éϑašd, ܐܶܬܥܰܣܰܕ. Tali modo imp. éϑpe̥ɜel scribitur in bonis codicibus ܐܶܣܬܰܟܰܪ, ܐܶܣܬܰܟܰܠܘ, ܐܶܬܕܰܒܰܪܘ, ܐܶܬܗܰܕܰܪܘ, ܐܶܬܢܰܩܰܦ, ܐܶܬܓܰܡܰܪ per Marhe̥tånå *super media* radicali, sed in éϑpaɜal ponitur Me̥haggyånå *infra mediam* radicalem ܐܶܬܠܰܒܶܒ éϑlabbe̥β = تَشَجَّعْ أَنْتَ (Bar Šinåyå), et hanc rationem nos in paradigmatis verborum inibimus, auctoritate nisi librorum antiquorum et Eliae Bar Šinåyå, simulque sperantes inveteratum errorem penitus deletum iri.

Ex his quae modo diximus, apparet *lineam occultantem omnino non esse, ejus notionem ex confusione maxima processisse ideoque e grammatica syriaca eliminandam esse,* ita ut ejus loco Marhe̥tånå et scribendum sit et dicendum.

III. Constituto ita discrimine inter imperativos éϑpe̥ɜel et éϑpaɜal addendum est grammaticum Eliam bar Šinåyå etiam in perfecto éϑpe̥ɜel adhibere Me̥haggyånå eo consilio ut recte distinguatur a stirpe éϑpaɜal, scribit igitur in éϑpe̥ɜel sub prima radicali seu ejus vicario ܬ Me̥haggyånå, ܐܶܣܬܶܦܰܩ, ܐܶܬܥܶܒܶܕ, ܐܶܬܝܠܶܕ, ܐܶܬܚܶܫܰܒ, ܐܶܣܬܶܟܰܠ, contra éϑpaɜal nullam omnino accipit lineolam, ܐܶܣܬܰܟܰܠ, ܐܶܬܝܰܠܰܕ etc. Schema formarum, ut ex antecedentibus patet, cum Qušåyå et Rukåχå, Me̥haggyånå et Marhe̥tånå hoc est:

Perfectum éϑpe̥ɜel, éϑpaɜal.

éϑke̥ϑeβ ܐܶܬܟܬܶܒ; éϑkattaβ ܐܶܬܟܰܬܰܒ

éste̥χal ܐܶܣܬܟܰܠ; éstakkal ܐܶܣܬܰܟܰܠ

Imperativus éϑpe̥ɜel, éϑpaɜal.

éϑkaϑb ܐܶܬܟܰܬܒ; éϑkatte̥β ܐܶܬܟܰܬܶܒ sive éϑkattaβ ܐܶܬܟܰܬܰܒ

éstaχl ܐܶܣܬܟܰܠ; éstakke̥l ܐܶܣܬܰܟܶܠ sive éstakkal ܐܶܣܬܰܟܰܠ

IV. Lineam occultantem, quam litterae ܥ subscriptam vides in vocibus, in quibus post ܥ positum est ܗ, ut ܥܗܰܕ recordatus est, ܥܽܘܗܕܳܢܳܐ memoria, ܥܳܗܢܳܐ conveniens, ܥܰܗܢܽܘܬܳܐ, ܥܰܗܺܝܪܳܐ lascivus, rectius pro Me̥haggyånå habebis, nam cum duae gutturales sese immediate sequentes cum difficultate quadam pronuncientur, lineâ illâ lector monetur, vocalem distincte esse pronunciandam, ut utraque consona clarius audiatur. Ita Nestoriani orientales re vera

ܥ his in vocibus pronunciant, Syri occidentales vero ejus loco nihil nisi ܐ producunt, illi igitur dicunt ʕẹhad̄, hi vero ʼēhad̄, qua in re ut semper Nestoriani antiquiorem modum servaverunt. Sciadr. p. ܢܐ. Occidentalium pronunciatio ʼēhad̄ per vocalem ē inde explicatur, quod hoc verbum ad pronunciationem verborum ܦܐ accessit, quorum prima syllaba in perfecto accipit Reβåsạ̊ longum §. 13 B, II, d.

§. 19.

Linea diacritica.

I. Praeter lineas jam commemoratas et illas, quae litteris numerum indicantibus (§. 8, I. II.) apponuntur, Syri alias quoque habent. Quibus cum fere eadem esset figura, ac lineae Marheṭânâ et Mẹhaggyânâ, multi grammatici has cum illis conjungunt, nos vero separandas putamus, quod alia linea aliud indicat.

II. Linea superna eademque transversa tanquam *compendium scriptionis* usurpatur, ut ܫܘ pro ܫܘܒܚܐ gloria, ܐܝܬ pro ܐܝܬܘܗܝ est, ܩܕ pro ܩܕܝܫܐ sancti, episcopi, ܛܝܒܘ pro ܛܝܒܘܬܐ gratia; ܗ pro ܗܘ est, significat; ܣܗ pro ܣܗܕܐ Sing. et ܣܗܕ pro ܣܗܕ̈ܐ Plural. Quae quidem compendiaria scribendi ratio in ecclesiasticis scriptoribus frequentior est; linea etiam litteris numeros significantibus imponitur (§. 8, 1.), ut ܫܢܬ ܐܪܠܗ (anno 1235), ܚ ܡ ܚ ܡ̈ = ܚ ܡܢܬܐ pars octava.

III. Eadem linea ad distinguendam particulam *exclamandi* ܐܘ (o!) a particula *disjunctiva* ܐܘ (aut) utuntur; illa enim vocalium signis non adjectis ܐܘ, haec vero ܐܘ scribitur. In antiquis codicibus et a Nestorianis interjectioni ܐܘ, o, non linea sed signum in forma graeci ω superscribitur ita ܐܘ, seu ܐܘ. De Lagarde Anal. syr. 177, 21. Wright Contributions to the apocryphal litter. p. ܟܒ, ܟܨ.

§. 20.

Ribbuy.

1) *Ribbuy* nominantur gemina puncta supra vocem horizontalia, quae Plur. numerum a Sing. distinguunt in vocibus quarum singularis scriptione consonarum non distingui potest a plurali, ut ܡܠܟܐ et ܡܠܟ̈ܐ *reges*. Si tali voci ܪ inest, plerumque punctum

hujus litterae cum uno ex duobus hujus signi punctis coalescit, ne nimiis punctis exoriatur obscuritas, ut ܪ̈ܓܠܐ pedes, ܩܒ̈ܪܐ sepulcra pro ܩܒ̈ܪܐ. Huic litterae ܪ imprimis adhaeret Ribbuy. Contrahitur etiam cum Peϑâḣâ punctis expresso (§. 11, II.), ut ܫܬܐܣܝ̈ܗ fundamenta ejus pro ܫܬܐܣܝ̈ܗ, ܩܡ̈ܨܐ locustae.

Praeter illud nomen ܪ̈ܒܘܝ his duobus punctis *Joannes* quidam Syrus[1]) hoc tribuit: ܣܝ̈ܡܐ i. e. positiones, quia numero plurali apponantur, quo modo etiam vocalium signa a nonnullis appellantur (§. 11, 1.); alius grammaticus propter similitudinem punctorum cum guttis aquae, ea ܢܛܦ̈ܐ i. e. guttas, plurimi vero ܢܘܩܙ̈ܐ ܕܡܢܝܢܐ i. e. puncta numeri nominant.

II. In nominum stat. determinato, ac saepe in verbis, sine vocalibus scriptis, sing. a plur. distingui nequibat, ut ܐܝܬܝ attulit msc. et attulerunt fem., ܫܡܫܐ minister et ministri, quam ambiguitatem ut tollerent, jam antiquissimo tempore hoc signum pluralis invenerunt, ut ܐܬܟܣܝ tectus est, ܐܬܟܣ̈ܝ tectae sunt, ܟܬܒܐ liber, ܟܬ̈ܒܐ libri. Idem signum adhibetur et in nominibus ܐ̱ܢܫܐ homo, ܐ̱ܢܫ̈ܐ homines, ܫܡܝܐ coelum, ܫܡ̈ܝܐ coeli, quorum ne vocales quidem in plurali mutantur. Ubi vero ex litteris ipsis aut terminatione plur. cognoscitur, hoc signum ne in libris quidem vocales non habentibus necessarium est, neque tunc adpingitur, ut ܐܢܘܢ illi, ܬܟܝܠܝܢ confidentes, ܟܐܢܝܢ justi, ܡܠܟܝܢ reges. Ante suffixa autem, quamquam numerus ibi bene distingui potest, scribae multi sed non omnes plur. Ribbuy superponunt, ut ܦܘܩܕ̈ܢܘܗܝ jussa ejus. Nomina quoque collectiva ut ܒ̈ܩܪܐ grex boum, ܫܪܒܬܐ agmen, ܣܕ̈ܪܐ acies, ܓܘ̈ܕܐ agmen, ܩܢ̈ܝܢܐ bona, possessio, ܟܢ̈ܫܐ coetus, ܡܫܪ̈ܝܬܐ castra, exercitus, ܥܡ̈ܐ populus, quorum pluralis in usu est ܒ̈ܩܪܐ, ܡ̈ܫܪܝܬܐ etc. in hoc plurali ribbuy habent, non vero in singulari. Alia collectiva ut ܥܢ̈ܐ = צאן pecora, ܡ̈ܝܐ aqua, ܪ̈ܚܫܐ reptilia, ܕ̈ܡܝܐ pretium, ܩܘ̈ܪܝܐ oppida, ܪ̈ܟܫܐ equi, a quibus pluralis forma ܥܢ̈ܐ etc. derivari non potest, punctis insigniuntur, quod Bar Hebr. in gram. metr. p. 16 (edidit Berth.) improbat. Eodem modo scribuntur ܦܪ̈ܚܬܐ volucres, ܒܥ̈ܝܪܐ jumenta, quorum pluralis ܦܪ̈ܚܬܐ, ܒܥ̈ܝܪܐ inusitatus est.

III. De *nominibus numeralibus*, quae ipsa significatione ad pluralem numerum pertinent, non una est grammaticorum et libra-

---

1) Apud Amiram in gramm. chald. p. 48.

riorum opinio. Alii enim, inter quos *Amira*[1]), iis Ribbuy plane supervacaneum non addunt, ut ܬܠܬܐ̈ et ܬܠܬ̈ tres, tamen excipientes formas ܚܕܥܣܪ̈ 11, ܬܪܥܣܪ̈ 12 etc. usque ad ܬܫܥܣܪ̈; alii in solis femininis haec puncta scribunt, ut ܐܪܒܥ̈ quatuor f., ܬܠܬ̈ tres f., ܬܪ̈ܬܝܢ duae; alii denique ea omnibus numeralibus apponunt, quem morem Bibl. Polygl. Lond. sequuntur. Quoties vero numeralia cum suffixis conjunguntur, a plurimis iisdemque optimis scriptoribus, ut Amira ipse fatetur[2]), hoc signo induuntur, ut ܬܪ̈ܝܢ nos duo, ܬܠܬܝܟܘܢ̈ vos tres, ܬܪ̈ܬܝܟܝܢ vos duae, ܫܬ̈ܐܝܢ nos sex etc. Numeralia vero numerum denarium excedentes cum suffixis Ribbuy non habent, ܬܪܬܥܣܪܝܢ nos duodecim Jos. Acur. p. ܡܣܒ. Idem Acurensis formis *masculinis* Ribbuy apponit, ܐܪܒܥ̈ܐ, ܫܬ̈ܬܐ, ܬܪ̈ܝܢ etc., ܬܠܬ̈ܐ ܥܣܪ̈ܐ ܘܫܬܬ̈ܐ ܚܡܫ̈ܐ etc. non autem *femininis* ܐܪ̈ܒܥ, ܫܬ̈ܬ neque ܬܪ̈ܬܝܢ in numeris 2—10. Numeri 11—19 fem. Ribbuy super ܥܣܪ̈ܐ habent ita ܚܕ̈ ܥܣܪ̈ܐ, 11, ܬܠܬܥܣܪ̈ܐ etc., numeri 20—1000 eo non instrui solent, ܥܣܪܝܢ, ܬܠܬܝܢ etc.

Sciadrensis p. ܨܗ scriptores hac in caussa pro lubitu egisse docet, in antiquis Mss. itaque ܬܠܬܬܥܣܪ̈ܐ legitur Mart. of Palaest. p. ܨܒ, alibi vero ܫܬ̈ܐ sex msc. contra grammaticorum praecepta. Cf. praeterea ܕܐܪ̈ܒܥܝܢ ܕܥܕ̈ܐ Athan. Fest. lett. p. 31.

IV. Etiam Nomina pluralia particularum loco adhibita, quae recipiunt suffixa, his punctis utuntur, ut ܚܕܪ̈ܝܟ circa te, ܣܛܪ̈ ܡܢܝ sine me, ܠܘܩܒܠ̈ܘܗܝ coram eo. Excipiuntur vero ܬܚܝ̈ܬ infra, ܩܕܡ ante, ܛܘ̈ܒ bene agitur cum (proprie *salus sc. sit*) et a nonnullis etiam ܒܠܚܘ̈ܕ tantum, solum. Eodem modo alias particulas ܠܘܬ, ܡܛܠ, ܥܡ, ܠܘܬ, ܒܝܢܬ etc. Ribbuy *non* habere simul hoc loco moneatur. His punctis Syri ita sunt adsueti, ut ea etiam in libris ponant iis, quibus vocalium signa adjecta sunt, et vix unquam omittant.

V. In verbis Ribbuy apponi solet tertiae pers. fem. plur. perf. et imperativi ܩܛ̈ܠܝ interficiunt, fem. ܟܬ̈ܒܝ scribunt, fem. ܪܚ̈ܡܝ imprt. amate fem. ܩܘ̈ܡܝ state fem. In antiquioribus vero libris mss. id tum tantum fit, si ܝ non scribitur e. gr. ܗܘ̈ܝ sunt f. contra ܩܛ̈ܠܝ interficiunt sine Ribbuy obvium esse solet, ܝ enim ipsum, ut infra patebit, non etymologice sed feminini indicandi caussa tantum positum est, ut ܩܛܠܝ distinguatur a ܩܛܠܘ et ܩܛܠ.

1) Gramm. chald. p. 50.
2) Gramm. chald. p. 50. Concinit Sciadr. p. ܨܗ.

§. 21.
De punctis quibus insigniuntur verba.

Cf. Lorenz Isenbiehl Beobachtungen von dem Gebrauche des syrischen puncti diacritici bei den Verbis. Götting. 1773. Ewald Abhandlungen p. 64.

I. Post Amiram grammatici locuti sunt de punctis tempora personasque verborum indicantibus, quae puncta diacritica verborum appellaverunt. Verum puncta quae solam vim grammaticam neque omnino phoneticam habent ut in scriptura Hebraeorum ita et apud Syros non sunt obvia. Puncta verborum antiquo tempore phonetica erant, sicuti puncta nominum, quae hodie diacritica videntur §. 11, adnot. I, 2, cum vero seriore aetate uberior vocalium notatio ad ea accesserit, idem iis accidit quod punctis nominum accidit, homines seriores, originis rei obliti, naturam phoneticam non perspexerunt, itaque sinistre de utroque punctorum genere judicaverunt[1]).

II. Ad intellegendum hujus punctationis systema non modo ea memoria sunt tenenda, quae §. 9, IV dicta sunt de puncto, quod supra lineam positum indicat *ă*, *å*, infra lineam *i*, *e*, cum ܘ̣, *û*, et ܘ̇ *o*, verum hoc loco addendum est, *punctum infra lineam positum simul indicare, consonam eam sub qua positum est, vocali esse destitutam.* Hoc punctum infra lineam pictum tali modo in vetere punctatione idem effecit, quod in systemate recentiore efficit Marhetânâ, et a veri specie non videtur alienum, confusionem illam, quam in libris Syrorum occidentalium deprehendimus in usu signorum Mehaggyânâ et lineae occultantis §. 18, I, exortam inde esse, quod punctum antiquioris systematis, consonae vacuae signum, in lineolam excrevit, quae jam a Mehaggyânâ distingui nequit. Verum cum de usu puncti hujus grammatici syriaci altum teneant silentium, rem paullo longius repetere juvabit. Ceterum inventum hoc per unum punctum vocales notandi systema jam ante annum p. Chr. 400 §. 9, IV.

---

1) Puncta litterarum שׁ et שׂ, ܕ et ܪ, ب, ث, ت, ن omnia ad pronunciationem spectant, et per se admodum incredibile est, antiquos illos punctorum inventores eorum ope grammaticas formas designasse neque sonos; soni enim si accurate notantur sufficiunt; et cur scriptura distinguenda sunt, quae sonis non distinguuntur?

III. Crinesius Gymnas. syr. cap. IV. animadverterat, punctum in voce ܕܚܠܬܐ, ܕܚܠܬܗ Math. 28, 4, Mrc. 4, 41 consonam vocali vacuam notare, at hujusmodi exempla non sunt rara verum frequentissima, ut facili negotio quisque videre potest. Ita apud Johannem Ephesinum 4, 6, 7 haec habes ܢܫܬܐܠܘܢ, ܢܦܩܘܢܐ, ܡܠܟܘܬܐ, ܡܗܝܡܢܐ, ܘܚܢܢ (et nos) ܡܠܟܘܬܐ, ܐܬܗܦܟ, ܡܟܝܠ, ܘܠܡܠܟܘܬܗ, 1 Rg. 1, 2 ܟܪܝܗ, ܟܪܝܘܬܗ, ܟܪܝܐ Mart. of Pal. p. ܨܘ, quibus in exemplis de puncti sensu dubitari nequit. In vocibus, quarum vocalis est *e* dubium esse potest, utrum puncto non accurate posito notetur *e* an consona vacua, hoc ultimum tamen locum habere censeo in ܕܚܠܬܐ Joh. Eph. 4, 6, ܐܡܪܐ Num. 28, 4, 8, ܬܡܝܢܐ 29, 2, ܡܢ ܬܚܬܝܐ Prov. 24, 22, ܬܡܝܢܐ ps. 58, 8, quia ubique consonae vacuae punctum subscriptum est; idem in ܡܠܟܘܬܗ Joh. Eph. 4, 7 fit, cujus punctum non vocalem *ă* notare potest, ideoque ad ܟ vacuum debet pertinere. Adhibito hoc puncto distinguuntur voces quarum media radicalis vocali destituta est ab iis, in quibus med. rad. habet *å* e. gr. ܟܪܝܐ et ܟܪܝܐ, ܥܒܕܐ et ܥܒܕܐ, ܢܗܘܪܐ, ܫܘܪܩܐ, ܡܫܡܫܢܐ, vocales *i* et *u* puncto non opus habebant, cum per ܝ et ܘ notarentur, quibus tamen punctum solet addi, ut ܡܗܝܡܢܐ, ܟܘܡܪܐ etc.

Sicuti hoc puncto in nominibus forma grammatica perspicue indicatur, ita et in formis verborum iisdem consonis scriptis, maximo est usui, cum totus vocalismus tum satis sit definitus, cum constet, cuinam consonae vocalis *non* sit addenda. Ita si scribitur ܐܬܩܛܠ forma necessario est èϑpẹ̊ɜel, si vero ܐܬܩܛܠ èϑpaɜal, si habes Apoc. 17, 6 ed. de Dieu ܐܬܕܡܪܬ haec forma aut ܐܬܕܡܪܬ aut ܐܬܕܡܪܬ erit in èϑpaɜal, cujus punctum ܐܬܕܡܪ hic non est necessarium, cum hac in forma vocalismus utriusque stirpis èϑpẹ̊ɜel et èϑpaɜal conveniat. Porro si distinguendum est inter fem. 3. pers. ܩܛܠܬ et inter primam ܩܛܠܬ, vocalis *a* addito superiore puncto indicatur ita ܩܛܠܬ, quod servatur in èϑp. Joh. Eph. p. 149, ܐܬܒܣܡܬ, ܐܬܕܒܪܬ fem. e contrario prima persona est ܩܛܠܬ Joh. Eph. 4, 6. ܐܬܚܫܬ inveni Mart. of Pal. p. ܨܘ lin. penult. ibidem etiam ܐܬܡܠܟܬ fem. uno puncto notatur. In secunda persona perf. pẹ̊ɜal, qẹ̊ṭalt prima et tertia radicalis vocalem non habet, itaque scribitur ܩܛܠܬ sive ܩܛܠܬ, 1 Rg. 1, 11 ܥܒܕܬ, Jos. 13, 1 ܣܒܬ, ܩܡܬ quo facto a ܩܛܠܬ et ܩܛܠܬ satis est distincta. Eandem ob causam in plurali habes ܩܛܠܬܘܢ et ܩܛܠܬܘܢ sive ܩܛܠܬܘܢ. Participium activi est ܩܛܠ et haud raro duplici puncto ܩܛܠ, quorum inferius vocalem *e*

designat, partic. pass. est ܡܩܛܠ aut ܡܩܛܠ et in imperfecto habes ܢܫܪܐ ps. 58, 10, ܢܚܨܘܕ Prov. 22, 8, ܬܗܘܐ Eus. Theoph. I, 50, ܬܥܒܕܘܢ Num. 29, 1, ܢܬܟܠܘܢ Joh. Eph. 4, 6 et in prima pers. plur. ܢܩܛܘܠ. Sola prima pers. sing. habet punctum superius, ܐܬܟܠܘܢ Joh. Eph. 4, 6, quod tamen non modo legem non laedit, verum etiam confirmat, scilicet hoc punctum docet Syros antiquo illo tempore, quo puncta sunt inventa, pronunciasse åšluḣ, åqṭul etc. ܐܩܘܡ åqûm, uti Arabes, qui hodie eodem modo *e* habent. Ejus usus igitur fuit phoneticus, imo ܢܬܟܠܘܢ 3. singl. legitur Joh. Eph. 4, 6.

In stirpibus verborum paɜel a peɜal puncto superiori distinguitur, ܡܙܒܢܝܢ, ܫܡܠܝܗ, ܢܫܪܐ, ܬܫܪܐ, ܩܒܠܗ paɜel, ܚܨܪ peɜal, haud raro duplex punctum adest, ܩܕܫ, ܫܡܫ, ܠܟܠܟܠ, ܡܣܡܐ, eodemque modo éϑpeɜel ab éϑpaɜal, ܐܬܦܪܫ, ܐܬܦܠܓ (ܐܬܒܩܫܝ) ܡܬܚܫܒܐ sed ܡܬܚܫܒܐ, ܡܬܩܫܝ, éϑpaɜal. Ἀφɜel et šaφɜel cum quadrilitteris puncto superiori distingui patet ܐܡܥܝܢ, ܐܘܒܕܗ, ܐܬܟܠ, ܐܘܒܕܗ, ܫܥܒܕ, ܦܪܣܝ, punctum inferius saepe deest ܢܥܟܒ, ܐܥܟܒ, ܡܥܟܒܝܢ. Qua in re ut eo certius constet, punctorum vim ab initio mere phoneticam fuisse, addo alibi scribi ܐܬܡܠܟܘ Eus. Theoph. III, 39, ܐܬܡܠܟܘ Mart. of Pal. p. ܡ, ܐܥܟܒ 1 Rg. 1, 11, ubi punctum in éstaφ. consonam vacuam insignit, ideoque non characterem habet diacriticum. Participia infinit. et imperfect. eodem modo insigniuntur, itaque in peɜal et éϑpeɜel inf. ܡܬܩܛܠ, ܡܬܚܫܒܘ; paɜel, åφɜel etc. ܡܩܛܠܘ, ܡܬܩܛܠܘ, fut. ܢܬܟܠܡܘܢ, ܐܥܡ åφ. ܢܥܟܒ. In participiis activa et passiva distingui possunt, ܡܗܝܡܢ = ܡܗܝܡܢ est pass., vocalis *a* puncto superiore notatur, at in activo puncto inferiore *e* ܡܗܝܡܢ. Verb. med. ܘ scribuntur ܡܩܝܡ et ܡܩܝܡ in part. åφ. Perfectum est ܡܢܝܢ Wright Syriac. Apocr. p. ܡܗ, e contrario ܡܢܝܢ esset participium cum pronomine ܐܢܐ.

IV. Puncta verborum sicuti nominum §. 9, IV. incuria scribarum non semper recto ponuntur loco, id quod iis condonabit qui maximam punctorum copiam in libris contemplatur. Ita fit, ut inveniatur ܢܗܘܐ pro ܢܗܘܐ Eus. Theoph. III, 39, ܢܗܘܐ pro ܢܗܘܐ ib. I, 53, ܐܡܪ saepissime pro ܐܡܪ, ܢܩܛܠ pro ܢܩܛܠ ib. I, 59, ܕܢܣܒ pro ܕܢܣܒ I, 62, imo ܕܢܐܡܪ pro ܕܢܐܡܪ etc. sed haud raro etiam rectus puncti locus servatur ܬܗܘܐ Theoph. I, 50, ܬܗܘܐ 51, ib. ܐܬܚܙܝ; ܐܬܦܪܫ 56, ܫܡܥܗ 59, ut plerumque in paɜel et åφ. ܢܩܒܠ 60. ܢܩܒܠ 1 Rg. 1, 2, etiam in peɜal verborum med. ܐ ut ܫܐܠ 1 Rg. 1, 1, ܫܐܠ ib. 5. Propter litteras seu infra seu supra lineam dilatatas puncta

saepe loco moventur; idem fit propter ܪ et ܕ, ita semper invenitur ܐܶܡܰܪ pro ܐܡܰܪ etc., lectores tamen linguae gnari facile quid pronunciandum sit intelligent, ita ܒܢ̈ܝܐ pro ܒ̈ܢܝܐ, ܡܫܰܡܠܶܐ pro ܡܫܰܡܠܶܐ etc.

V. Cum hac consuetudine, puncta non recto loco ponendi, alia conjuncta est, qua scribae puncta et iis formis apponunt, quarum vocalismo proprie non conveniunt. Ita si juxta ܐܫܬܰܘܕܝܰܬ 3. fem. *confessa est,* ubi puncta vocales notant, legitur ܐܫܬܘܕܝܰܬ Joh. Eph. 4, 6 punctum inferius eam ob causam positum est, quia tertiae pers. fem. perf. ܩܶܛܠܰܬ solet addi, itaque in ܐܫܬܘܕܝܰܬ jam non vocalis vices gerit, sed punctum vere diacriticum evasit. Eodem modo in ܩܰܪܶܒ paɜel pro ܩܰܪܶܒ Joh. Eph. 4, 6. Simili modo in ܣܩܘ ascendite imperativum, in ܐܰܘܕܝܗ perfectum, in ܡܶܩܛܰܠ, ܡܶܩܛܠܘ infinit., in ܐܶܬܩܰܛܠܘ, ܐܶܬܩܰܛܰܠ éϑpaɜal, tanquam stirpi paɜel analogum, in ܢܶܩܛܘܠ imperfectum indicat. Denique abusu potius quam usu saepissime primae personae sgl. perf. ܩܶܛܠܶܬ punctum superscribitur, nisi hic quoque conicere mavis antiquissimo tempore formam *qatleϑ* fuisse pronunciatam. Saepe vero et infra lineam ponitur e. gr. ܟܬܒܬ scripsi Land. Anecd. Tab. V. spec. 11. Denique punctum et ibi naturam signi diacritici induit, ubi terminationibus accedentibus, loco primitivo non motum est ut ܢܩܛܠܘܢ.

VI. Sub finem denique paradigma exhibemus; quod docet, quam libere puncta soleant poni cujus rei caussa ex praecedentibus patet. Omnia eo redeunt ut in peɜal praeter primam personam perfecti et imperfecti et praeter partic. activi, quae punctum superius habent, sub quamvis litteram punctum ponatur. Conjugationes derivatarum stirpium punctum characteristicum ܩܰܛܶܠ, ܐܰܩܛܶܠ, ܐܶܬܩܛܶܠ, ܐܶܬܩܰܛܰܠ servant, saepe tamen non scribitur.

Nestoriani ܬ tertiae pers. fem. perf. duplici puncto inferiore distinguere solent, ita ܐܡܪܬ, ܐܬܕܘܕܝܬ Luc. 1, 28, ܗܝܡܢܬ vs. 39 etc. scribitur in libro edito a societate bibliorum propagandorum cui titulus: ܟܬܒܐ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ ܩܕܝܫܐ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒܐ ܕܟܠܗܘܢ ܡܕܢܚܝܐ London Watts 1829. Amira p. 49. Sciadr. p. ܩܘܡ eos scribere docent ܩܡܬ, ܩܡܬ, ܫܡܥܬ etc.

Paradigma verbi *notis diacriticis scripti.*

Praeterit.

	Masc. Peʿal	Paʿel	ʾAφʿel	Fem.	
Sing. 3.	ܩܛܰܠ	ܩܰܛܶܠ	ܐܰܩܛܶܠ	ܩܶܛܠܰܬ	ܩܛܠܰܬ
	ܩܛܶܠ	ܩܰܛܶܠ	ܐܰܩܛܶܠ	ܩܶܛܠܰܬ	ܩܛܠܰܬ
	ܩܛܳܠ			[illegible]	ܩܛܠܰܬ
2.	ܩܛܰܠܬ				
	ܩܛܶܠܬ	[illegible]			
	ܩܛܶܠܬ	[illegible]			
1 comm.	ܩܶܛܠܶܬ	ܩܰܛܠܶܬ	ܩܶܛܠܶܬ;	[illegible]	[illegible]
Plur. 3.	ܩܛܰܠܘ	ܩܛܰܠܘ			[illegible]
	ܩܛܠܘ	ܩܛܶܠܘ			
2. puncto non insignitur.					
1 comm.	ܩܛܰܠܢ	ܩܛܶܠܢ			

Infinitivus.

ܡܩܛܠ ܡܩܛܠ ܡܩܛܠ ܡܩܛܠ
[illegible] [illegible] cet. ܡܩܛܠܘ

Imperativus.

Sing. ܩܛܘܠ ܩܛܘܠ ܩܛܘܠ, [illegible], [illegible], [illegible]
ܩܛܘܠܝ ܩܛܘܠܝ ܩܛܘܠܝ ܩܛܘܠܝ

Futur.

	Masc.		Fem.	
Sing. 3.	ܢܶܩܛܘܠ	ܢܩܛܘܠ	ܬܶܩܛܘܠ	ܬܩܛܘܠ
		ܢܩܛܘܠ		ܬܩܛܘܠ
2.	ܬܶܩܛܘܠ	ܬܩܛܘܠ		
		ܬܩܛܘܠ		
1 comm.	ܐܶܩܛܘܠ	ܐܩܛܘܠ	[illegible]	[illegible] [illegible]
Plur. 3.	ܢܶܩܛܠܘܢ	ܢܩܛܠܘܢ	puncto non insignitur.	
	ܢܩܛܠܘܢ	ܢܩܛܠܘܢ		
2.	ܬܶܩܛܠܘܢ	ܬܩܛܠܘܢ	puncto non insignitur.	
	ܬܩܛܠܘܢ	[illegible]		
1 comm.	ܢܶܩܛܘܠ	ܢܩܛܘܠ	ܢܩܛܘܠ	[illegible]

Participium.

	Masc.		Fem.
Praes.	ܡܩܛܠ	ܩܳܛܶܠ, [illegible]! [illegible],	[illegible]
	ܡܩܛܠܝܢ	[illegible]	
	ܡܩܛܠܝܢ	ܡܩܛܠܝܢ	
Praet.	ܩܛܝܠ	ܩܛܝܠ, [illegible]	
	ܩܛܝܠ		

§. 22.

De interpunctione et accentibus.

Cf. Amira Gramm. p. 475—80. Ewald Abhandlungen zur bibl. u. morgenl. Litt. p. 103, ejusdemque ad hanc commentationem additamenta in Zeitschrift für Kunde des Morgenlandes Vol. I. p. 205, II. p. 109. Bar Hebraeus gram. metr. p. 86 ed. Bertheau.

I. In libris syriacis haec solet esse interpunctionis ratio ut punctum in ipsa linea positum, cui nomen est ܦܣܘܩܐ, sector, singula enunciata separet. Cum vero enunciata plerumque composita sint e protasi (ܫܘܘܕܝܐ proprie promissio) atque ex apodosi (ܦܘܪܥܢܐ proprie retributio, satisfactio), haec duo membra distinguuntur puncto infra lineam posito, cui accedit punctum in ipsa linea, et hoc punctum propter locum, quem obtinet, dicitur ܬܚܬܝܐ inferius. Exempla quaevis pagina praebet, itaque habes: ܟܕ ܐܬܩܛܠ ܗܘ ܚܠܝܦܐ ܡܘܣܬܥܨܡ܂ ܐܫܠܛ ܡܠܟ ܡܠܟܐ ܥܠ ܒܓܕܕ ܠܐܢܫ ܕܡܫܬܡܗ ܥܠܝ ܒܗܕܘܪ. Cum interfectus esset Ḣalîφa Mustaʒṣim, rex regum Bagdado praefecit hominem ʒali Bahadur appellatum. Kirsch-Bernst. Chst. p. 121. ܐܢ ܕܝܢ ܢܨܒܐ ܘܢܟܬܘܒ ܕܝܬܩܐ܂ ܡܩܝܡ ܠܒܢܘܗܝ ܐܝܟ ܕܨܒܐ ܝܪܬܘܬܐ. si vult scribere testamentum, filios pro lubitu haeredes instituit. Land Anecd. p. 30.

II. Si vero protasis e compluribus membris composita est, haec membra separantur duobus punctis :— ܫܘܝܐ paria dictis. Ex.: ܐܢ ܕܝܢ ܠܐ ܢܟܬܘܒ ܫܡܗ ܕܦܩܘܠܝܢ: ܐܝܟܐ ܕܡܝܬ ܗܘ ܕܚܪܪ: ܦܩܘܠܝܢ ܠܗ ܝܪܬܘܗܝ ܕܦܩܘܠܝܢ ܕܗܘ ܥܒܕܐ ܕܐܬܚܪܪ. Si vero non scripsit (herus) nomen peculii, ubi mortuus est is quem manumisit, ejus haeredes obtinent peculium servi manumissi Land Anecd. p. 36. ܠܘ ܥܒܕܐ ܠܐ ܥܒܕܬ ܠܥܝܢܝܗܘܢ: ܐܝܠܝܢ ܕܐܚܪܢ ܐܢܫ ܠܐ ܥܒܕ܂ ܠܐ ܗܘܬ ܠܗܘܢ ܚܛܝܬܐ. Si non opera coram iis fecissem, (šewayyå) quae alius homo non fecit, (taḣtåyå in fine protaseos) non esset illis peccatum. Joh. 15, 24 ܠܐ ܓܝܪ ܠܩܘܪܢܬܝܐ ܒܠܚܘܕ ܗܢܐ ܡܠܟ: ܡܛܠ ܕܐܦܠܐ ܕܝܠܗܘܢ ܒܠܚܘܕ ܗܘܐ ܫܠܝܚܐ: ܐܠܐ ܥܡ ܕܐܦ ܕܥܡܡܐ ܡܠܦܢܐ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܘܒܫܪܪܐ ܗܘܐ܂ ܐܦ ܠܢ ܠܟܠܢ ܡܠܟ ܥܡ ܗܢܘܢ. Non enim Corinthiis solum hoc suasit, (šewayyå) quia etiam non eorum tantum fuit apostolus, (šewayyå), sed cum etiam gentium doctor fuerit in fide et veritate, (taḣtåyå in fine protaseos), nos quoque per illa monet. (Påsoqå) Athanas. Festal letters p. 54.

III. Apodosis, ܦܽܘܢܳܝܳܐ, si e compluribus membris composita est, singula membra puncto supra lineam posito, quocum conjungitur punctum in ipsa linea .·— distinguuntur, quod signum dicitur ܥܶܠܳܝܳܐ superius. Expl.: ܡܶܢ ܗܳܫ ܠܘܳܬ ܬܪܶܝܢ ܡܶܢ ܥܰܒ̈ܕܶܐ ܩܳܝ̈ܡܶܐ ܕܺܝܠܳܟ ܕܝܳܕ̈ܥܺܝܢ ܐܪ̈ܳܙܰܝܟ܁ ܕܢܶܟܡܢܘܢ ܠܶܗ ܒܚܰܕ ܡܶܢ ܡܥܰܪ̈ܶܐ ܕܛܘܪܳܐ܆ ܘܢܶܬܟܰܪܟܽܘܢ ܥܠܰܘܗ̱ܝ ܘܢܶܩܛܠܽܘܢܳܝܗ̱ܝ. Interea para duos e servis constantibus, secretorum tuorum gnaros, (taḣtâyâ in fine protaseos) ut insidias ei struant in aliqua caverna collis, (ɜellâyâ in media apodosi) eumque adoriantur et interficiant. Kirsch-Bernst. Chrst. p. 25. ܘܗܳܟܰܢܳܐ ܐܶܬܬܚܺܝܒ ܨܰܠܡܶܗ ܕܝܽܘܚܰܢܳܢ ܡܶܢ ܒܳܬܰܪ ܡܰܘܬܶܗ. ܐܰܝܟ ܕܐܶܬܚܰܫܰܒ ܗܽܘ ܘܰܐܦ ܨܰܠܡ̈ܶܐ ܕܩܰܕܺܝ̈ܫܶܐ ܢܶܫܕܶܐ܆ ܘܰܐܥܶܠ ܕܺܝܠܶܗ. tali modo oblitterata est imago Johannis post mortem ipsius, (taḣtâyâ) sicut conatus est reicere imagines sanctorum (ɜellâyâ) suamque intrudere. Joh. Eph. p. 111.

IV. Systema tali modo in periodis longioribus exoriens hoc est:

Pâsoqâ	ɜellâyâ	Apodosis	Taḣtâyâ	Šewayyâ	Protasis
.	.·	.·	.	:	:

et si complures protases adsunt, omnes per taḣtâyâ definiuntur Delagarde Anal. p. 40, 14 etc. sicut membra apodoseos per ɜellâyâ ib. 43, 3. Expl.: ܟܽܠ ܐ̱ܢܳܫ ܕܫܳܒܶܩ ܒ̈ܳܬܶܐ: ܐܰܘ ܐܰܚ̈ܶܐ: ܐܰܘ ܐܰܚ̈ܳܘܳܬܳܐ: ܐܰܘ ܐܰܒܳܐ: ܐܰܘ ܐܶܡܳܐ: ܐܰܘ ܐܰܢ̱ܬܬܳܐ: ܐܰܘ ܒܢܰܝ̈ܳܐ: ܐܰܘ ܩܘܪ̈ܝܳܐ ܡܶܛܽܠ ܫܡܝ܂ ܚܰܕ ܒܡܳܐܐ ܢܣܰܒ܆ ܘܚܰܝ̈ܶܐ ܕܰܠܥܳܠܰܡ ܢܺܐܪܰܬ. quicunque reliquerit domus, vel fratres, vel sorores etc. propter nomen meum (taḣtâyâ), centuplum accipiet, (ɜellâyâ) et vitam aeternam haereditabit. Math. 19, 29.

Tale est systema e mente Barhebraei et Amirae, et hoc sufficit ad definiendum nexum membrorum orationis, ita ut in plurimis libris alia signa non sint obvia. Notandum tamen est, šewayyâ quidem *nunquam* in apodosi locum habere, cum tamen ɜellâyâ *aeque in apodosi, ubi plerumque est*, atque *in protasi poni possit,* quod docet Barhebr. cum dicat:

ܘܥܶܠܳܝܳܐ܆ ܢܳܦܶܠ ܦܶܠܓܳܐ ܡܶܢ ܦܰܠܓܶܗ ܕܡܫܰܐܠܳܢܳܐ ܘܦܽܘܢܳܝܳܐ h. e.

ɜellâyâ cadit modo in mediam protasin et in mediam apodosin, nam ܡܫܰܐܠܳܢܳܐ apud Barhebr. idem esse quod Amira appellat ܦܽܘܣܳܩܳܐ e versu sequente colligitur

ܘܬܰܚܬܳܝܳܐ܂ ܡܶܢ ܦܰܠܓܶܗ ܕܡܫܰܐܠܳܢܳܐ ܠܦܽܘܢܳܝܳܐ ܡܳܢܳܐ ܩܪܳܐ h. e.

taḣtâyâ inter mimrâ et purɜânâ habet ordinem (locum). Denique šewayyâ ܠܐ ܢܦܠ ܡܢ ܡܨܥܬܐ ܕܗܕܡܐ ܕܦܘܢܝܐ h. e. nunquam cadit inter membra apodoseos.

Taḣtâyâ praeterquam quod periodum in duas partes separat, etiam signum interrogationis est. Eodem modo ɜellâyâ adhibetur. Expl.: ܠܡܠܟܟܘܢ ܐܙܩܘܦ. regem vestrum crucifigam? Joh. 19, 15 ܡܢܘ ܡܢܟܘܢ ܓܒܪܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܥܪܒܐ ܚܕ . ܘܐܢ ܢܦܠ ܒܫܒܬܐ ܒܓܘܡܨܐ . ܠܐ ܐܚܕ ܘܡܩܝܡ ܠܗ. Quis est ex vobis vir, qui habet ovem, et si ceciderit in foveam die sabbathi eam non tenebit et eriget? Math. 12, 11. Secundum Amir. ɜellâyâ in protasi e. gr. invenitur Mrc. 9, 39 ܠܝܬ ܓܝܪ ܐܢܫ ܕܥܒܕ ܚܝܠܐ ܒܫܡܝ . ܘܡܫܟܚ ܒܥܓܠ ܠܡܐܡܪ ܥܠܝ ܒܝܫܬܐ. Non enim est homo qui miracula facit in nomine meo, et statim dicere potest de me malum. Eodem modo in Delagardii Anal. syr. p. 126, 2 ܒܙܒܢܗ ܐܬܟܢܫܘ ܗܘܘ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܣܓܝܐܐ ܒܣܘܢܗܕܘܣ ܕܒܐܢܛܝܘܟܝܐ . ܘܐܬܝܕܥ ܘܐܬܒܣܝܪ ܡܢ ܟܠ ܒܪܢܫ ܒܦܫܝܛܘܬܐ ܝܘܠܦܢܗ ܢܘܟܪܝܐ ܕܦܘܠܐ . ܗܘ ܕܗܘܐ ܪܝܫܐ ܕܗܪܣܝܣ ܗܕܐ ܒܝܫܬܐ. Ejus tempore multi episcopi in synodo Antiocheno congregati erant, et facile cognita et contempta est a quovis homine doctrina aliena Pauli (Samosateni), qui princeps fuit hujus pravae haereseos.

V. Finis seriei longae vario modo per circulos ooo sive per quatuor puncta ⁘ indicatur, sive per duo ..

Adnot. 1. Praeter majorem signorum taḣtâyâ et ɜellâyâ formam, in qua puncta magno spatio distant ·—̣, ·—̇, etiam taḣtâyâ et ɜellâyâ minus observare mihi videor, quorum prius membra protaseos sejungit, majore tamen vi quam šewayyâ, quod in eodem enunciato obvium est, alterum vero in apodosi adhibetur. E. gr. Delagarde Anal. 7, 14. ܐܢܐ ܚܢܢ ܕܢܦܫ ܕܥܒܕܐ : ܡܟܝܠ ܠܐ ܠܟ ܡܟܠܠ ܕܠܘܬܢ . ܗܘܐ ܠܢܦܫܟ ܠܟܝ ܕܐܬܘܡܝܐ ܕܠܟܠܗ. Cf. 45, 11; 47, 15; 40, 1 etc. Majorem etiam vim habet taḣtâyâ minus, si infra lineam est positum, uti l. l. 41, 14: ܘܟܕ ܐܡܪ . ܠܐ ܡܚܝܒ ܐܠܗܐ ܕܡܫܒܚܗ ܕܐܠܗܐ ܐܠܗܝܢ : ܘܢܘܪܗ ܕܐܠܗܐ : ܠܡܪܝ ܫܡܥ . ܐܘ ܐܝܟ ܠܡܫܡܠܘ ܕܐܠܗܐ ܡܫܟܠ. ܡܫܟܠ ܠܗ ܠܐܠܗܐ.

Adnot. 2. Ex analogia originis historicae signorum vocales notantium, quorum antiquissima forma unum punctum variis locis pictum erat, recte concludi potest, similem rationem etiam initam esse in interpunctione, idque antiquissimo codice Musei Britan.

12150 ao. 411 Edessae exarato satis confirmatur. Nam hic codex tahtâyâ et ɜellâyâ majus exprimit per punctum a linea semotum ܼ, dum ɜellâyâ minus puncto propius ad lineam accedente ܼ indicatur, et sicut vocales per duo puncta notata in hoc antiquo libro sunt rarae ita et signa interpunctionis. Ex. gr. cf. Clem. Rom. Recog. ed. Delagarde p. ܢܗ l. 19 ܘܒܬܪ ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܒܟܘ̈ܟܒܐ ܨܒܬܗ ܐܠܗ ܠܫܡܝܐ · ܘܫܡܫܐ ܘܣܗܪܐ ܥܒܕ ܕܢܢܗܪܘܢ · ܚܕ ܒܠܠܝܐ ܘܐܚܪܢܐ ܒܐܝܡܡܐ. et postea stellis ornavit coelum, et solem et lunam fecit ut illuminent, altera noctu alter interdiu. Ib. p. ܩܡ l. 23. ܗܘ ܐܠܗܐ ܗܘ ܕܥܒܕܗ ܠܥܠܡܐ · ܕܐܝܬܘܗܝ ܡܪܐ ܕܟܠܡܕܡ · ܪ̈ܫܢܐ ܠܟܠܡܕܡ ܣܡ . ܥܕܡܐ ܠܢ̈ܨܒܬܐ ܘܠܟ̈ܐܦܐ ܘܠܡ̈ܒܘܥܐ ܘܠܢ̈ܗܪܘܬܐ deus ille qui fecit mundum, qui est dominus omnium, principes omnibus imposuit; usque ad plantas et lapides et fontes et fluvios. Neque haec scribendi consuetudo statim evanuit, verum in libris in quibus bina puncta saepe usurpantur, enunciati membra etiam uno puncto distinguuntur e. gr. .... ܐ̱ܢܫܝܢ ܡܫܝܚܝܐ ܘܡܗܝܡܢܐ ܕܡܠܟܘܬܗ ܠܥܠܡ܄ ܐܝܟܢ ܕܡܣܝܒܝܢ ܘܡܫܬܡܠܝܢ ܐܝܟ ܕܐܢܫܝܢ܇ ܡܠܟܐ ܘܫܠܝܛܐ ܠܥܠܡ܆ ܡܢ ܟܠܗ ܐܝܟܢ ܘܡܢ ܡܢ ܡܕܡ ܕܡܫܝܚܐ. Wright Contributions to the apocr. Litt. p. ܩܡ, ubi ܐܝܟܢ habet tahtâyâ uno puncto expressum. Cf. ܐܢܐ ܕܝܢ ܕܡܫܠܡܢܘܬܐ ܠܬܘܠܡܕܬܐ ܡܫܡܠܝܬܐ ܘܠܐ ܐܫܬܟܚ ܡܟܝܠ. cum tahtâyâ sub ܡܫܠܡܢܘܬܐ apud Cyrill. Commt. in Lucam ed. Payne Smith.

Adnot. 3. Praeter simplex systema, de quo hucusque egimus, etiam aliud exstat systemati accentuationis masorethicae simile, de quo egit Ewaldus in dissertationibus supra commemoratis. Hoc verum systema, cum in libris impressis non exstet, ita ut hoc loco fontibus destitutus nihil praebere possim, quod non ex Ewaldo sit desumptum, totam rem intactam relinquo et lectores ad Ewaldum rejicio.

VI. Praeter haec interpunctionis signa ܦܘܣ̈ܩܐ mensurae dicta, quod mensuram singulorum orationis membrorum definiunt, etiam aliud genus accentuum exstat, quo vocis in legendo modulatio indicatur. Nomen eorum est ܢܥܡ̈ܬܐ ܕܩܪ̈ܝܢܐ modulationes lectionum sive ܢܝ̈ܫܐ ܩ̈ܠܢܝܐ notae musicae, et ex ipso hoc nomine intelligetur pertinere hos accentus ad lectionem sollemnem ecclesiasticam.

Amira affert septem, quae uno puncto indicantur, quod nominatur:

a) ܡܫܐܠܢܐ interrogans, in interrogatione, ut ܐܝܟܐ ubi?
b) ܩܪܘܝܐ vocans, ut ܬܘ ܠܘܬܝ venite ad me!

c) ܡܬܕܡܪܢܐ admirans, pro quo et interdum duo puncta oblique ponuntur, ut ܐܝܟܢܐ et ܐܝܟܢܐ quomodo! Hoc ultimum convenit cum ܬܘܗܐ sive ܡܬܡܗܢܐ magno Ewald Ztschr. f. Kunde d. Morgl. II. p. 115.

d) ܡܫܒܚܢܐ laudans, ܐܝܟ ܓܘܪܝܐ ܕܐܪܝܐ ܝܗܘܕܐ uti catulus leonis Juda.

e) ܝܗܒ ܛܘܒܐ beatitudinem dans, a praecedente in eo tantum differt, ut semper in prima sermonis voce ponatur, ut ܛܘܒܘܗܝ ܠܓܒܪܐ beatus est vir. Aliud ejus nomen est ܡܛܘܒ.

f) ܡܚܘܝܢܐ demonstrator, ut ܗܐ ecce, hic; ܗܢܘ hic est.

g) ܦܩܘܕܐ imperans, ut ܙܠ abi, ܬܒ sede.

Quibus addo h) ܡܫܘܝܢܐ conjunctorem seu ܐܡܘܪܐ textorem voces arcte cohaerentes indicantem ut ܟܠ ܫܠܝܛ παγκρατής, ܠܐ ܡܝܘܬܐ ἀθάνατος, ܡܪܕܘܟܝ ܫܠܡܐ quem passim in libris impressis observavi.

i) ܡܣܡܟܢܐ sive ܡܫܡܫܢܐ (?) Jer. 4, 30 ita ܡܢܐ ܕܥܒܕܝ ܟܕ ܬܟܚܠܝ ܐܣܘܪܝܬܐ:

k) ܡܪܟܢܢܐ et ܡܥܡܥܢܐ —, qui compositus est qåroyå et ex ܡܬܦܣܩܢܐ accentu liturgico — Zeitschr. f. Kunde d. Morgenl. I. 206.

Denique accentus in textibus biblicis interdum servati sunt ܬܫܒܘܚܬܐ ܕܐܠܗܐ — et ܗܪܟܐ ܕܩܒܠ — Joh. 27, 12; 28, 20; et signum exclamationis — Jes. 28, 23 Ewald Abhdl. p. 115.

VII. E Syrorum traditione colligitur systema accentuum certe saeculo post Christum quinto excultum fuisse, et saeculo septimo homines docti Thomas Ḥarqlensis et Jacobus Edessenus varias de eorum significatione protulerunt sententias Zeitschr. f. Kunde d. Morgenl. II. 111, 115.

Adnot. De signis criticis hexaplorum syriacorum cf. Norberg Codex Syriaco Hexapl. praef. et Roordam Libri judicum et Ruth fasc. I. Havniae 1859. ab initio.

Caput secundum.

De consonarum inter sese relatione et natura, de syllabis atque tono.

§. 23.

Absoluta descriptione elementorum scriptionis de consonis et vocalibus agendum est deinde de earum in syllabas conjunctione, denique de vocum ipsarum ex his syllabis compositarum tono. Cum vero ubi de vocalium signis egimus fieri non potuerit quin earum naturam statim accuratius explicuerimus, ideoque §. 13. quae de vocalibus dicenda videntur jam allata sint, hoc loco sola de consonarum indole restat disputatio quam excipiet doctrina de syllabis atque tono.

I. Consonarum mutationes.

§. 24.

Consonarum radicalium permutatio.

I. Consonas sono similes in omnibus linguis facile *permutari* vocesque eodem aut simili significatu utentes et leniori et duriori modo pronuntiari inter omnes constat; in Syriaco igitur quoque sermone idem locum habere non est mirum. Haec vero permutatio ad consonas radicales tantum pertinet, e quibus singulae radices compositae sunt, neque ad eas consonas, quarum ope flexiones efficiuntur (consonae serviles). Itaque hic agitur de relatione quae intercedit inter varias stirpis semiticae propagines ac definitur cuinam consonae hebraeae, arabicae, aethiopicae respondeat aramaica.

II. Suprema lex cui omnes ejusmodi permutationes adstringuntur haec est, ut similia similibus commutentur. Tali modo fit ut consonis aramaicis in cognatis linguis aliae respondeant, quae iisdem proferuntur organis; labialibus respondent labiales, palatalibus palatales etc. §. 7, III. Commutatio in linguis indogermanicis frequens, qua etiam variorum organorum consonae secundum certam legem sibi respondent, ut in equus *ἵππος* açvas, اسب etc.,

apud Semitas non nisi inter liquidas invenitur. Plerumque in omnibus linguis semiticis consonae eorundum organorum immutatae manent, rarius tantum neque secundam certam legem in alias abeunt, certa lex obvia est solum in sibilantibus et dentalibus, de quibus nunc agendum est.

III. In alphabeto arabico quaedam sunt consonae duplici modo pronunciatae ت t, ث ϑ; د d, ذ δ; س s, ش š; ص ṣ, ض ḍ; ط ṭ, ظ ‘ṭ; ح ḣ, خ ḧ; ع ʒ, غ quae etsi eodem signo scriptae jam antequam varii populi Semitarum separati sunt, vario modo pronunciabantur. Re vera jam antiquissimo tempore id locum habuisse, necessario inde efficitur, quod variae dialecti varias unius loco substituerunt consonas easque non pro lubitu sed ex certa lege, quod fieri non potuisset, nisi antiquiorem pronunciationem paullatim corrumpentes distinctiones sonorum tamen servare voluissent. Ita si pro ثَلَاثُ ϑalâϑū hebraice dicitur שָׁלוֹשׁ šalos syriace vero ܬܠܳܬ telâϑ, pro ثَمَّ tamma vero hebraice et syriace תם tam, apparet apud Hebraeos sonum ث ϑ abiisse in שׁ š, sonum ت t vero esse servatum. Haec tamen in שׁ š commutatio nullo modo explicari potest, nisi statuitur, jam antiquissimo tempore antequam Hebraei ab Arabibus sejuncti erant, cosonam ת in certis radicibus (non ex legibus euphonicis §. 13) cum aspiratione pronunciatam esse, in aliis sine aspiratione. Idem locum habet in radicibus in quibus arabice ع et غ, ح et خ adest, quae apud Hebraeos et Syros scriptione non distinguuntur, e. gr. ערב = عَرِبَ suavem esse et غَرِبَ abire etc. Ex primitiva hac varia pronunciatione unius consonae, pro qua aliae dialecti alios substituerant sonos, uti שׁ pro ث, exoritur certa ratio inter consonas variarum dialectorum, imprimis inter dentales et sibilantes, nam gutturales ع, غ, ح, خ ubique fere retinentur, etsi haud dubie in aliis radicibus alio modo pronunciatae sunt, quod in nominibus hebraeis ex transscriptionibus graecis intelligetur עֵלִי 'Ηλί, עֲמֹרָה Γομοῤῥά etc.

Rationem inter varias sibilantes et dentales intercedentem haec monstrabit tabula:

	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11
Respondet arabico	د	ذ	س	ش	ص	ض	ط	ظ	ز	ت	ث
hebraicum	ד	ז	שׂ ס	שׁ	צ	צ	ט	צ (ט)	ז	ת ·	שׁ
aramaicum	ܕ	ܕ	ܫ ܣ	ܫ	ܨ	ܥ	ܛ	ܛ	ܙ	ܬ	ܬ

Exempla. 1) دُبّ, דֹּב, ܕܶܒܳܐ, ድብ: ursus, دِبْس, דְּבַשׁ, ܕܶܒܫܳܐ mel, יָדַע, ܝܺܕܰܥ, አእመረ: scire.

2) ذِئْب, זְאֵב, ܕܺܐܒܳܐ, ዝእብ: lupus, ذَكَرَ, זָכַר, ܕܟܰܪ, ዘከረ: meminit, بَذَرَ, בָּזַר, ܒܕܰܪ dispersit, ذَهَب, זָהָב, ܕܗܰܒܳܐ aurum, ذَا, זֶה, דְּא, ዝ: is.

3) سَلَام, שָׁלוֹם, ܫܠܳܡܳܐ, ሰላም: pax, سَبْع, שֶׁבַע, ܫܒܰܥ, ሰብዑ: septem, سُنْبُلَة, שִׁבֹּלֶת, ܫܶܒܠܳܐ mandaice שומבעלתא, ሰንበል spica, نَفْس, נֶפֶשׁ, ܢܰܦܫܳܐ, ነፍስ: anima, سَوْط, שׁוֹט, ܫܽܘܛܳܐ flagellum, سَلَطَ, שלט, ܫܠܰܛ, ሠለጠ: potestatem habuit, سَجَدَ, ܣܓܶܕ se prostravit, كَسَا, כסה, ܟܣܳܐ obtexit, أَسَرَ, אָסַר, ܐܣܰܪ ligavit.

4) شَنَأَ, שָׂנֵא, ܣܢܳܐ odit, שִׂים, ܣܳܡ, ሠረ: posuit, شَهِدَ, ܣܗܶܕ testavit.

5) صَارَ, צור, ܨܳܪ formavit, صَامَ, צוּם, ܨܳܡ jejunavit, صَادَ, צוּד, ܨܳܕ venatus est.

6) أَرْض, אֶרֶץ, ܐܰܪܥܳܐ terra, ضَأْن, צֹאן, ܥܳܢܳܐ pecora, יָצָא, ወፅአ: ܢܦܰܩ egressus est, بيضة, בֵּיצָה, ܒܶܥܬܳܐ ovum, مَرِضَ, מָרַץ (?), ܡܪܰܥ aegrotavit. Interdum etiam ص respondet ܨ ut in صَرَفَ vertit, صَيْرَفِيّ et ܡܨܰܪܦܳܢܳܐ nummularius. Si per hanc commutationem duo ܥ in una voce conveniunt, prius in ܐ solet abire cf. §. 18, IV. ita pro عَصًا, עֵץ et proprie עעא habes אָע Ezr. 5, 8, عرض, ערץ obviam ire ܐܪܥ, ܐܘܪܥܳܐ, ضِلْع צֵלָע costa ܐܶܠܥܳܐ. In una voce ضحك צחק risit invenitur ܓܚܶܟ, ܓܚܶܟ, mandaice etiam אחך, ubi ע propter insequens ח in א mutatum est.

7) طَعِمَ, טָעַם, ܛܥܶܡ gustavit, طَرَدَ, טָרַד, ܛܪܰܕ expulit, طَيِّب, טוֹב, ܛܳܒܳܐ bonus.

8) نَظَرَ, נָצַר et נָטַר, ܢܛܰܪ intuitus est, ظُفْر, צִפֹּרֶן, ܛܶܦܪܳܐ unguis, ظَعَنَ migravit VIII. vecta fuit, ܛܥܶܢ portavit, ظَبْيَة, צְבִי, ܛܰܒܝܳܐ dorcas, ظِلّ, צֵל, ܛܶܠܳܠܳܐ umbra, حَفِظَ recordatus est, חָפֵץ delectatus est ܚܦܰܛ studuit.

9) زَيْن, זִין, ܙܝܢܐ arma, زَيَّر, זור, ܙܪ compressit, زَرْع, זֶרַע, ܙܪܥܐ semen, عزز, עזז, ܥܙܢ, ΌHH potens fuit.

10) שָׁתָה, ሰትየ, ܐܫܬܝ bibit, تِبْن, תֶּבֶן, ܬܒܢܐ stramen, تمّ, תמם, ܬܡܡ integrum esse.

11) ثَابَ, שׁוּב, ܬܘܒ rediit, vox تاب se convertit, resipivit a Syris christianis ad Arabes migravit, ثَلَاث, שָׁלוֹשׁ, ܬܠܬ tres, ثَبَرَ, שָׁבַר, ܬܒܪ, ሰበረ: fregit, حَدَث, חָדָשׁ, ܚܕܬ novus, שָׁדַיִם, ثَدْى, ܬܕܝܐ mamma, اِثْنَتَيْنِ, שְׁנַיִם, ܬܪܬܝܢ duo, שׁוֹר, ثَوْر, ܬܘܪܐ taurus, ثَلْج, שֶׁלֶג, ܬܠܓܐ nix, مَثَل, מָשָׁל, ܡܬܠܐ, مِثْقَال, מִשְׁקָל, ܡܬܩܠܐ etc.

Adnot. Ab hac lege primaria, quam pleraeque radices sequuntur, hic illic aliae recedere videntur, quod tamen ex varia in eadem dialecto pronunciatione proficiscitur, ita habes juxta ܥܕܪ juvit etiam syriace ܥܕܪ, juxta תֶּלֶם sulcus ثَلْم crena in margine gladii et vasis, sed etiam تَلَم sulcus terrae vomere factus. Itaque in instituendis comparationibus ad legem semper est attendendum. Abstinendum censuimus a comparatione sibilantium aethiopicarum, quae nimium in modum inter sese confunduntur. Dillmann, Gramm. d. aethiop. Spr. §. 31.

IV. Praeter has regulares in variis dialectis permutationes etiam aliae sunt, legibus certis non adstrictae, praeter eam quod in eadem classe consonae inter sese mutantur. Itaque commutantur

a) Labiales ܘ, ܒ, ܦ, ܡ ut ܟܒܪܝܬܐ, كِبْرِيت et גָּפְרִית sulphur, ܦܪܙܠܐ, בַּרְזֶל ferrum, ܙܘܦܐ, אֵזוֹב, الازاب hyssopus, ܫܛܦ sprevit et ܐܫܛܡ, ܙܒܢ et זְמַן chld. tempus, ܚܡܐܬܐ et חֶמְאָה butyrum, (Bar Ali ܚܡܐܬܐ الزبد والسمن), בָּקַע et ܦܩܥ fidit, פָּגַר et ܦܓܪ debilis fuit, חֲבַצֶּלֶת et ܚܡܨܠܝܬܐ colchicum autumnale, אַרְגָּמָן = ܐܪܓܘܢܐ purpura, ܡܘܒܘܠܐ = מַבּוּל diluvium, ܟܘܟܒܐ = kabkab stella.

b) Palatales ܓ, ܟ, ܩ ut ܓܘܡܨܐ fovea, Chald. כּוּמְצָא et קוּמְצָא; ܓܘܓܝܬܐ, Hebr. זְכוּכִית vitrum, ܩܘܒܥܐ pileus, כּוֹבַע et קוֹבַע galea et מִגְבָּעָה velamen capitis sacerdotale; ܕܩ comminuit, Hebr. דַּךְ profligatus, oppressus; ܪܓܠܐ pes, Hebr. רָכַל = רָגַל circumvagari; ܣܟܪ occlusit, Hebr. סָגַר, שָׁקֵד, ܫܓܕܐ amygdalus, ܢܪܓܝܣ, نَرجِيس

نرگس narcissus, ܨܘܚܐ, ܨܘܚ clamavit. Kâφ cum rukâχâ respondet interdum arabico خ e. gr. ܦܚܪ hiavit = فخر.

c) Dentales ܕ, ܬ, ܛܒܐ fama, דִּבָּה, ܒܛܢ concepit, בֶּטֶן, بَطْنٌ, بَدَنٌ venter, ܚܛܦ, חָתַף rapuit, ܛܥܐ, תָּעָה erravit, ܩܛܠ, قَتَلَ interfecit.

d) Sibilantes ܙ, ܨ, ܫ, ܣ, ܩܨܡܐ, קֶסֶם divinatio, ܙܥܩ, צָחַק clamavit, ܙܕܩܐ, צֶדֶק justitia, ܒܣܐ, בָּזָה contempsit, ܟܢܫ, כָּנַס congregavit, ܢܣܐ, נֵס signum, שִׁרְיוֹן, ܫܪܝܢܐ, סִרְיוֹן lorica, אֶשְׁכּוֹל, ܣܬܟܠܐ uva, ܚܣܢܐ = حِصْنٌ arx.

e) Litterae liquidae ܪ, ܢ, ܡ, ܠ in plurimis linguis tanquam simillimae permutantur, imprimis α) ܠ et ܢ ut ܢܬܠ dedit, Hebr. יִתֵּן; ܪܘܒܝܠ, Hebr. רְאוּבֵן Ruben; ܡܪܓܢܝܬܐ unio, מַרְגָּלִית, στήλη, ܐܣܛܢܐ, פְּסַנְתֵּרִין, ψαλτήριον. β) ܠ et ܪ ut ܐܪܡܠܬܐ vidua, אַלְמָנָה, qua in voce etiam ܠ et ܢ permutantur; ܥܠܐ pullus, עַיִר; ܣܦܝܠܐ, סַפִּיר sapphirus, سلسلة, שַׁרְשְׁרָה, catena, חֲלָצַיִם, חַרְצָא lumbi. γ) ܡ et ܢ, ut ܡܠܟܝܢ reges, Hebr. מְלָכִים; ܐܢ si, Hebr. אִם; ܙܢܐ et ዘመወ scortatus est, ܒܛܡܬܐ pistazia, Hebr. בָּטְנִים. δ) ܢ et ܪ, ut ܛܡܪ abscondidit, Hebr. טָמַן; ܕܢܚ ortus est (sol), Hebr. זָרַח; ܬܪܝܢ duo, Hebr. שְׁנַיִם; ܒܪ filius, Hebr. בֵּן.

V. In dialectis aramaicis ipsis, quae admodum sunt depravatae consonarum permutationes haud raro locum habent. Itaque in dialecto Samaritanorum commutantur:

a) Labiales. ࠔࠁࠉ et ࠔࠅࠉ quaeso, ࠄࠁࠉ et ࠄࠅࠉ da, ࠔࠁࠄ et ࠔࠅࠄ posuit, ࠀࠐࠏࠉ rad. ࠁࠏࠄ depasci fecit, ࠔࠁࠈ et ࠔࠐࠈ judicavit, ࠁࠅࠓࠄ et ܡܪܘܪ amaritudo, ࠃࠁࠄ et ܕܘܐ aegrotare, ࠈࠁࠓ et ܛܘܪ mons, ࠋࠅࠃ = לְבַד solus, ࠋࠐࠋࠐ = לַבְלֵב germinavit, ࠑࠁࠀࠓ = ܨܘܪܐ, צַוָּאר collum, ࠌࠑࠃࠁࠊ = ܡܟܪܝܢ sponsus.

b) Palatales. ࠊࠉࠋࠄ et ࠂࠉࠋࠄ generatio, ࠀࠊࠓ et ࠀࠒࠓ foetus, ࠄࠋࠒࠉ et ࠄࠋࠂࠉ vadens (?), ࠔࠌࠒ et ࠔࠌࠏ audivit, ࠀࠔࠒࠇ et ܐܫܟܚ invenit, ࠂࠅࠐ = גּוּף corpus, ࠏࠊࠋ vidit cf. عَقْلَ.

c) Dentales. ࠃࠐ, ࠈࠐ, ࠕࠐ = תֹּף, دُفُوفٌ cymbalum, ࠕࠁࠋ = טְבַל tinxit, ࠍࠕࠓ et ܢܛܪ custodivit, ࠈࠇࠄ et דָּחָה impulit, ࠋࠐࠈ = لفت inflexit.

d) Sibilantes. ࠀࠅࠑࠐ = ܐܘܣܦ addidit, ࠌࠑࠅࠍ = ܡܙܘܢܐ nutrimentum, ࠑࠐࠓ = ܨܦܪ matutinum tempus, ࠍࠒࠑ = ܢܩܫ im-

pegit, ࠍࠔࠓ = ܢܫܪܐ aquila, ࠍࠐࠔ = ܢܦܫ dilatavit Gen. 26, 22. ࠏࠌࠔ juxta, ࠇࠌࠔ = ܚܡܫ quinque, ࠏࠔࠊࠄ = אשך testiculus.

e) Commutationis liquidarum haec sunt exempla: ࠏࠑࠍ = עצר retinuit, ࠇࠓࠑ = ܚܠܨ angustus, חָרֵץ, ܚܨܐ lumbus et ࠇࠋࠑ. Caute tamen de commutationibus consonarum *l* et *n* judicandum est, quarum forma in libris manuscriptis similis est, *l* enim ita pingitur ࠋ, *n* vero ita ࠍ.

f) De gutturalium usu denique monendum est Samaritanos eas *omnino non pronunciare*, quam ob causam maxima cum libertate eas inter sese commutant, ࠄࠇࠓࠉ et ࠀࠇࠓࠉ, אחרי post, ࠍࠏࠕ = ܢܚܬ descendit etc.

Hinc sequitur gutturales a Samaritanis in syllabis longis posse scribi, uti in aliis dialectis adhibetur 'Aleφ, Yuδ et Waw, itaque habes ࠒࠏࠌ = ܩܐܡ stat, ࠉࠑࠏࠃ = ܢܨܘܕ venabitur, ࠕࠏࠉࠓ = ܬܐܪ, ࠌࠀࠕ = ܡܐܬ mortuus est, ࠉࠒࠏࠌ = יקום etc.

VI. Apud Mandaeos liberius etiam consonae permutantur, imprimis vero eorum in tractandis gutturalibus ratio describenda est, cum non ut Samaritani pro lubitu eas permutent sed ex certa lege. Commutantur igitur[1])

a) Labiales ut פאת = בַּת filia stat. cstr. (forma determinati בראתא), פתולא = ܒܬܘܠܬܐ virgo[2]), ܫܦܬܐ = ܫܒܬܐ sabbathum, ܕܘܦܫܐ panis dulciarius cf. ܕܘܒܫܐ mel, זמאן invitavit cf. ܙܡܢ, אוריא perditi rad. ܐܒܕ.

b) Palatales כ et ק כושטא veritas ܩܘܫܛܐ, כאצומא = ܩܨܘܡܐ incantator, כאדיר longus cf. ܩܕܪ, ܟܪܫ = ܩܪܫ vovit, nam radix per ܩ scripta eo sensu usurpatur ut hebraeum קְדֵשָׁה; raro כ et ג ut ܟܫܫ palpavit syr. ܓܫܫ, saepissime vero ג et ק, praesertim si קט conveniunt. e. gr. גטל interfecit ܩܛܠ, גטר ligavit et fumavit cf. קטר, קיטור, ܓܝܛܐ syr. ܩܝܛܐ aestas, לגט = ܠܩܛ collegit, ܓܣܐ = ܩܣܐ exploravit, פוגדאניא = ܦܘܩܕܢܐ jussa, ܙܓܝܓ purus, rad. זקק, ܓܙܘܬܐ expeditio bellica, syr. ܩܙܘܬܐ, ܓܨܦ fregit cfr. קצף unde קֶצֶף sarmenta, al.

---

1) Voces mandaicae litteris syriacis scriptae e Norbergii lexidio sunt desumtae.

2) Bar Hebr. ed. Bertheau I. 333

[illegible]

[illegible]

c) Dentales. כרב scribere juxta כתב, שרק tacere = ܫܬܩ, ܫܘܦ commercium habuit juxta שותאפא socius. Praeterea ד illud quod respondit arabico ذ, hebraeo ז cf. supra III. 2, apud Mandaeos saepe est ז itaque זהבא = ܕܗܒܐ aurum, האזא = ܗܳܕܶܐ ܗܳܢܳܐ hic, plur. האזין, ܕܐܒܐ = ܕܶܐܒܳܐ lupus, ܕܒܚ = ܕܒܰܚ mactare etc., quam analogiam sequitur זמא = ܕܡܐ, دَم sanguis. Vice versa hebraeo זחק, ضحك risit respondet ܓܚܟ Norb.

d) Sibilans ס ante נ et ד mutatur in ז in voce מאזגדא = مَسْجِد, ܣܓܕܐ = ܣܓܕܳܐ ignominia (c. qušâyâ ܣ), ante ט mutatur in צ, in voce ܨܛܐ deflexit syriace ܣܛܳܐ, denique ז ante ק mutatur in ס in voce ביסקאת = ܥܙܩܬܐ stat. cstr. cum annulo.

Adnot. Hac in re Mandaeorum scriptura accurate exprimit suetam Syrorum pronunciationem, nam si consonam ܙ sequitur ܕ cum rukâχâ et ܒ, ܦ cum qušâyâ et rukâχâ durius ut ܣ profertur, exempla ܙܕܩܘܬܐ, ܙܕܩܐ, ܙܕܝܩܐ, ܙܒܢܐ, ܙܦܝܪܐ. Ex aliorum grammaticorum sententia idem fit ante ק; exempla: ܙܩܝܦܐ, ܙܩܦ, ܙܩܝܦܐ (profer sₒeqaφ non zₒeqaφ). Vice versa ante ܒ, ܓ, ܕ consona ܣ profertur ut ܙ; exempla: ܣܓܝܐܐ, ܟܣܒܬܐ, ܐܣܓܝ.

Hisce de pronunciatione sibilantium regulis adde, palatales ܓ et ܟ ante ܕ cum rukâχâ proferri ut ܟ; exempla: ܢܓܕܐ, ܟܪܘܟܕܐ, ܚܟܕܐ, ܢܓܕܬܐ. De ܡܬܚܘܡܐ et ܡܓܕܠܬܐ vide supra a. adnot. [2]). Amira pag. 28, Isaac Sciadr. p. ܢܘ.

e) Liquidarum permutationes hae sunt: ר in ל, כאלחא = ܟܳܪܽܘܙܳܐ praeco, תארמידא = ܬܰܠܡܺܝܕܳܐ discipulus, ܛܪܛܠ = טַלְטֵל ejecit rad. טול, ܫܪܓܠ = ܫܓܠ supplantavit, גירגלא rota = ܓܝܓܠܐ pro גַלְגְלָא; ר in נ, ܡܪܓܐ = ܡܪܓܐ, قُرْزُل galerus, nodus e crinibus factus, ܡܫܪܝܐ = ܡܰܫܪܽܘܩܺܝܬܳܐ rostrum; ל in ר, ܣܪܕܢܐ = סַנְדַלְכִין sardonyx.

f) Gutturales. 1) Deest in alphabeto mandaeo consona ה, quae eodem signo ut ח scribitur. Itaque habes בשומאיחון pro הון in nomine eorum, תבחן לאתאר נחור investigabis locum lucis rad. בחן et נהור, חאזין pro האזין hi etc. Ex qua scriptione sequi videtur, has consonas in pronunciatione non esse distinguendas verum omnino convenire.

2) Litterae א et ע ab initio vocalem *a* et *e* exprimunt §. 9, III, itaque ibi omnino non sunt consonae; praeterea etiam ע in media voce apud Mandaeos uti apud Syros ܥ neglegitur, ita ut

I. post vocales, II. post syllabam clausam et III. post semivocalem e̥ prorsus elidatur. Exempla: I. מאברא = ܡܥܒܪܐ transitus, תיבאר = ܬܥܒܶܪ facis, עבאר = ܐܥܒܶܪ faciam, ubi ע vices vocalis gerit, טאמא = ܛܥܡܐ gustus, שיחא = ܫܥܬܐ hora, באואתא = ܒܥܘܬܐ precationes, ניצבא = ܢܨܒܥ tinget, זארא = ܙܪܥ seminans; II. פירוניא = ܦܘܪܥܢܐ poenae, סאבא = ܣܒܥܗ satiavit eum, זירא = ܙܪܥܐ semen, יאדיא = ܝܕܥܐ scientes; III. בא = ܒܥܐ precatus est, עתאר etar = אִתְעֵר expergefactus est, בותא = ܒܥܘܬܐ precatio. Idem cadit in ܐ itaque מיכאל = ܡܐܟܠ, נימאר = ܢܐܡܪ dicet etc.

Uti apud Syros ܐ inter duas vocales ut Yud effertur §. 7, II, E, ita apud Mandaeos etiam ע, cujus loco י scribitur; respondet igitur באייא syriaco ܒܥܝܐ, מאייל = ܡܥܠ introducens, באיין = ܒܥܝܢ intrantes, תייול = ܬܥܘܠ intrabis, יאדויא = ܝܕܘܥܐ peritus, hariolus, נישתייא = ܢܫܬܥܐ enarrabit, דראייא = ܕܪܥܐ brachia, שאייא = ܫܥܐ horae; קאיים = ܩܐܡ stans, חאיים = ܚܐܣ misertus, דאיין = ܕܐܢ judicans, al.

3) Gutturales ה et ח si primam seu secundam efficiunt radicalem, servantur ut תיחזון = ܬܚܙܘܢ videbitis, ניביהתון = ܢܒܗܬܘܢ pudore afficientur. Eliditur tamen saepe in suffixo הון et הין praeterea in vocibus שורא = ܫܘܚܕܐ donum, סירא = ܣܗܪܐ luna, אתותא sub, ex primitivo ܬܚܘܬ cui accessit ܐ prostheticum.

Si ה seu ח efficiunt tertiam radicalem, servantur cum vocalis praecedat et alia vocalis sive ת feminini sequitur ut רוחא spiritus, ניאחא quies, תושבחתא laus ܬܫܒܘܚܬܐ; sin vero vocalis non sequitur, eliduntur נו = نوح Noa, אשכא = ܐܫܟܚ invenit, דנא = ܕܢܚ ortus est et plur. orti sunt, משאבא = ܡܫܒܚ laudatus, אשכאתין = ܐܫܟܚܬܘܢ invenitis. Idem locum habet si vocalis non praecedit sed consona, מישא = ܡܫܚܐ oleum, משביא = ܡܫܒܚܐ laudati, מאשכין = ܡܫܟܚܝܢ invenientes, תשכון = ܬܫܟܚܘܢ invenietis, אשכאתון = ܐܫܟܚܬܘܢ invenitis, אשכאנין = ܐܫܟܚܢܢ invenimus, משאבית = ܐܢܐ ܡܫܒܚ. Etiam suffixa ܗ̇ et ܗ mutantur in יא et א. Vox מארבחא altare retinet ח.

4) Defenditur ע contra elisionem a) mutatione in ח seu ה, quod scriptione non distinguitur רקיחא = ܪܩܝܥܐ firmamentum, מאמבוחא = ܡܒܘܥܐ fons, מאנדיחתא rad. ܝܕܥ conscientia, b) metathesi radicalium, ita ut פחת ponatur pro ܦܬܚ, ܕܚܢ pro ܕܢܚ, פחל pro ܦܠܚ. Exempla: פאחתית = ܐܢܐ ܦܬܚܬ, פיחלא ד פלא = ܦܠܚ ܦܠܚܐ,

אשתיחכאת = ܐܫܬܟܚܬ inventa est, עיתרא = ܐܘܪܚܐ via. Aliquando et prima radicalis ע, א mutatur in ה (ח) ut האתיקא = ܥܬܝܩܐ antiquus, alibi אתיקא, האפיקא = אָפִיק torrens juxta אפיקא, denique in ק ut אקאפרא = ܥܦܪܐ pulvis, אקאמרא = ܥܡܪܐ lana, et ארקא pl. ארקאהאתא = ܐܪܥܐ terra.

5) In Verbis med. ו, quae exeunt in ה seu ח, in iis formis, in quibus gutturalis vocali est destituta, additur *â* et eliditur media vocalis, נחא quietus sis pro ܢܘܚ, זחא = ܙܘܥ timete, מארחא = ܡܪܘܚܐ part. ἀφ. msc. stat. abs.

Adnot. Hic et alibi, ubi de Mandaeis agitur nos sequimur Noeldeckii dissertationem Ueber die Mundart der Mandäer in actis regiae societatis litterarum Gottingensis, classis hist. phil. Vol. X. p. 81, cui et exempla debentur, quae augere vix possumus, cum libri manuscripti praeter eos, quos Noeldeckius contulit, mihi non adsint.

§. 25.

Permutatio consonarum in formis derivatis, assimilatio, dissimilatio.

I. Assimilationes consonarum, quarum fundamentum in grammatices flexionibus quaerendum, hae sunt:

a) Consonae infirmae ܐ, ܘ, ܝ, quae vocalium vices gerunt in quibusdam quoque grammaticis flexionibus invicem permutantur, ut ܛܢܦ polluit a ܛܐܦ immundus fuit. Omnes vero hae permutationes, quas illae invicem subeunt, simul et conjunctim tractabuntur §. 37.

b) ܬ characteristicum coni. Ἐϑpe̥ɜel et Ἐϑpaɜal cum sibilantibus transpositum (§. 26, II.) post ܨ commutatur cum ܛ, post ܙ cum ܕ, ut ܐܨܛܠܒ pro ܐܨܬܠܒ crucifixus est; ܐܨܛܒܝ pro ܐܨܬܒܝ placuit sibi; ܐܙܕܪܥ pro ܐܙܬܪܥ seminatus est. Idem apud Zabios valet, ut מיצטאראר colligatus (Cod. Vim. 2, lin. 9.) a צָרַר.

c) ܐ characteristicum coni. Ἀφɜel in ܬ abire debet in formanda coni. Ἐϑtaφɜal, quae syllaba ܐܬ ante Ἀφɜel posita oritur. Etenim ܐ praecedenti ܬ assimilatur et in ܬ mutatur, ut in ܐܬܬܘܣܦ pro ܐܬܐܘܣܦ; eodem modo prima radicalis ܐ in coni. Ἐϑpe̥ɜel et Ἐϑpaɜal mutatur in Tau, ut ܐܬܬܚܕ pro ܐܬܐܚܕ clausus est; ܐܬܬܢܚ pro ܐܬܐܢܚ ingemuit.

d) Media radicalis verborum ܥ̈, quaecunque sit, in stat. abs. mscl. Partic. activi transit in ܐ ut ܩܳܐܶܡ, ܗܳܐܶܒ a ܩܳܡ et ܗܳܒ, solum ܕܳܐܶܫ intrans, in fem. quoque ܕܳܐܫܳܐ, et plur. ܕܳܐܫܺܝܢ, fem. ܕܳܐܫܳܢ, retinet ܐ, in reliquis fem. est ܩܳܝܡܳܐ, ܗܳܝܒܳܐ, plur. ܩܳܝܡܺܝܢ, ܗܳܝܒܺܝܢ. Hoc ܐ ut y profertur ʒâyel §. 7, II. E.

e) Prima radicalis ܢ in formis iis, in quibus ܢ vocali destitutum est, insequenti consonae assimilatur, ܡܰܦܶܩܬܳܐ mappultâ rad. ܢܦܠ, ܢܶܕܰܪ neddar vovebit rad. ܢܕܪ, quo facto media radicalis geminatur. Vice versa ܢ tertia radicalis assimilatur a Syris occident. in ܡܕܺܝܢ݁ܬܳܐ urbs, ܣܦܺܝܢ݁ܬܳܐ navis al. et media radicalis ܢ rad. ܓܢܒ latus al.

f) Radices gem. ܥ geminationem, quae proprie convenit secundae radicali transferunt ad primam, quae hanc ob causam, si fieri potest accipit qušâyâ, ܢܶܒܰܙ nebbaz pro neβazz, cf. scriptionem aramaeo-judaicam תִּדּוֹק tiddoq et secund. fem. תִּדְּקִין tiddeqin pro tedoqqin. Syri occidentales qui geminationem non proferunt vocalem producunt §. 13 B. II. d. quod et in chaldaismo invenitur, cum scribatur תֵּבִיז, תֵּגוֹז pro תִּבֹּז, תִּגֹּז rad. בזז et גזז praedari, tondere.

II. Hisce in exemplis, cum lingua consonas duas in unam geminatam mutaverit, alibi unam geminatam in duas dissolvit, qua in re liquidae ܪ, ܢ, solent adhiberi. Itaque resolvitur geminata consona:

1) addito ܪ in ܟܘܽܪܣܝܳܐ, كُرْسِىّ rad. כסא, כִּסֵּא thronus, שַׁרְבִּיטָא sceptrum שֵׁבֶט, ܦܪܙܠܐ faber ferrarius rad. ܦܙܠ ardet, accensus est ignis, קַרְדֹּם hebr. = قَدُّومٌ securis al. Stirps paʒel tali modo resoluta abiit in parʒel ut ܥܪܓܠ volvit rad. ܥܓܠ volvit, ܥܪܛܠ nudus fuit, عَطِلَتْ denudata fuit mulier monilibus, ܐܬܦܪܫܚ dissolutus fuit = تَفَشَّغَ stupravit mulierem, oppressit, segnis fuit, (ص et ش cf. §. 24, III, 4), ܓܪܙܠ implicuit, ܓܙܠ, غزل nevit, in fila duxit gossypium, ܣܪܘܦܐ gryllus cf. حجل assilivit et multa alia.

2) ܢ syr. adest in ܓܢܒܪܐ = גִּבּוֹר vir potens; saepe vero in dialectis aramaicis obvium est, itaque in aramaismo judaico habes תִּנְדַּע = ܬܶܕܰܥ (cum quš. ܕ), אִנְבָּא = ܐܶܒܳܐ fructus, חִנְגָּא saltatio festiva rad. חגג, et apud Mandaeos, מאנדא = מַדַּע intellectus, ܡܫܚܬܐ = מִדָּא mensura, ראנדיד = רַדֵּד expulit, עתאנגאר = אִתַּגַּרוּ emerunt rad. תגר, נאנגארא = ܢܰܓܳܪܳܐ fabor, immo ante ל in voce מינילתא =

ܡܠܬܐ verbum rad. ܡܠܠ plur. מינילאת, אמינטול = ܡܛܠ propter. Ante ב nasalis mutatur in מ ut נאמבא = ܓܢܒܐ latus, מאמבותא = ܡܒܘܥܐ scaturigo, ܡܚܒܠ parturivit, al.

§. 26.

. Metathesis consonarum.

I. Praeter metathesin gutturalium apud Mandaeos §. 24, VI, f, hic illic in lingua syriaca etiam aliae consonae in radicibus transferuntur, ut ܚܩܠܐ ager cf. חֶלְקָה, ܬܐܕܐ seu ܬܕܐܐ herba cf. דֶּשֶׁא דִּתְאָא, quod tamen raro tantum locum habet et in lexicis potius quam in grammatica adnotandum est. Ex mandaeis transpositionibus afferantur etiam לינרא pes = ܪܓܠܐ, יאל genuit = ܝܠܕ, ארקבא scorpio = ܥܩܪܒܐ, פוגדאמא res = ܦܘܩܕܢܐ, interdum et in derivatis radicis ܥܘܪ consonae ܪ et ܒ transferuntur e. gr. נארכבא = ܢܥܘܪܒܗ eam incurvabimus.

II. Regularis transpositio invenitur in coni. Ėϑpeȝel et Ėϑpaȝal (non in Ėϑtaφȝal), in quibus ܬ praefixi cum prima radicali sibilante transponitur, ut ܐܣܬܠܒ pro ܐܬܣܠܒ rejectus est; ܐܣܬܠܩ pro ܐܬܣܠܩ in altum sublatus est; ܐܫܬܟܚ pro ܐܬܫܟܚ inventus est. Idem transpositum post ܙ in ܕ, post ܨ vero in ܛ commutatur (25, I. b). Cessat tamen transpositio, si ܬ characteristicum geminatur, scilicet in Ėϑpeȝel verborum ܥ"ܘ et ܥ"ܝ ut ܐܬܬܣܝܡ positus est, ubi non scribitur ܐܣܬܬܝܡ; ܐܬܬܨܝܕ irretitus est, ܐܬܬܫܝܛ contemtus est. Eodem modo ܬ cum ܫ coni. Šaφȝel in formanda conjugatione Ėštaφȝal transponi solet, ut ܐܫܬܘܕܥ pro ܐܬܫܘܕܥ cognitus est, a ܫܘܕܥ, šaφ. rad. ידה. Denique in formatione verborum quorundam consonae permutantur, e. gr. ܗܪܘܛ curre imprt. verbi ܪܗܛ, et in aliis, quae infra seorsim enumerabuntur.

Adnot. Idem in Zabiorum lingua valet; itaque מיצטאראר (Cod. Vim. 2. a. lin. 8.) compactus; מישתריא soluti.

§. 27.

De Syllabis.

I. Compositis consonis cum variis vocalibus oriuntur syllabae, ea tamen in linguis semiticis valet lex, ut a consona omnis syllaba incipiat, nunquam a vocali, nam vocalis proferri non potest

quin ante audiatur sonus ܐ §. 7, II. E. Quodsi igitur in verbis primae ܝ syllaba ye̥ resoluta est in î, ante î auditur, ܐ raro etiam scribitur, ut ܐܝܕܰܥ scit, ܐܝܕܰܥܬܳܟ scientia tua Joh. Eph. p. 17 juxta ܝܺܕܰܥ cet. Ita et in nominibus ܐܝܡܳܡܳܐ dies, ܐܝܕܳܐ manus cet. et in extraneis, ܐܝܩܐ εἰκῆ, ܐܝܣܓܘܓܐ εἰςαγωγή.

II. In primitiva lingua semitica syllaba non nisi vocali terminari poterat, cui in formis nominalibus nasàlis adhaerebat *n* seu *m* (nunatio تنوين, mimatio), id quod cum ex universa dialectorum historia intelligitur, quae vocales finales elidere student, sicuti pro antiquo kitâbũ, kátaba, madda Arabes hodie dicunt kitâb, katab, medd et pro katábta katabt, tum ex formis iis, quae jam antiquitus vocales amiserunt, quas tamen ibi servant, ubi accedentibus suffixis defenduntur contra apocopen, ut *u* in كَتَبْتُمُوهُ katabtumûhu scribitis id juxta كَتَبْتُمْ katabtum scribitis. Similis est ratio pronominum et suffixorum arabicorum ắntum, kum, hum, vos, eos juxta aethiopicas ante̥mu, ke̥mu, homu et vice versa femininorum aethiopicorum ắnte̥n vos, ke̥n vos suff., hôn eas suff. juxta formas arabicas ắntunna, kunna, hunna, et multa alia ejusmodi.

III. Rejectis vocalibus finalibus voces exeunt in consonam, itaque syllabarum variae formae hae sunt, ut componantur 1) ex consona cum vocali brevi, 2) ex consona cum vocali longa, 3) ex duabus consonis, inter quas inserta est vocalis brevis, 4) ex duabus consonis, inter quas est vocalis longa; duo priora genera appellantur syllabae apertae, non exeuntes in consonam, duo genera posteriora vero syllabae clausae. Quintum genus efficiunt syllabae bis clausae, nam si syllabam clausam in antiqua linguae conditione sequebatur syllaba aperta cum vocali brevi, quae postea rejecta est, duae consonae restabant, quibus syllaba terminatur. Ita ex qaṭalta primitivo fit syriace ܩܛܰܠܬ, ex qatalnâ ܩܛܰܠܢ rejecta vocali finali.

IV. His praemissis syllabarum syriacarum conditio haec est, ut

1) syllabae apertae cum vocali brevi ex §. 13 A, I, III, VI, rarissimae sint ut ܟܬ̈ܒܬܐ; scilicet sola vocalis *ŭ* in syllabis apertis servatur in forma ܩܘܕܫܐ = قُدَاس = קוֹטֶל seu קָטֵל hebraice ut שׁוּעָל vulpes, פְּרָת = فُرَات Euphrates.

2) Syllabae apertae cum vocali longa plurimae, quarum exempla afferri non est necessarium. Observandum tamen hic est, in flexionibus verborum longas vocales finales apocopen subire, ita ut pro qaṭalû, qaṭalâ dicatur qe̥ṭal, qe̥ṭal, ܩܛܠܘ, ܩ̈ܛܠ sive ܩܛܠܝ interfecerunt msc. fem. Praeterea syllabae apertae cum vocali longa oriuntur in terminatione nominum omissa primitiva nunatione, cum defectus nasalis, quo nomina afficiuntur, compensetur productione vocalis. Haec est origo status determinati, seu ut alii eum dixerunt, emphatici, scilicet e casu obliquo baitã بَيْتًا, kâhinã كَاهِنًا cet. fit apocopata nasali et producta vocali baitå, ܒܝܬܐ domus, kåhnå ܟܗܢܐ presbyter, ita et in femininis ex kawwatã fit kawwe̥ϑå كَوَّةً, ܟܘܬܐ fenestra (cujus ܟ habet rukåχå propter antiquam vocalem ă a Syris elisam); ex مِظَلَّةٌ ܡܛܠܠܐ umbracula cet. Quod vero casus obliquus (accusativus) basin efficit nominum aramaicorum id eum non offendit, qui idem in plurali nominum قَاتِلِينَ, ܩܛܠܝܢ, קֹטְלִים apud Semitas et in innumeris formis linguarum indogermanicarum observavit.

3) Syllabae clausae cum vocali brevi seu longa et syllabae bis clausae ubique in lingua syriaca sunt obviae, neque tamen earum vocales legibus adstrictae sunt similibus iis, quae in lingua hebraea valent.

4) Multae syllabae, quae antiquitus breves vocales habuerunt, postea correpta vocali nihil nisi semivocalem e̥ servaverunt, hoc igitur genus, Syris et Hebraeis et Aethiopibus proprium, syllabas e consona cum semivocali compositas continens, sextum est.

V. Vocalium in syllabis mutationes, de quibus infra agitur, facile intelleguntur, si ad primitivas formas adtendis animum, memor eorum quae §. 13. A. dicta sunt. Summa rerum, ad quam omnia redeunt, haec est, ut longae vocales formarum primitivarum serventur exceptis terminationibus personalibus verborum IV, 2, breves vocales vero in syllaba aperta corripiantur, in syllaba clausa serventur. Quod ultimum, cum syllabam clausam insequens syllaba a consona inchoata excipiat, et ita exprimi potest, ut dicamus vocales breves ante binas consonas servari. Ita habes ܬܩܘܡ = تَقُومُ, ܬܩܘܡܝܢ = تَقُومِينَ servato û sed ܬܩܛܘܠ = تَقْتُلُ, ܬܩܛܠܝܢ

= تَقْتُلِينَ eliso *ŭ* brevi. In vocibus quarum vocales duae sunt breves, ea supprimitur, cujus elisione syllaba clausa oritur, i. e. media. Necessario igitur ex malikā fit ܡܰܠܟܳܐ, at in statu constructo مَلِك rejecta vocali finali nihil potest procedere nisi mẹlek, syllaba bicomposita (bis clausa) enim, si fieri potest, non adhibetur. Eodem modo ex kataba, qaṭala non procedit katb et qaṭl sed kẹtab et qẹṭal. Ad evitandam syllabam bicompositam nomina una vocali brevi instructa in statu constructo hanc vocalem ad mediam transferunt radicalem. Ergo pro qabrā quidem dicitur ܩܰܒܪܳܐ, at pro قَبْر (stat. cstr.) ܩܒܰܪ, ita ܐܰܓܪܳܐ st. cstr. ܐܓܰܪ, ܐܰܓܪܳܐ emptio ܐܓܰܪ, pro ܩܽܘܪܒܳܐ st. cftr. ܩܪܽܘܒ etc. De singulis vide §. 34—36.

§. 28.

De euphonicis syllabarum et consonarum elisionibus.

Amira et post eum alii locuti sunt de litteris, quae scribuntur et non pronunciantur (Sciadr. p. ܘ, ܐܬܘ̈ܬܐ ܕܡܬܟܬ̈ܒܢ ܘܠܐ ܡܬܡܠܠܢ) et in hoc capite res maxime diversas in unum congesserunt, scilicet primum apocopen syllabarum, deinde elisionem consonarum, denique synaloiphen vocalium, quae exoritur postquam consonae elisae sunt. Nos hac paragrapho vero eas tantum afferimus mutationes, quae non e legibus grammaticis procedunt, quas euphonicas appellare liceat. Grammaticas insequens paragraphus praebet.

Tales syllabae et consonae in libris Nestorianorum et in antiquis codicibus linea Marhẹṭânâ solent insigniri §. 17, III, cujus loco a Maronitis lineola infra litteras picta adhibetur, quae in libris impressis plerisque usu venit et a grammaticis linea occultans dicitur §. 18. Nos vero usum simul antiquiorem et clariorem restituentes ubique Marhẹṭânâ scribendum censemus.

Jam ut omnia quae huc pertinent facile perspici possint, enumerandae sunt voces in quibus tota syllaba initialis in pronunciạtione tollitur.

I. Itaque sublata syllaba initiali pronunciantur, ܐܚܪܝ ḣẹrây, ܐܚܪܝܐ postremus cum derivatis ܐܚܪܝܬܐ, ܐܚܪ̈ܝܬܐ postrema, postremae, ܐܚܪܝܬ adverb. ultimum; ܐܚܪܢ, ܐܚܪܢܐ alius, plur. ܐܚܪ̈ܢܝܢ, ܐܚܪ̈ܢܐ, fem. ܐܚܪܬܐ plur. ܐܚܪ̈ܢܝܢ, ܐܚܪ̈ܢܝܬܐ, ܐܚܪܢܝܬܐ alia fem. In voce ܚܪܬܐ con-

sona ܐ omnino non scribitur. Praeterea vox ܐܚܝܢܐ fraternus, propinquus cum derivatis et ܐܚܝܢܘܬܐ fraternitas, propinquitas, ita et ܐܪܙܐ mysterium (nestor.), quod Syri occidentales ܪܙܐ solent scribere, denique ܐܢܫ homo, et ܐܢܫܐ, cujus 'Aleφ in arcta conjunctione cum voce praecedente non scribitur ܒܪܢܫ filius hominis, ܟܠܢܫ omnis homo. — Eodem modo in verbo ܗܘܐ fuit prima syllaba he tollitur si tanquam auxiliare additur ad participia activa et perfecta e. gr. ܩܛܠ ܗܘܐ interficiebat qâṭel 'wâ, ܩܛܠ ܗܘܐ interfecerat qeṭal 'wâ. Alibi hujus verbi syllaba prior non supprimitur. — Denique in pronominibus ܐܢܐ ego, ܚܢܢ nos ܐܢܬܘܢ msc. ܐܢܬܝܢ fem. vos, si cum participiis conjuncta tempus praesens exprimunt prima syllaba tollitur, et legitur ܩܛܠ ܐܢܐ qâṭel 'nâ, ܩܛܠܝܢ ܚܢܢ qâṭlin 'nan, ܩܛܠܝܢ ܐܢܬܘܢ qâṭlitun, ܩܛܠܢ ܐܢܬܝܢ qâṭlâten, quae formae etiam in unam vocem contrahuntur ܩܛܠܝܬܘܢ etc. Pronomen ܐܢܐ semper apocopata syllaba *è* pronunciatur, reliqua illaesa servari possunt. — In imperativo vocis ܐܬܐ prima syllaba tollitur ac dicitur ܬܐ veni. — Et in vocibus ܙܘܦܐ = אֵזוֹב hyssopus, ܚܕ = אֶחָד unus ܐ radicale a Syris rejectum est. Cf. §. 44, IV.

II. Elisionem vel assimilationem et contractionem subeunt litterae, quae bis scribuntur ad derivationem orthographia significandum; itaque

a) In nominibus mediae radicalis geminatae, una ex illis litteris geminis in pronunciatione neglegitur, ut ܡܡܠܠܐ mamlâ (loquela), ܒܠܠܐ (acervus), ܓܠܠܐ (fluctus), ܡܢܢܐ (manna), ܡܛܠܠܝܢ (obumbrantes), ܥܡܡܝܢ (populi), ܟܠܠܐ, ܟܠܠܬܐ sponsae, singl. ܟܠܬܐ; ܟܠܠܐ linteola, singl. ܟܠܬܐ; ܥܠܠܐ causa stat. abs. ܥܠܠܬܐ proventus, fruges, reditus, B. Hebr. Chr. 92 l. 14.

b) Huc etiam pertinet, si leniorem litteram Dâlaϑ vacuam durior quidem sed cognata excipit littera Tau; tum enim illa assimilatur, hanc vero nonnulli in pronunciatione duplicant[1]), ut ܚܕܬܐ ḣattâ (novus), ܥܕܬܐ ʿittâ (ecclesia); alii Amiram sequentes voces illas *ḣato* et *ʿito* pronunciant.

c) Nomina formae ܡܘܬܒܐ, quae processerunt e stirpe šaφʿel radicum primae ܐ et ܝ, qua in forma radicales ܐ et ܝ abierunt in ܘ, alterum etiam accipiunt ܘ, vocalis *u* signum. Scribuntur igitur

1) Asseman. Bibl. Orient. T. III. P. II. p. 379. Cfr. §. 15, 1. Annot. 1.

per duo ܫ, quorum secundum, licet antiquo tempore pronunciatum est, resolvitur in *ū*, quod praecedit. Ita ex ܦܰܫܶܩ declaravit, rad. ܦܫܩ, fit ܦܽܘܫܳܩܳܐ significatio, ex ܫܰܘܕܺܝ promisit rad. ידה, ܫܽܘܕܳܝܳܐ promissio, protasis grammatica. Praeterea affero ܦܽܘܪܳܩܳܐ liberatio, ܫܽܘܘܚܳܝܳܐ cunctatio, et ܫܽܘܪܳܕܳܐ inflammatio capitis Cast. Mich. p. 894, quae vox mihi dubia videtur. Simile quid in ܒ vide p. 6.

Annot. In fem. ܚܕܰܬܳܐ (nova) Dålaϑ effertur ac legitur ḥeδattå, nam ܬ fem. non scribitur, proprie enim per duo ܬ haec vox scribenda esset ܚܕܰܬܬܳܐ. In numero plurali ܕ assimilatur ܚܰܕ̈ܬܳܐ.

d) *Låmaδ* verbi ܐܶܙܰܠ abiit, quoties ex analogia vocali uti debet, media autem radicalis vacua est, ad hanc remittit vocalem suam atque eliditur, ut ܐܺܙܰܠ pro ܐܶܐܙܰܠ, ܢܺܙܠܽܘܢ (abibunt) pro ܢܶܐܙܠܽܘܢ. Quando vero *prodesse* significat, occultationem non admittit.

e) *Nun* assimilatur in pronomin. 2. pers. ܐܰܢ̄ܬ, ܐܰܢ̄ܬܝ tu; ܐܰܢ̄ܬܽܘܢ, ܐܰܢ̄ܬܶܝܢ vos; in multis nominibus, ut ܙܒܰܢ̄ܬܳܐ emta, ܡܕܺܝܢ̄ܬܳܐ urbs, ܣܦܺܝܢ̄ܬܳܐ navis, ܡܣܟܺܝܢ̄ܬܳܐ inops, ܚܣܺܝܢ̄ܐ potens, ܚܣܺܝܢ̄ܽܘܬܳܐ fortitudo, ܐܶܬܚܰܣܰܢ̄ fortis fuit, ܫܰܢ̄ܬܳܐ annus, ܓܰܢ̄ܒ latus, ܐܰܢ̄ܬܬܳܐ mulier, ܙܒܰܢ̄ܬܳܐ tempus, vicis, ܡܣܟܺܢ̄ܬܳܐ pauper, fem. ܓܰܦ̄ܬܳܐ vitis גֶּפֶן.

Annot. Nestoriani in vocibus ܙܒܰܢܬܳܐ et ܡܣܟܺܢܬܳܐ consonam *n* pronunciant, non item Syri occidentales. — Consonas ܬ et ܒ, quibus assimilatur ܢ accipere qušåyå, per se intelligitur, in voce ܓܰܢ̄ܒ rukåχå locum habet, quia vox littera ܒ terminatur. Saepe sine ܢ nomen ܓܰܒ scribitur, ceterum ܓܰܒܳܐ est status determinatus.

f) *Riš* denique in voce ܒܪ̄ܰܬܳܐ filia eliditur, et in Imperativo ܪܗܽܘܛ pro ܪܗܛ curre a ܪܗܶܛ cucurrit, assimilatur. Eodem modo in ܚܰܨܳܐ lumbus חַרְצָא hebr. חֲלָצַיִם.

g) Consona ܗ *non* eliditur in suffixo pronominis tertiae pers. msc. cum in nominibus tum in verbis, itaque legitur ܐܰܒܽܘܗܝ åβuh pater ejus, ܫܶܢܰܘܗܝ šennauh dentes ejus, ܐܺܝܕܰܘܗܝ manus ejus, ܩܪܳܝܗܝ qerâih vocavit eum, ܓܒܳܝܗܝ geβâih selegit eum etc. Attamen ܗ excidit in voce ܝܰܗ̄ܒ dedit pro ihεβ, et in nominibus graeca forma a Syris receptis ܪܗܽܘܡܝ Ῥώμη, ܪܗܽܘܡܳܝܳܐ Ῥωμαῖος, ܣܽܘܢܗܳܕܽܘܣ σύνοδος, ubi spiritum asperum exprimit. Nestorianos vero sunhodos (cum *h*) proferre Sciadrensis disertis verbis tradit p. ܠ. Horum analogiam sequitur ܝܗܽܘܕܳܝܳܐ Judaeus. Cf. p. 65 et Bernst. Evgl. Joh. Vorb. p. XIII.

III. Post elisionem consonae ܗ si duae vocales conveniunt, contractio sive synaloiphe vocalium locum habet. Invenitur hoc si pronomina personalia ܗܽܘ et ܗܝ copulae vices gerentia posita

sunt post voces exeuntes in vocales *å* et *e*. Itaque ܐ̱ܢܳܐ ܗ̱ܘ ênau legendum est pro ܐ̱ܢܳܐ ܗ̱ܘ ego sum, ܒܶܣܪܳܐ ܗ̱ܘ besrau caro est, ܗܳܢܳܐ ܗ̱ܘ ille est, ܗܳܕܶܐ ܗ̱ܝ hådåy illa est, ܩܫܶܐ ܗ̱ܘ qeşew durum est etc. cf. §. 12, III. — Si vero ante ܗ̱ܝ et ܗ̱ܘ praecedit consona eliso ܗ nihil nisi vocalis *î* et *û* proferri patet. Legendum igitur est ܡܰܢ ܗ̱ܝ quaenam est manî, ܠܰܝܬ݂ ܗ̱ܘ laitu non est, ܒܶܣܪܝ ܗ̱ܘ besru caro mea est. Saepe vocales *î* et *û* super ultimam consonam vocis ante ܗ̱ܝ et ܗ̱ܘ positae scribuntur. Cf. §. 44, IV.

IV. Denique breves voces in unam interdum contrahuntur, scribiturque ܐܰܝܟ݁ܰܘ aikau ubi est, ܗܳܢܰܘ hånau hic est pro ܐܰܝܟ݁ܳܐ ܗ̱ܘ et ܗܳܢܳܐ ܗ̱ܘ et ܡܰܢܽܘ quis est pro ܡܰܢ ܗ̱ܘ, ܐܶܦ݂ܶܢ etiamsi pro ܐܶܦ ܐܶܢ.

Adnot. 1. Syrorum grammatici has elisiones, assimilationes, apocopas dicunt variis nominibus ut ܡܰܒܠܥܳܢܳܐ absorptio, ܐܳܬ݂ܘܳܬ݂ܳܐ ܕ݁ܓܢܳܒ݂ܽܘܬ݂ܳܐ litterae furti, ܐܳܬ݂ܘܳܬ݂ܳܐ ܕ݁ܡܶܬ݂ܓܰܢ̈ܒ݂ܳܢ litterae subductae, ܐܳܬ݂ܘܳܬ݂ܳܐ ܡܶܬ݂ܛܰܫ̈ܝܳܢܳܐ litterae celatae, occultatae.

§. 29.

De grammatica consonarum aphaeresi, contractione, apocope.

Consonae quaedam etiam in scribendo prorsus excidunt, quod quidem praecipue accidit litteris ܐ, ܘ, ܝ et liquidis. Quae consonantium abjectio ab initio vocis litteris vacuis plerumque accidit (*Aphaeresis*), in media voce, si alia praecedit vacua (*Contractio*, *Syncope*) et in fine vocis (*Apocope*), ubi rarius quidem accidit. Quae hic enumerantur regulae non mutationes passim obvias, in voce derivata euphoniae causa instituendas, attingunt, sed mutationes in universa derivatione grammatica necessarias et gravissimas. Itaque

I. Ab *initio* vocis hoc modo abjiciuntur:

a) *Yuδ*, ut in Imperativo verborum ܝܗܒ, ܗܰܒ݂ da pro ܝܗܰܒ݂, ܬ݁ܶܒ݂ sede pro ܝܬ݂ܶܒ݂.

b) *Nun*, in Imperativo verborum ܢܦ (§. 70.) ܦ݁ܶܠ cade pro ܢܦܶܠ, ܛܰܪ serva pro ܢܛܰܪ et in nonnullis nominibus.

II. In *media* voce, si *contractione* littera quaedam excidit, illa quae praecedit, abjectae vocalem accipit, ut ܢܰܠܶܦ݂ docebit pro ܢܰܐܠܶܦ݂ nalleφ, et hoc pro ܢܶܐܰܠܶܦ݂ ne'alleφ. Hoc interdum, si, quae praecedit littera, vocali destituta est, sequentibus accidit litteris:

a) ܐ, quo nulla consona lenius sonat, si est prima radicalis, post ܐ praeform. Fut. Peʒal et Paʒel semper, post reliqua vero praeformativa et Fut. et Part. earundem conjugg. aliquando excidit, ut ܐܶܠܰܦ eadem pro ܐܶܐܠܰܦ, ܡܰܠܶܦ pro ܡܰܐܠܶܦ me'alleφ docens. ולא עתמאכא non prostravit se (Cod. Vimar. fol. 4. a. lin. 6.).

b) Litterae *quiescentes* ܘ et ܝ, praecipue in verbis mediae quiescentis, ut ܐܰܩܶܡ pro ܐܰܩܺܝܡ stare fecit, ܡܶܚܳܐ pro ܡܶܚܝܳܐ vivere, ܐܶܚܶܐ pro ܐܶܚܝܶܐ vivam.

c) In magno numero nominum in quarum forma tota radix (plerumque gem. ܠ et med. ܘ, ܝ) reduplicata est, secunda consona evanuit. Qua in re statuendum est, aut proximae (tertiae) consonae secundam esse assimilatam aut praecedentem vocalem productam esse, ut defectus consonae compensetur. In scriptura vero hoc oculis cerni raro potest, quia geminationis signum non habent Syri et quia hisce in vocibus prima syllaba saepe vocali *u* utitur, cujus quantitas non cognosci potest, cum aeque *û* longum quam *ŭ* breve littera ܘ exprimatur. Exemplum productionis vocalis indubitatum praebet vox ܓܺܝܠܳܐ rota, quae processit ex antiquiore gilgelâ. Jam cum ex §. 13. A. III. *i* antiquum apud Syros in *e* sit mutatum, necessario si **l** cum **g** assimilatum esset, forma geglâ exorta esset, quod si vero gîγla dicitur, hoc ita e primitiva forma processit, ut eliso **l** vocalis sit producta. Eodem modo ܓܺܝܓܰܪܬܳܐ vinacea ex girgartâ processit cf. جِرْجِر faba, eliso **r**, producto *i*; vocalis *a* pro *e* gîg*a*rtâ pro gig*e*rtâ propter gutturale *r* est posita. Assimilationis ex qua geminatio procedit exemplum est ܓܰܓܰܪܬܳܐ guttur pro gargartâ, *ă* breve enim primae syllabae locum habere non posset, nisi secundum ܓ esset duplicatum §. 13. A. I. Productionem vocalis *ă* in *å* praebent ܓܳܓܽܘܠܬܳܐ et ܫܳܫܽܪܬܳܐ.

Exempla hujusmodi elisionis haec habes: ܒܽܠܳܐ pro balbelâ, ܒܽܘܒܠܳܐ confusio rad. ܒܠܠ; ܒܽܘܒܳܣܳܐ juxta ܒܽܘܣܒܳܣܳܐ agitatio, ܒܽܘܒܪܳܐ (?) fertilis rad. ܒܪܪ; ܓܽܘܓܰܠܬܳܐ cranium גֻּלְגֹּלֶת; ܓܽܘܓܳܪܳܐ ruminatio rad. ܓܪܪ גֵּרָה; ܫܽܘܫܰܪܬܳܐ placenta cf. حَرَّ caluit ܚܪ aruit, ܚܽܘܪܳܐ carbones; ܟܽܘܟܠܬܳܐ placenta, rad. ܟܠܠ, coronavit, proprie coronulae, ܟܰܟܪܳܐ talentum rad. ܟܪܪ proprie in orbem ivit, unde et ܟܽܘܟܰܪܬܳܐ favus; ܟܘܣܣܐ rosio كسّس, ܟܽܘܣܰܬܳܐ quinque ex vertebris dorsi, ܟܽܘܣܟܳܣܳܐ cartilago, rad. ܟܣܣ; ܣܽܘܣܳܝܳܐ cupiditas, rad. ܣܘܣ cupivit; ܣܰܣܢܳܐ flores dactylorum, dactylus, cf. סַנְסִנִּים rami palmae penduli; ܫܰܫܪܬܳܐ exercitus cf. סרר

contumax fuit, شَرّ male egit; ܨܪܨܪܐ turturis genus, ܨܶܠܨܠܐ cymbalum cf. צְלָצַל Job. 40, 31., Jes. 18, 1. quocum cohaeret ܨܶܠܨܠܐ gryllus et ܨܪܨܘܪܐ genus locustae repens; ܩܠܩܠܬܐ sterquilinium chld. קִלְקַלְתָּא; ܩܠܩܠ vilem esse; ܫܘܫܠܐ vermis, ܫܫܠܬܐ catena rad. سَلّ extraxit; ܫܘܫܦܐ ardor cf. ܫܘܦܐ; ܫܘܫܪܐ sporta, canistrum cf. שׁרר in orbem vertit; ܫܘܫܡܢܐ formica cf. سُمْسُمَان agilis; ܙܘܥܐ pro ܙܘܥܙܥܐ motus. His adde ܡܫܫܡ pro ܡܫܡܫܡ partic. verbi ܡܫܡܫ Cast. Mich. lex. p. 365, et chld. אחררב. Assimilationem radicalis primae praebet ܡܡܘܢܐ = מָמוֹן *μαμμωνᾶ*; idem accidit in nominibus exoticis ut ܒܢܐ = balneum, ܡܒܢܩܢܝܬܐ; hic illic consona evanuit.

d) *Litteras bis ponendas* in verbis ܥܥ Syri contrahunt, ut ܕܩ comminuit pro ܕܩܩ, ܢܒܘܙ pro ܢܒܙܘܙ praedabitur, si vocalis brevis inter utramque intercedit. Sin vero vocalis est longa, non contrahuntur ut ܡܠܠܐ. In nominibus, quae a talibus radicibus derivantur, idem fit, e. c. ܥܡܐ populus pro ܥܡܡܐ, plur. ܥܡܡܐ populi; ܩܢ nidus. Consonae contractae, quae ejici videntur, duplici ratione compensantur. Primum enim si radicalem geminandam sequitur vocalis, neque praefixum adest, haec ipsa radicalis geminatur ut ܕܩܬ = deqqaϑ, ܒܙܬ = bezzaϑ דַּקַּת, בַּזַּת, deinde vero, si praefixa ad radicem accedunt, geminatio secundae radicalis transfertur ad primam, quae hanc ob causam si e numero consonarum ܒܓܕܟܦܬ est, accipit qušâyâ, ut ܐܒܙ, ܬܬܩܢ, אָבֹז, תָּדֹקִּין. Ita et nomina a talibus radicibus derivata ut ܡܓܢܢܐ, rad. ܓܢ cf. §. 16, V, 2. Praefixi vocalis *e* a Syris iis, qui geminationem non pronunciant, producitur §. 13, B, II, d.

e) *Tau*, si nulla vocali gaudet, ante Tau in femininorum statu Sing. determinato abjicitur, ut ܚܕܬܐ nova, cum quš. ܬ, pro ܚܕܬܬܐ. In *passivis* vero conjugg. *duo Tau* concurrentia scribi solent, ut ܐܬܬܣܝܡ positus est, at tertio ܬ accedente, quod praeformativum Impf. est, unum abici solet; ergo ܬܬܪܝܡ efferas te pro ܬܬܬܪܝܡ. Attamen sicubi Tau 1 radicalis est, vel tribus concurrentibus servatur radicis et significationis indicandae gratia, ut ܬܬܬܟܠܝܢ confidebis (fem.), quod Isaac Sciadr. in paradigmatibus et alibi servat.

f) Nihil nisi orthographiae neglegentia est, si ܫ in media voce excidit ut ܪܫܐ pro ܪܫܐ caput, ܩܕܡ pro ܩܕܡ coram, quod tamen in ܐܢܫܐ fieri solet. Exempla pluria, quae protulit Agrell Otiol. p. 51 ex errore profecta videntur, cum concurrentibus ܫ et ܫ

(quae in his exemplis ubivis sunt obvia), littera minima ܝ editoribus librorum falso in Mss. non scripta videretur.

III. In fine denique vocis consonarum *apocope* rarius accidit:

a) *Nun* in statu constructo Plur. sicuti apud Hebraeos ם abjicitur ܝܘܡܝܢ dies, in stat. constr. ܝܘܡܝ. Eodem modo in plurali verborum ܩܛܠܘ pro ܩܛܠܘܢ, ܩܛܠܢ pro ܩܛܠܝܢ etc., ubi utraque forma usitata est.

b) Litterae ܘ et ܝ, cum interdum in flexione verborum non audiantur, abiciuntur, itaque ܐܙܠ ܓܢܒܐ iverunt fures pro ܐܙܠܘ, ܝܠܕ̈ pepererunt pro ܝܠܕ̈ܝ. De ܝ infra uberius dicetur §. 32, II.

c) In verbis ܠܝ, si accedit terminatio 3. pers. Sing. fem. et Plur. masc., radicalis tertia in Peʿal excidit, ut ܓܠܘ detexerunt pro ܓܠܝܘ, ܓܠܬ pro ܓܠܝܬ, cf. arab. غَزَوْا, غَزَتْ, رَمَوْا, رَمَتْ.

d) Nomina feminina subeunt apocopen ultimae vocalis *å* ad formandum stat. constr. ut ܝܠܕܬܐ, cstr. ܝܠܕܬ, pariens, ܡܠܟܘܬܐ, cstr. ܡܠܟܘܬ regnum; deinde vero et consona ܬ apocopatur, quo facto vocalis *ă* producitur in *å*, ac tali modo oritur stat. absolutus; itaque ex ܝܠܕܬ fit ܝܠܕܐ, ex ܨܒܘܬܗ ܐܘܝ. In femininis exeuntibus in ܘܬܐ postquam syllaba ܬܐ apocopata est, *û* immutari non posse, per se intellegitur.

e) Rarissime in nominibus a radicibus bilitteris geminatis derivatis ultima radicalis eliditur, quod fit in γολγοϑᾶ juxta ܓܓܘܠܬܐ et in ܓܠܓܬܐ volumen BH. Chr. p. 38 l. 5 infr.

f) Abbreviationem nominis proprii ܐܦܪ pro ܐܦܪܝܡ praebet Bar Ali s. v. cf. arabicum يَا مَرْوَ, يَا مَنْصُ pro يَا مَرْوَانُ, يَا مَنْصُورُ.

§. 30.

Consonarum Prosthesis, Epenthesis, Paragoge.

Multo rarius fieri solet, ut euphoniae et facilitatis caussa in vocibus formandis consonae ab initio et in fine apponantur aut mediae voci inserantur; inprimis *ʾAleφ* cum reliquis consonis Riš, *He* et *Nun* huic rei inserviunt.

I. Apud Syros *prosthesis* syllabae levissimae ab initio vocis, quae littera ܐ exprimitur (ʾAleφ prostheticum) locum habet:

a) in vocabulis quibusdam quae a duabus consonis incipiunt, quia Syri duas in syllabae principio consonas non nisi difficillime

efferunt; ut ܐܟܘܬ sicut pro ܟܘܬ, ܐܟܢܐ sicut, ܐܟܚܕܐ simul, una, ܐܟܡܐ quemadmodum, ܐܟܡܢ at qui, quae voculae compositae sunt e particula comparationis ك, ܟ, cui cum vocalem non haberet additum est ܐ. Haec particula in compositis tantum servata est in lingua syriaca, ut ܟܡ = ܟ ܡ, ܟܡܐ = ܟ ܡܐ, ܐܟܢ = ܐܟ ܢ, quod Bernstein in lexidio scite observavit, quem docere miror, ܐܟܢܐ etc. ex ܐܟ et ܗܢܐ etc. profectum esse, quod a vero longe abest. — Hisce vocibus adde duo verbo ܐܫܬܝ bibit pro ܫܬܝ et ܐܫܟܚ invenit pro ܫܟܚ. Pro ܙܓܘܪܬܐ legitur Eus. Theoph. III, 7 ܐܙܓܘܪܬܐ. De ܐܡܬܝ quando, ܐܬܡܠܝ heri, ܐܫܬܩܕܡ anno superiore vide §. 32, I. c.

b) Maxime autem in nominibus exteris, quodsi sibilans cum quadam alia consonante conjunctim primam syllabam constituit, Syri illo 'Aleφ prosthetico utuntur, ut ܐܣܛܕܝܘܢ *στάδια*, ܐܣܛܘܟܣܐ *στοιχεῖα*, ܐܣܦܘܓܐ *σπόγγια*, ܐܣܦܝܪܐ *σφαῖρα*, ܐܟܣܢܝܐ *ξένος*, ܐܣܟܡܐ *σχῆμα*, ܐܣܩܛܝܣ Scete. Quae nomina etsi non ab initio scriptum habent ܐ, syllabam auxiliarem *ĕ* accipiunt et pronunciantur, ac si ܐ adesset, ܐܣܛܘܟܣܘܬܐ, ܣܛܘܟܣܘܬܐ, ܣܩܘܠܣܛܝܩܐ, ܣܩܘܠܣܛܝܩܐ etc. Isaac Sciadr. p. ܢܒ dicit: ܠܐ ܡܩܕܡܝܢ ܠܐܠܦ ܒܫܡܗܐ ܕܝܘܢܝܐ ܐܝܟ ܕܐܝܬ ܠܗܘܢ ܒܟܬܒܐ.

II. Litterae media in voce insertio in Syriaco sermone interdum accidit, ita ܐ inseritur et ܢ et ܪ.

a) Cum ܐ vices vocalium *ă*, *å*, *e* gerat, aliquando scribitur ubi in solita orthographia locum non habet; e. gr. ܣܐܢܐ = ܣܢܝܐ osor, BHbr. Chron. p. 32, 11, ܣܐܢܬܐ = ܣܢܝܬܐ odium, ib. p. 61, 4, ܣܓܐܝ = ܣܓܝ multum, p. 38, 13, ܐܝܟܐ = ܐܝܟܢ sicut is qui, p. 125, 1, ܕܐܠܒ = ܕܠܒ sustulit, Tychs. El. 52, 4 infr., ܓܐܙ = ܓܙ scidit, BHbr. Chr. p. 28, 1, ܡܐܠܠܘܢ = ܡܠܠܘܢ *μᾶλλον* al. Cf. §. 12, II.

b) De epenthesi liquidarum ܪ et ܢ ejusque causa vide §. 25, II.

c) De usu Syrorum, qui spiritum asperum graecum adhibito ܗ exprimunt, quod non proferri solet, vide §. 28, II. g.

III. Paragogen consonae ܢ habemus in forma 1. pers. Plur. per. ܩܛܠܢܢ, ܩܛܠܢܢ pro antiquiore eoque ex historia dialecti recto ܩܛܠܢ, ܩܛܠܢ. Nam cum vocales finales Syri abjecerint, de forma qatalnâ sive qatalnù, utrum arabica sit primitiva an hebraea, nihil ad rem facit, restat ܩܛܠܢ et ܩܛܠܢ quas formas nimis duras addita vocali *a* cum nasali suaviores reddere Syri studuerunt. Usitatior vero est forma durior, altera rarius invenitur.

Mandaei formam paragogicam solent adhibere, נחיתנין igitur est ܢܚܶܬܢ descendimus, נסאבנין, ܢܣܰܒܢ cepimus, נפאלנין ܢܦܰܠܢ cecidimus etc.

Adnot. Forma femininorum in 3. pers. plur. Perf. et Imprt. ܩܛ̈ܠܶܝܢ, ܡܶܬ̈ܢܝܢ, ܡܩܰܛ̈ܠܶܝܢ, ܡܶܬ̈ܢܝܢ non per paragogen syllabae *en* exorta est, verum ex antiquiore terminatione *an* processit, cujus vocalis in *e* conversa est §. 13. A. VII; 50, III, B.

§. 31.

Consonae gutturales.

I. De gutturalium ܗ, ܚ, ܥ natura §. 7, II. E. egimus, et cum, quod ibi docuimus, hae consonae in ipso larynge et ultima palati parte producantur, facile intellegitur vocalem **a**, quae eodem loco oritur, facilius ante gutturales pronuntiari, quam reliquas vocales. Ita factum est, ut imprimis vocalis *e* ante gutturales abeat in *a*, et dicatur pro ܦܶܠܶܚ, ܦܠܰܚ et pro ܐܰܪܩܶܥ, ܐܰܪܩܰܥ. Proclivitas illa litterarum gutturalium ad vocalem *a* inprimis in fine vocum cernitur et alibi, ubi ex analogia vacuam litteram expectaveris, ut ܪ̈ܥܰܘ pro ܪ̈ܥܽܘ pastores.

II. In iis verborum formis, in quarum ultima syllaba *ŭ* breve locum habet, ante gutturales interdum *a* adhibetur, itaque dicitur ܢܶܒܠܰܥ devorabit pro neβluꜥ, ܢܶܣܢܰܩ opus habebit pro nehsur al. In aliis tamen *u* apparet, ܢܶܡܫܽܘܚ mensurabit, ܢܶܦܪܽܘܥ progerminabit etc., omnia vero quae exeunt in ܗ accipiunt *a* ܢܶܓܰܗ neggah illucebit. In nominibus vero *ŭ* semper retinetur ܬܶܫܡܫܽܘܫܬܳܐ, ܬܶܫܥܽܘܪܬܳܐ etc.

III. Verba exeuntia in ܐ, quod pro ܝ et ܘ positum est, ad gutturales non pertinent, sed propriam classem constituunt, idemque cadit in verba primae ܐ. Raro in fine ܐ vera est gutturalis, de qua vide §. 37. I. Adnot. 2.

IV. Quod quidem gutturalibus proprium esse diximus, id etiam in litteram *Riš* cadit ad illas litteras proxime accedentem §. 7. II. F.; amat enim vocalem *a*, diciturque ܐܳܡܰܪ dicens, pro ܐܳܡܶܪ; ܫܰܕܰܪ misit, pro ܫܰܕܶܪ; ܣܦܰܪ liber stat. abs. pro ܣܦܶܪ; ܒܣܰܪ stat. abs. caro pro ܒܣܶܪ.

§. 32.

De ܘ et ܝ vocalium emortuarum reliquiis et de ܝ diacritico femininorum.

I. Syrorum orthographia est historica; sicuti in notandis vocalibus', cum uberior et accuratior methodus inventa esset, ea quae antiquiore consuetudine recepta erant, non omiserunt §. 9., ita et in vocibus et formis, quae secundum antiquiorem linguae conditionem in vocales exierunt, postea, cum hae vocales neglegerentur, neque amplius pronunciarentur, consonas ܘ et ܝ, quibus vocales illae insigniebantur, non deleverunt, sed probe servaverunt. Ita factum est, ut interdum consonae ܘ et ܝ scriberentur ubi omnino non leguntur, neque tanquam consonae *w* et *y* neque tanquam vocales *u* et *i*. Harum consonarum, quae olim vocalium vices gerebant, eadem est conditio, quam in lingua francogallica habet *e* mutum in fine vocum, quod in orthographia quidem servatum est, cum scribatur père, mère, vie, in pronunciatione vero omissum, cum dicatur paer, maer, vî.

Quae cum ita sint, nos totius rei originem spectantes, hasce vocalismi uberioris reliquias appellabimus *vocales emortuas*, dum Hoffmannus eas appellabat litteras otiantes, quo nomine rei vera caussa non exprimitur, sicuti et ceteris terminis litterarum occultarum, quiescentium rationes grammaticae non modo non explicantur verum difficiliores redduntur. Quos terminos nos hanc ob causam omnes evitavimus. Elias has litteras ܡܫܡܠܝܢܘܬܐ ܕܥܝܕܐ additiones consuetas, quo nomine ea quae sub II. enumerata sunt, bene significantur, appellavit.

Vocales emortuae igitur significantur:

a) Consona ܘ in plurali 3. pers. Perfecti et Imperativi masculinae ܩܛܠܘ qẹṭal, ܩܛܘܠܘ qẹṭul interfecerunt, interficite pro antiquiore qẹṭalu, qẹṭulu. Hoc ܘ cum omnino non audiatur, interdum et in scriptura omittitur §. 29, III. b.

Adnot. Mandaei hoc ܘ omnino non scribunt, ita ut Singl. et Plur. forma non distinguantur, ita נסאב est cepit et ceperunt, רגאז iratus est et irati sunt, עשתאדאר missus est et missi sunt.

b) Consona ܝ in fem. singl. Imperativi ܩܛܘܠܝ juxta קְטֻלִי أُقْتُلِي et in suffixis pronominalibus ـܝ, ـܟܝ, ـܗܝܢ, ـܟܝܢ pro antiquiore

î, ani, auhi, åihi, ut ܡܰܠܟܝ malk, rex meus, ܦܩܰܕܬܢܝ paqe͘ɗan, me visitasti, ܣܳܗܕܰܘܗܝ såhdauh, testes ejus, ܩܛܰܠܬܳܝܗܝ qe͘ṭaltåih, interfecisti eum, pro primitivo malki, paqe͘ɗani, såhdauhi, qe͘ṭaltåihi.

c) Consona ܝ in nonnullis substantivis et adverbiis, ut ܐܶܬܡܳܠܝ è϶mål (heri), ܡܶܢܶܬܡܳܠܝ, ܐܶܡܰܬܝ éma϶ (quando?), ܐܶܫܬܰܩܝ anno superiore, ܫܶܠܝ šel (tranquillitas) et in similibus nominibus tertiae Yuɗ, quae tamen in statu absoluto fere non usitata sunt. Vox ܐܶܬܡܳܠܝ enim respondet chaldaico תְּמָלֵי, אִתְמָלֵי aeth. ትማልም፡ unde sequitur vocalem e seu totam syllabam e͘m apocopatam esse, vox ܐܶܡܰܬܝ vero arabico مَتَى, quod syriace in me͘϶ay correptum est, cui ܐ prostheticum deinde est additum, ème͘϶ay sive éme͘϶i, quo facto ultima vocalis omissa et in mediam syllabam *a* primitivum repositum est.

Adnot. Vox ܐܶܬܡܳܠܝ de cujus origine dubitant (Gesenius Thes. s. v. מוּל, Ewald Hebr. Gr. edit. sext. p. 90) necessario ad radicem ملو referenda est, cujus significatio primitiva est *duravit*, II prolongavit, V in phrasi تَمَلَّى عُمْرَهُ longa vita praeditus est, مَلْوَةٌ est idem quod بُرْهَةٌ longum tempus et مُتَمَلَّتَانِ duo trientes. Qam. Secundum formam nihil est, nisi nomen verbale (infinitivus) stirpis sextae, quae tamen in Qamuso non enumeratur; huic formae تَمَالٍ aramaice respondet תְּמָלֵי et cum ܐ prosthetico אִתְמָלֵי, ܐܶܬܡܳܠܝ hebr. תְּמוֹל. — Vox ܐܶܫܬܰܩܝ composita est ex ܫܰܢ̈ܬܳܐ annus et ܩܕܰܡ praecedens, cui accedit ܐ prostheticum, syllaba ultima apocopata.

II. Cum amissis vocalibus finalibus in formis quibusdam verborum et pronominum masculina a femininis non amplius distingui possent, Syri ut scriptura certe distinguantur femininis in fine addiderunt ܝ, idque in formis, in quibus ex historia formarum vocalis î locum nunquam potuit habere. Hoc ܝ igitur non est vocalis emortuae signum, verum nihil est nisi signum diacriticum femininorum neque unquam effertur. Invenitur in fem. Singul. tertiae et secundae personae Imperfecti ܬܶܩܛܠܝ, ܬܩܰܛܶܠܝ etc. juxta ܬܶܩܛܽܘܠ, ܬܩܰܛܶܠ; ܬܶܩܛܠܳܢܝ juxta ܬܶܩܛܠܽܘܢ, imo in ܬܶܩܛܠܝ, ܬܩܰܛܠܝ, ܬܶܩܛܠܝ etc., quae formae antiquitus erant taqṭulu, tuqaṭṭilu, taqṭulina etc., ita ut oculis cerni possit, vocalem *î* hîc nunquam fuisse, et consonam ܝ signum esse diacriticum. Eodem modo adhibetur in

3. pers. fem. Perf. plur. ܩܛܠܝ̈ qeṭal, quae e primitiva qeṭalâ processit, ut §. 50. III. B. demonstrabitur. Tale ܝ, cum etymologicam rationem non habeat, saepenumero omitti non est mirum, habes igitur ܪ̈ܗܛ emerunt fem. Mrc. 16, 2 in ed. Londinensi in usum Orientalium ao 1829 impressa, ubi Widm. Gutb. alii praebent ܪ̈ܗܛܝ al. et nunquam scribitur in verbis ܠ in quibus msc. ܓܠܘ a fem. ܓܠܝ̈, cujus ܝ est tertia radicalis, satis est distinctum. Dubium videri potest, num in 2. fem. ܩܛܠܬܝ juxta qaṭaltĭ, et in pronominibus ܐܢܬܝ juxta antĭ, ܟܝ, ܟܝ̈ e. gr. in ܟܬܒܟܝ, ܟܬܒ̈ܝܟܝ liber tuus, libri tui, fem. juxta kitâbukĭ, ܝ pro antiquiore ĭ sit positum. Hoc tamen a veri specie longe alienum est, nam ĭ breve apocopandum esset, neque per ܝ exprimendum, itaque et hîc ܝ nihil est, nisi distinctivum feminini, quod interdum omittitur ut ܢܦܩܐ ܐܢܬ ܡܢ ܥܠܡܐ ܗܢܐ ܐܝܟ ܕܨܠܝܬ exibis (tu Maria) ex hoc mundo, sicuti precata es Wright Syr. Apocr. p. ܩܣ, ܝܕܥܐ ܐܢܬ ܡܪܬܝ scis domina mea ib. p. ܠ.

Adnot. 1. Quae usus extraordinarii hujus Yuḋ diacritici affert exempla Agrellus Otiol. p. 52 ex errore processisse videntur.

Adnot. 2. Jam Bar Hebraeus Gr. metr. II. 30 hujus Yuḋ usum esse ad distinguendum masculinum et femininum, perspicue docuit, simulque tradidit, fuisse, qui hunc usum vetarent, cum dicat:

... ܗܘ ܕܝ ܐܣܝܪܐ ܕܡܟܬܒܐ . ܘܡܣܦܩܐܝܬ ܦܪܫ ܕܟܪ̈ܐ ܘܢܩ̈ܒܬܐ
ܒܟܬܝܒܬܐ ܕܟܪ̈ܐ ܘܢܩ̈ܒܬܐ ܒܐܣܟܡܐ . ܘܡܥܒܪܐ ܡܢ ܣܘܟܠܐ ܦܘܠܓܐ
ܘܠܐ ܬܫܡܥ ܠܡܢ ܕܟܠܐ . ܦܘܪܫܢܐ ܕܡܠܬܐ ܦܫܝܛܬܐ
ܒܬܘܣܦܬܐ ܕܝܘܕ . ܠܚܘܠܛܢܐ ܕܡܠܐ ܪܚܡ
ܟܕ ܠܝܬ ܠܗ ܚܘܝܐ ܡܩܪܒܐ

Yuḋ illud quiescens in fine vocis positum (scribe in femininis.)
Et sufficienti modo distinguit in scriptura masculina et feminina in forma,
simulque pellit dubia ex intellectu sensus. Ne audias eum, qui vetat distinctionem verbi simplicis (solis elementis, radicalibus scripti scil. per additionem litterae ܝ), confusionis sermonis (nimium) cupidus, cum argumentum ei non sit in promptu.

Adnot. 3. Yuḋ in suffixis et in nominibus tertiae ܝ consona est, simul ac vocalis immediate sequitur itaque Joh. 6, 51 ܦܓܪܝ ܗܘ (corpus meum est) pronunciatur paγryu, Jes. 45, 14 ܒܟܝܘ ܗܘ (lacrimatio est) beχju. Sed cf. §. 44. IV.

Adnot. 4. In iis formis quae sub II. enumeratae sunt, ܝ pronunciari non posse ex ipsa re sequitur, in iis vero formis et vocibus quae sub I. allatae sunt, re vera non pronunciandum esse, disertis Syrorum ipsorum testimoniis confirmatur. Hoc enim jubet Abr. Ecchell. p. ܝܓ. ܝܘܕ (ܗܘ ܕܡܫܡܫܐ ܠܐ ܡܬܡܠܠܐ) ܒܡܠܟܐ ܐܬܟܬܒ ܘܡܛܠ quocum concinit Amira p. 26 et Isaac Sciadr. p. ܡܒ et BHebr. l. l. qui Yuď appellat ܡܒܛܠܐ quiescens, insuperque fusius de hac re agit II. 179—196, 78—85.

Contra haec de pronunciatione testimonia Leusdenii objectiones nihil possunt facere (Schol. syr. p. 62, 59[1]), qui eam ob caussam hoc Yuď pronunciandum esse conjecit, quod Christi tempore Mth. 27, 46. Mrc. 15, 34. 5, 41[2]). Joh. 20, 16. pronunciatum esset, quod neglecta vocali magna confusio exoriretur, quod in lingua chaldaica hae syllabae pronunciarentur; hoc tamen ad ea restringendum est, quae sub I. allata sunt. At monemur his dubiis, ut accuratius definiamus intra quodnam tempus Syri has vocales reicere coeperint. Christi tempore vocales auditas fuisse e locis allatis sequitur, at Ephraemi aetate eas non amplius pronunciatas fuisse ex ejus carminibus colligitur, et jam Bardesanes † c. 220, qui metro pentesyllabico cantica composuit, ubi scripsit:

ܙܡܪܐ ܕܗܘܢܬܐ
ܕܬܪܥܘܗܝ ܒܦܘܡܪܢܐ
ܐܬܦܬܚܘ ܡܢܟ ܐܠܗܐ

Ephr. adv. Haeres. Hym. 55. Vol. II. p. 558 B.

neque ϑarʒauhi neque ἐϑpe̥ϑahu potuit legere, verum apocopata vocali ϑarʒauh et ἐϑpe̥ϑah. Idem etiam vocalem finalem cum sequente ܗܘ in diphthongum contraxit, cum versu quinquesyllabico dicat l. l. p. 557 F. ܦܬܓܡܐ ܗܘ ܕܡܠܟܐ ܩܕܡܝܢ. Itaque duobus primis nostrae aerae saeculis maxima haec vocalismi mutatio, Edessae certe, ubi Bardesanes vixit, perfecta fuit; utrum aliis in regionibus eodem tempore idem acciderit, an vario tempore variis in regio-

1) Cum Leusdenio consentiunt Buxtorf Gramm. Chald. et Syr. p. 9 et Hottinger Gramm. Chald. Syr. praef. * 5 et p. 62.

2) Memoria dignum est in codice Vatic. et Sinaitico non legi ταλιϑὰ κουμι ut in textu recepto, sed κουμ omisso Jota, quod cum syriaca pronunciatione optime convenit.

nibus hodie statui nequit. Ex his omnibus vero certissimum est, eo tempore quo Syrorum litterae floruerunt, hasce syllabas dudum in pronunciatione fuisse omissas.

§. 33.
De vocalium mutatione in universum.

In linguis semiticis formae eae, quae non accedentibus ad radices consonis ܡ, ܬ al. derivantur, solo vocalismo definiuntur. Ita e. gr. passiva et activa ab initio sola vocalium mutatione distinguebantur, qatala interfecit et qutila interfectus est, ita et nomina activa qâtilû interficiens a passivis qatîlû etc. In enumerandis hujusmodi vocalium mutationibus pars etymologica grammaticae versatur, ubi radix tribus constans consonis, tanquam *materia* tractatur, cui imprimuntur varia vocalium *schemata*, quo facto *vox* exoritur. Materiam ergo efficiunt exempli gratia consonae q. d. š., schema nominum abstractorum vocales ŭ — â, itaque qudåšå est abstractum, sanctificatio. De his etymologicis vocalium mutationibus hoc loco non agitur, sed de iis tantum, quae vocibus certis vocalibus instructis accidunt, quarum caussa posita est in mutata syllabarum vocis conditione.

His praemissis intellegitur, primo loco agendum esse de vocalibus iis, quae mutari omnino non possunt, deinde de iis quae mutationes patiuntur.

At cum etiam consonae tres ܐ, ܘ, ܝ, quae arctissimo vinculo cum vocalibus cohaerent, haud raro commutentur, ubi vocales quibuscum cohaerent commutantur, tertio loco de harum consonarum mutatione erit dicendum.

§. 34.
De vocalibus immutabilibus (impuris).

Vocales quae omnino non sunt variabiles, quoquo modo syllabarum conditio mutatur, sunt:

I. Vocales longae *â* (*å*), *î*, *û*, *ô* cum vocales longae aeque in syllaba aperta atque in syllaba clausa locum habere possint. Immutabile igitur å est e. gr. in ܛܳܒ bonus, ܛܳܒܳܐ, ܛܳܒܺܝܢ, ܛܳܒܳܬܳܐ, ܟܬܳܒܳܐ liber, ܟܬܳܒ̈ܶܐ, ܒܟܬܳܒ, ܟܬܳܒܰܝܟܽܘܢ; î in ܩܛܺܝܠ interfectus, ܩܛܺܝܠܽܘܗܝ, ܩܺܝܡ

malus, ܒܝܫܐܝܬ adverb.; û in ܩܘܡ sta plur. ܩܘܡܘ, ܩܘܡܝܢ, ܡܪܘܕܐ rebellis, ܡܪܘܕܝܟܘܢ rebelles vestri, mâruđâ antiquitus mârôđâ.

Cum ex §. 13. A. vocales å et î semper sint longae, ĭ breve enim aut in e abiit, aut in e̥ correptum est, de harum immutabilitate dubium esse non potest; sed de ŭ, quod aeque ut û per ܘ scribitur, ambigi potest, neque de ejus natura alia ratione judicari potest nisi ex etymologia cf. §. 13. A. VI. Nos enumerabimus eas formas in quibus ŭ mutabile occurrit §. 35.

De origine vocalis û in ܩܘܡ et î in ܕܝܢ, ܫܝܡ, ܬܟܝܠ, quae mutabiles *videntur*, ܩܘܡܬܐ, ܕܝܢܐ, ܬܟܝܠܬ §. 13. A. IV. et VI. dictum est.

Adnot. Apparet quam incaute plerumque dicatur, vocales eas immutabilis esse, quae in homogenea lectionis matre quiescant, nam Ze̥qâφâ semper fere in media voce *sine* ܐ scribitur, quod ܐ mater lectionis (nomine sane egregio) dicitur, et ʒe̥ṣâṣâ *quamvis* in ܘ „quiescat" saepe mutabile est. In sola vocali î, quae per ܝ semper *fere* scribitur, haec regula minus falsa est, nam scribitur etiam interdum î sine ܝ ut ܡܣܟܢܐ pauper, ܐܚܪܢܐ alius.

II. Vocales breves ă, ĕ, ŭ (ŏ ʒe̥ṣâṣâ karyâ) in syllabis clausis, et clausae, quod per se intellegitur, eae quoque syllabae sunt, quas sequitur consona etymologice geminanda. Immutabile igitur est ă in ܥܡܐ populus, ܥܡܝ, ܥܡܡܝܗܘܢ, in ܝܡܐ mare, ܩܕܝܫܐ sanctus, chald. קַדִּישָׁא, ĕ in ܓܦܐ ala rad. ܓܦܦ, ܪܒܘ myrias, ܥܕܢܐ tempus עִדָּן, عِدّان, ܡܠܬܐ verbum, ŭ in ܩܘܕܫܐ sanctitas, ܒܘܪܟܐ genu c. suff. ܒܘܪܟܝ, ܒܘܪܟܝܗܘܢ. Praeterea vocalis ŭ mutari nequit in forma qŭṭâlâ, ܩܘܛܠܐ = قُتّال in qua geminatio mediae radicalis locum habuisse videtur, quia consonae ܒܓܕܟܦܬ in hac forma qušâyâ accipiunt §. 16. IV. adnot. V. 4, ut ܕܘܒܪܐ, ܩܘܕܫܐ, ܒܘܪܟܐ etc.

Si vero syllabarum conditio ita mutatur, ut vocales breves in syllaba aperta ponantur corripiuntur aut in certo casu transponuntur §. 35. II.

Adnot. 1. In quibus formis una ex radicalibus geminanda sit ex etymologia cognoscitur neque hoc loco singula enumerari possunt.

Adnot. 2. De *o* longo et immutabili, quod apud occidentales Syros deinde sicut ŏ breve in ŭ abiit, cf. §. 13. A. V. Longum et immutabile habes in ܡܫܟܢܘܬܗܘܢ al. Nos ut pro lubitu pronuntiare possint lectores cum signo ܘ̇ conjungimus ◌̇, itaque scripsimus ܡܪܘܕܐ duplici signo duplicem pronunciationem indicantes.

§. 35.

De vocalibus mutabilibus (puris).

I. Variabiles ut e paragrapho praecedente patet breves tantum sunt vocales et quidem eae, quarum syllabae accedentibus ad vocem novis syllabis aperiuntur. Itaque si ad ܐܶܬ݂ܩܰܛܰܠ interficies accedit terminatio feminini în non exoriri potest forma *teqtŏ-lîn* verum correpto *ŏ* *teqtelîn*. In nominibus ut ܡܰܦܽܘܠܬܳܐ, ܬܶܕ݂ܡܽܘܪܬܳܐ ŭ (*o*) breve in plurali eam ipsam ob causam corripitur, ac dicitur ܡܰܦ̈ܠܳܬ݂ܳܐ, ܬܶܕ݂ܡ̈ܪܳܬ݂ܳܐ casus, miracula, in stat. cstr. sing. ܡܰܦܠܰܬ݂, ܬܶܕ݂ܡܪܰܬ݂, c. suff. ܡܰܦܠܬ݂ܶܗ, ܬܶܕ݂ܡܪܬ݂ܶܗ. Eodem modo ex ܩܰܛܶܠ paзel si suffixa a vocali incipientia adsumuntur, fit ܩܰܛܠܰܢ pro *qatte-lan*, ܩܰܛܠܳܟ݂ pro *qatte-loχ*, at si suffixa a consona incipiunt *e* servatur, ܩܰܛܶܠܟ݂ܽܘܢ, ܩܰܛܶܠܟ݂ܶܝܢ, ܢܰܦܩܶܕ݂ܗܽܘܢ, ܐܰܩܪܶܒ݂ܗܽܘܢ; eandem legem habes in ܒܳܬ݂ܪܳܟ݂ post te juxta ܒܳܬ݂ܪܶܗ; ܥܳܠܡܗܽܘܢ mundus eorum juxta ܥܳܠܡܳܐ mundus, ܣܳܗܕ݂ܳܟ݂ testis tuus juxta ܣܳܗܕܶܗ. Excipienda est forma tertiae pers. masc. et fem. plur. perf. ܩܰܛܶܠܘ, ܩܰܛܶܠ̈ܝ and et fem. plur. imperat. ܩܛܽܘܠܶܝܢ, in qua vocalis brevis in syllaba aperta servatur, quod et locum habet in stirpibus reliquis ܫܰܡܶܫ̈ܝ, ܐܶܫܬܰܡܠܶܝ̈. Eodem modo in imperativo msc. et fem. sing. et fem. plur. vocalis brevis retinetur si suffixa pronominalia accedunt, ܩܛܽܘܠܰܝܢܝ interfice me, ܩܛܽܘܠܰܝܗܝ interfice eum, in fem. sing. ܩܛܽܘܠܺܝܢܝ, ܩܛܽܘܠܺܝܗܝ, et in fem. plur. ܩܛܽܘܠܶܝܢܝ, ܩܛܽܘܠܶܝܗܝ, ܩܛܽܘܠܶܝܢܳܗ, ܩܛܽܘܠܶܝܟܝ.

II. Linguae syriacae etsi non omnino propria, simile quid enim apud Hebraeos quoque accidit, tamen usitatissima transpositio vocalium est, quae in nominibus locum habet una brevi vocali instructis §. 27, V.

Nam a) Nomina mascul. formae ܩܰܛܠܳܐ, ܩܶܛܠܳܐ, ܩܽܘܛܠܳܐ in formis, quae per apocopen syllabae *å*, quae primitivae nunationis §. 27, IV. est vestigium, sunt exortae, statum absolutum dico et constructum, non qaṭl, qeṭl, quṭl sonant, sed transposita vocali, cum syllabam bis clausam Syri evitent, qeṭal, qeṭel, qeṭul. Ita status absolutus et constructus nominum ܩܰܒ݂ܪܳܐ sepulcrum, ܛܶܥܢܳܐ onus, ܚܰܩܠܳܐ campus est ܩܒ݂ܰܪ, ܛܥܶܢ, ܩܳܠܳܐ vocum, ܪܶܓ݂ܠܳܐ pes, ܪܓ݂ܶܠ, ܩܽܘܕ݂ܫܳܐ sanctitas, ܩܕ݂ܽܘܫ, ܒܽܘܪܟܳܐ genu, ܒܪܽܘܟ݂ al.

Nomina quorum ultima radicalis est gutturalis pro legitimo *e* sibi adsciscunt *a* ut ܚܺܐܪܳܐ liber, ܚܐܰܪ, ܕܶܒ݂ܚܳܐ sacrificium ܕܒ݂ܰܚ §. 31, I.

Eorum analogiam alia quoque sequuntur ut ܙܒܠܐ stercus ܙܒܠ, quae ex usu discenda sunt. Ex hac lege stat. cstr. nominum ܥܝܢܐ, ܚܝܠܐ cet. proprie est ʿeyan, ḥeyal deinde ܥܝܢ, ܚܝܠ §. 34, I.

b) Eandem transpositionem habes in harum formarum femininis, quae non sunt qaṭleϑå, qeṭleϑå, quṭleϑå, verum tralata vocali ܩܛܠܬܐ, ܩܛܠܬܐ, ܩܛܠܬܐ. Exempla: ܝܕܥܬܐ scientia (pro yeδaʿϑå), ܛܥܢܬܐ onus, ܥܓܠܬܐ vitula, ܒܨܒܬܐ fecunditas B. H. ܓܘܡܪܬܐ pruna, ܟܢܘܫܬܐ synagoga; horum nominum status constr. est ܝܕܥܬ, ܛܥܢܬ, ܥܓܠܬ, etc. vocis ܓܘܡܪܬܐ pluralis est ܓܘܡܪܐ.

Adnot. Nomina hujus formae haud raro primitivam positionem vocalis retinent, ut ܐܘܡܢܬܐ ars, ܚܠܡܬܐ papilla. Haec nomina ܬ cum rukåχå habere videntur, reliqua vero, quorum vocalis transfertur plerumque ܬ cum qušåyå, tertia enim radicalis, cum vocalis brevis praecedat (ʿeγel-ta, ge-mur-tå) ne levissimum quidem e potest ferre, quo facto aspiratio consonae ܬ tollitur. Tamen quaedam voces hujus formae habent rukåχå §. 16. VIII.

c) In nominibus ܩܘܒܠܐ stat. cstr. ܩܘܒܠ = قُبُل pars anterior et ܩܘܕܡܬܐ stat. cstr. ܩܘܕܡܬ (fem.) pars anterior, quae cum praepositione ܠ ita coalescunt, ut unam vocem efficiant, quae praepositionis et adverbii ad, versus, in parte anteriore, antea vices gerunt, eadem vocalis transpositio adhibetur. Scilicet *u* in syllabam clausam transfertur, seu quod idem est, semper ante duas consonas ponitur. Itaque dicitur quidem in stat. determ. ܠܩܘܒܠܐ lequβ-lå et cum suff. ܠܩܘܒܠܟ lequβ-låχ, ܠܩܘܒܠܗ, ܠܩܘܒܠܝ at in stat. constr. ܠܘܩܒܠ et cum suff. ܠܘܩܒܠܟܘܢ, ܠܘܩܒܠܗܘܢ, etc. Eodem modo dicitur in plur. ܠܘܩܕܡܝܗܘܢ et in singulari ܠܘܩܕܡܝ. Similis est conditio samaritani ࠋࠒࠁࠋ aliquid juxta ܩܘܒܠܐ et ܩܘܕܡ = ܩܘܕܡܬܐ.

d) De verbo ܐܙܠ, cujus ܐ eliditur, quo facto vocalis consonae ܐ necessario ad praecedens ܢ transfertur ܢܐܙܠܘܢ nizûn pro nizelun vide §. 28. II. d. De transpositione vocalium *i* et *u* in ܗܝ et ܗܘ cf. §. 28. III.

e) In plurali imperativi peʿal ܫܩܘܠܘ si accedunt suffixa vocalis *u* in primam syllabam rejicitur, itaque dicitur ܫܘܩܠܘܢܝ portate me pro šeqlûn; imo si in secunda syllaba non est *u* sed *a*, ut in ܫܡܥܘ audite, ܕܒܪܘ sumite, in formis suffixo instructis primae syllabae inseritur *u* ac dicitur ܫܘܡܥܘܢܝ, ܕܘܒܪܘܗܝ.

Adnot. Similis est apud Hebraeos metathesis vocalis *o* in imperativo sing. accedentibus suffixis קְטֹל, קָטְלֵנִי cet.

III. Sunt syllabae quaedam apertae, in quibus contra legem breves vocales poni videntur, ut perf. *ἀφ*ɜel verborum concavorum ܐܰܬܺܝܒ, ܐܰܩܺܝܠ, eodem modo in derivatis radicum prim. ܐ, ut ܐܰܟܠܳܐ, ܐܰܚܶܠ, ܐܶܡܰܪ, et in ἐϑpeɜel rad. prim. ܝ ut ܐܶܬܺܝܠܶܕ. Sed hisce in vocibus peϑåhå et reβåså non verae vocales sed potius semivocales ḣaṭeφ paϑaḣ et ḣaṭeφ segol sunt habendae, quae propter gutturalem consonae ܐ naturam pro e positae et in aramaismo judaico scriptae sunt. Id eo certius intellegitur, cum in fut. ἀφɜel vocalis *ă* tollatur et dicatur ܢܶܩܺܝܡ neqîm, ܢܶܬܺܝܒ neϑîβ. In aliis ut ܐܶܡܰܪ producitur ĕ et dicitur ʾêmar §. 13 B. III. d. pro ʾĕmar, in aliis denique, cujus rei vestigium in qušåyå cernitur insequens consona olim geminata erat ut ܐܰܘܟܶܡ §. 16. V, 2. In formis denique ut ܐܶܬܺܝܠܶܕ, ܐܶܬܺܝܕܰܥ ambigi potest, utrum legendum sit ἐϑʾîleδ, ἐϑʾîδaɜ, an cum semivocali ʾe-ϑîleδ, ʾe-ϑîδaɜ, prius tamen sine dubio rectum est.

Exceptio vera in ܐܰܩܺܝܠ fut. ܢܰܩܶܠ et similibus inesse videtur, de qua agitur §. 37. I. Adnot. 3.

Vocalis *ŭ* in forma ܦܽܘܪܩܳܢܳܐ non est semivocalis, at olim geminatione (qušåyå inde restitit §. 16. V. 4.) servata est.

§. 36.

Continuatio.

I. Cum ex lege universali breves vocales corripiantur, haud raro fit, ut in ea vocis forma, quae in grammaticis et lexicis tanquam primitiva enumeratur, vocalis aliqua correpta sit, quae in aliis ejusdem vocis formis propter mutatam syllabarum conditionem servata est. Ita si ex primitiva forma *paqaδaϑ* jussit fem. processit ܦܶܩܕܰܬ et si ad ܦܶܩܕܰܬ suffixum åχ adnectitur, quo facto dicitur ܦܶܩܕܰܬܳܟ, in forma peqdaϑ media vocalis primitivae formae paqaδaϑ elisa est, in forma ܦܩܰܕܬܳܟ vero prima et tertia. Utraque elisio e lege primaria necessario processit. Jam si quis historicam variarum formarum inter sese relationem non curat, ita ut censeat formam ܦܩܰܕܬܳܟ processisse ex priore ܦܶܩܕܰܬ, quod hucusque grammatici syriaci fecerunt, necessario in gravissimum inducitur errorem, non enim poterit fieri, quin statuat, vocales *e* et *a* formae ܦܶܩܕܰܬ rejectas esse in ܦܩܰܕܬܳܟ et novam vocalem *a* esse assumptam. Quantus vero hic sit error facile intellegitur, si reputamus Semi-

ticos populos, eo ipso tempore quo dixerunt paqaᵭaϑ etiam formam suffixo instructam habuisse paqadatka, e quarum priore exorta est forma ܦܩܕܬ, e secunda vero ܦܩܕܬܟ. Eandem rationem habes e. gr. in voce ܡܚܘܬܐ plaga, ܚܕܘܬܐ gaudium[1]) (stat. cstr. ܡܚܘܬ, ܚܕܘܬ, stat. abs. ܡܚܘܐ, ܚܕܘܐ) quarum forma primitiva fuit maȟwatū, ȟadwatū, quae aramaice primum quidem in maȟweϑå, ȟaᵭweϑå corripi debebant, deinde vero cum syllaba infirma we in vocalem û resoluta esset, in meȟûϑå et ȟaᵭûϑå. Hasce formas si quis primarias habet, statuet in statu constr. novam vocalem ă esse assumtam, unde vero vocalis å in statu abs. derivanda sit nullo modo dicere poterit; si vero redit ad formam vere primitivam maȟwatū, ȟadwatū omnia facile intelleguntur, omissa nunatione oritur stat. cstr. maȟwaϑ, ȟaᵭwaϑ, rejecto ϑ, producta vocali ă in å denique stat. abs. maȟwå, ȟaᵭwå. Non igitur recte dicitur in ܦܩܕܬܟ vocales formae ܦܩܕܬ mutatas esse, neque in ܡܚܘܬ novam vocalem esse assumtam, nam neque ܦܩܕܬܟ a ܦܩܕܬ est derivandum, neque ܡܚܘܬ a ܡܚܘܬܐ, ita potius tota haec res est tractanda, ut quaevis forma comparetur cum antiquiore, peqᵭaϑ cum paqaᵭaϑ, peqadtåχ cum paqadatka, maȟwaϑ cum maȟwatū.

Haec qui probe tenet, non amplius loqui potest de vocalibus quae assumuntur, tota res enim ea est, ut propter variam syllabarum apertarum conditionem in alia forma alia ex vocalibus iis elisa sit, quibus utebatur forma primitiva, quae semper majore vocalium numero instructa erat, quam formae seriore aetate adhibitae.

II. Mutationes vocalium, quales sub I. descripsimus, in tota nominum et verborum flexione occurrunt, suoque loco tractandae sunt, neque hîc possunt enumerari. Exempla verae assumtionis vocalium, quae linea Mehaggyånå indicatur, §. 17. IV. allata sunt. De vario usu vocalis *a* cum particulis ܒ, ܕ, ܘ, ܠ §. 16 egimus.

---

1) Vocalis Peϑåȟå in ܚܕܘܬܐ sicut in ܡܚܘܬܐ et aliis non est verum ă, sed potius semivocalis ȟateφ paϑalí, in quod abiit semivocalis e propter ܚ gutturale. Hoc sequitur non inde modo, quod ܚܕܝ non in paʒel, sed in peʒal usurpatur, cujus nom. action. est ȟaᵭweϑå cum simplici ܕ, verum etiam scriptura confirmatur, ܕ enim rukåχå habet, quod non haberet si Peϑåȟå verum ă breve esset. Cf. §. 16. VI. 2. et IV. adnot.

Qualis sit vocalis quae in plurali femininorum quorundam in ـܘܳܬܳܐ inseritur e. gr. ܡܰܪܕܘܬܳܐ plur. ܡܰܪ̈ܕܘܳܬܳܐ, ܡܰܠܟܘܬܳܐ plur. ܡܰܠ̈ܟܘܳܬܳܐ, ܕܡܘܬܳܐ, ܕ̈ܡܘܳܬܳܐ in universum definiri nequit, sed in quovis nomine ex etymologia tantum dijudicari potest.

Annot. Frequentissime etiam et fere semper in Bibl. Polygl. Londinens. litteris alias vacuis media in dictione brevis vocalis tribuitur, ut ܢܰܪ̈ܚܶܫܽܘܢ pro ܢܰܪ̈ܚܫܽܘܢ producant Gen. 1, 19; ܐܶܫܬܶܟܰܚ inventus est pro ܐܶܫܬܟܰܚ Gen. 2, 20. ܕܢܶܫܟܶܚܢܝ ܢܶܩܛܶܠܢܝ qui invenerit me, occidet me 4, 14. Immo etiam Waw alias diphthongescens in nonnullis fit mobile, ut ܪ̈ܰܘܪܒܶܐ pro ܪ̈ܰܘܪܒܶܐ magni 1, 16. 21.; ܟܰܘ̈ܟܒܶܐ pro ܟܘ̈ܟܒܶܐ stellae 15, 5. cll. 1, 16.

§. 37.

De mutationibus consonarum ܐ, ܘ, ܝ.

Cum ܘ et ܝ designandis vocalibus inserviant, apparet mutatis vocalibus etiam in scriptura consonas illas mutari. Praeterea etiam si verae consonae *w* et *y* naturam habent saepe, si cum homogenea vocali *u* et *i* conveniunt, resolvuntur, si vero cum heterogenea, diphthongos producunt, aut inter sese commutantur. Similia accidunt etiam consonae ܐ, quamvis vocalium vices raro tantum gerat §. 12. insuperque propter magnam hujus consonae infirmitatem non solum vocales subeunt mutationes, verum etiam propter vocales concurrentes ܐ in ܘ et ܝ transit. Omnia quae hisce consonis accidunt hac paragrapho proponenda sunt. Itaque

I. 1) Consona ܐ in media voce syllabam neque incipere neque finire potest, nam semper in pronunciatione omittitur si non inter duas vocales posita est; si vero inter duas vocales locum habet ut Yuđ pronunciatur. Vocalis proprie ad ܐ pertinens rejicitur ad praecedentem consonam. Tali modo ܢܶܫܐܰܠ non legendum est neš'al sed ne-šal, ܬܺܐܢܳܐ non te̥'înå תְּאֵנָה sed tînå; ܡܳܐܐ må centum, ܣܶܢܐܬܳܐ seneϑå, ܣܳܢܐܝ sånay, ܬܰܕܐܐ tadå, ܠܺܐܝܬ liϑ (pro le̥'iϑ), ܒܺܐܫ beš, ܒܺܐܪܳܐ bîrå, ܕܺܐܒܳܐ dîβå. Si ܐ syllabam claudens excidit vocalis necessario producitur, at §. 13. A. III. observavimus breves quoque vocales ante ܐ inveniri, quod si fit, ܐ in pronunciatione servatum est. Utrum infinit. et imperf. verborum primae ܐ ut ܡܺܐܡܰܪ, ܢܺܐܟܽܘܠ re vera sine ܐ pronuncianda sint, dubium videtur,

quia re̥βåṣå his in formis corripitur §. 13. B. II. Idem cadit in ܡܐܡܪ mi'mar, me'mar, mîmar, ܕܐܒܐ di'bå, de'bå, diβå §. 13. A. III. Secundum regulam particulae ܒ, ܕ, ܘ, ܠ cum syllaba ab ܐ incipiente concurrentes vocalem consonae ܐ accipiunt, ita ut dicendum esset ܕܐܠܗܐ dallåhå, ܒܐܘܪܚܐ burhå, ܒܐܝܕܐ biδå uti transscripsit Amira, tamen Nestorianos audivi legentes de̥'alåhå, be̥'urhå, be̥'iδå.

2) Inter duas vocales ut Yuδ effertur ܩܐܡ qåyem قايم, ܫܐܠ šåyel سايل, si vero accedente ad voces syllaba, secunda vocalis excidit, pro ܐ etiam ܝ scribitur ܩܝܡܐ, ܫܝܠܐ. In paʒel et éϑpaʒal verborum med. ܐ plerumque ܝ scribitur ܣܝܒ pollutus est rad. ܣܐܒ, at retinetur etiam ܐ ut ܐܫܐܠ Act. 25, 26. Praeterea in voce ܡܪܝܐ dominus stat. cstr. ܡܪܐ cf. مَرْي consona ܐ in ܝ mutata est.

3) Radices quarum ultima radicalis ܘ aut ܝ est, in stirpe pe̥ʒal, propter ultimam vocalem *a* hasce consonas mutant in ܐ, itaque scribitur ܓܠܐ revelavit rad. جلو et ܪܡܐ jecit, rad. رمى. In stirpibus vero auctis et in multis intransitivis etiam in pe̥ʒal legitur î et scribitur ܝ, ܐܬܓܠܝ revelatus est, ܓܠܝ revelavit, ܕܟܝ dakkî purum reddidit, ܚܕܝ ḣe̥δî gavisus est, ܣܓܝ multus fuit[1]). In imperf., imperat. et in participii msc. act. statu absoluto et constructo iterum ܐ scribitur ܢܓܠܐ, ܡܓܠܐ, ܓܠܐ, eodem modo in part. éϑpe̥ʒel et éϑpaʒal ܡܬܓܠܐ, ܡܬܓܠܐ. Ita et in infin. pe̥ʒal ܡܓܠܐ.

4) Porro in stirpibus åφʒel et šaφʒel cum passivis diphthongus *au* ex 'a' sive 'å exoritur ac dicitur ܐܘܟܠ cibavit pro ܐܐܟܠ, ܫܘܚܪ, ܐܘܚܪ cunctatus est pro ܫܐܚܪ, ܐܐܚܪ, pass. ܐܬܬܘܟܠ cibatus est. Nomina derivata per duo ܘ scribuntur ܫܘܘܚܪܐ cunctatio, quorum alterum non pronunciatur §. 28. II. c. Verbi unius ܐܬܐ venit åφʒel diphthongum ay accipit ܐܝܬܝ adduxit, ܗܝܡܢ enim, credidit, vox peregrina est הֶאֱמִין.

5) Denique si consonam vocali destitutam sequitur ܐ cum semivocali, prior consona accipit *e*, cum ܐ omittatur, itaque pro neš'e̥lun quaerent dicitur ne-šelun ܢܫܐܠܘܢ, éϑeχal ܐܬܐܟܠ pro éϑ'e̥χal.

1) Syros cum Arabibus convenire apparet, qui in stirpibus auctis و mutant in ى, at hic usus abhorret ab Hebraismo, qui ubique postulat ה, dum Aethiopes w et y semper retinent a talawa formantes 'atlawa, a sate̥ya 'astaya. Syri ܝ debuerunt scribere quia media radicalis stirpium auctarum vocali *e* utitur, quocum ܝ et ܘ in *î* coalescunt.

Adnot. 1. Quomodo diphthongi *au* et *ai* in ܐܰܘܣܶܦ et ܐܰܝܬܺܝ exoriantur, certo dici nequit, sed quamvis statui possit haec verba infirma in analogiam verborum primae ܘ et ܝ recepta esse, tamen rectius videtur diphthongus explicari ex primitivo ʼ*ă*ʼ, quod in ʼ*å* productum est, sicuti apud Hebraeos יֹאבֶה processit ex primitivo yaʼbe. Vocalis ʼå vero et alibi in flexione verborum in *au* et *ai* abiit, quod locum habet in stirpibus pauʒel, paiʒel, quas comparandas esse patet cum stirpe tertia arabica et aethiopica denique cum Hebraeorum poʒel. Eadem ratio intercedit inter ܠܳܐ et ܠܳܘ non, quorum posterius, cum vocalis vis sit aucta, emphatice solet adhiberi, ideoque saepe ante ܐܶܠܳܐ (sed, sed potius) invenitur. E. gr. Assem. B. O. I. 103 ܠܳܐ ܢܰܛܥܽܘܢܳܟ ܐܳܦ ܩܳܠܰܝܗܽܘܢ ܕܡܰܘܕܶܝܢ ܒܪܳܐ ܐܶܢ ܠܳܘ ܠܶܗ ܝܰܠܺܝܕܳܐ ܗܽܘ ne te in errorem ducant voces eorum (Arianorum), qui filium confitentur, dummodo *non* sit (Deo vero) satus. Assem. de Nestor. 126 ܐܰܢ̄ܬ ܠܘܳܬܶܗ ܕܒܰܝܕܽܘܣ ܐܶܬܺܝܬ ܘܠܳܘ ܠܘܳܬܰܢ, tu ad Baidum quidem venisti, *non* ad nos. ܫܰܠܺܝܡܳܐ ܠܳܘ ܒܟܝܳܢܳܐ ܐܶܠܳܐ ܦܫܺܝܛܳܐ ܕܰܨܒܝܳܢܳܐ integer *non* natura sed potius simplex voluntate.

Adnot. 2. Pauca sunt verba tertiae ܐ, in quibus ܐ vera est gutturalis neque graphice tantum pro ܘ et ܝ positum ut ܒܥܳܐ, ܛܥܳܐ, ܠܥܳܐ. His formis si adnectitur terminatio a vocali incipiens, vocalis ad mediam radicalem rejicitur, cum ܐ eam ferre non possit. Ita dicitur ܒܰܝܰܬ bayyaϑ monuit, fem. ܒܰܝܶܬ bayyeϑ monui pro bayyeʼaϑ et bayyeʼeϑ.

Adnot. 3. Pronunciationis neglegentia, qua ܐ omitti solet haud ita antiqua est id quod sequitur e ratione vocalismi, quem §. 13. A. III. ex Bar Alio attulimus. Illa neglegentia vero factum est, ut leges de syllabis, quas si apertae sunt brevem vocalem non habere docuimus, aliquantum laedantur, cum legatur nĕ-še-lûn, mĕ-χal §. 13. B. II. Hoc tamen florente etiam lingua ita sese habuisse, vix crediderim, pronunciationem potius corruptam aevi recentissimi hoc loco invenire mihi videor. Qušåyå formarum ܐܶܕܥܽܘ, ܐܶܫܡܰܥ monstrat, Syros antiquos *ĕ* in syllaba aperta non tulisse. Quae de infirmitate consonae ܐ diximus, ea apud Mandaeos etiam in ע cadunt, quod in eorum dialecto syllabam non potest claudere, et neque statim post syllabam clausam neque post semivocalem poni. Excidit igitur ע primum in מאברא = ܡܰܥܒܪܳܐ, תיבאר = ܬܶܒܥܰܪ, טאמא = ܛܰܥܡܳܐ, ראיא = ܪܳܥܝܳܐ, deinde in תיבון = ܬܶܒܥܽܘܢ, שומאת = ܫܡܰܥܬ, יאדיא = ܝܰܕܥܳܐ, denique in בותא = ܒܥܽܘܬܳܐ, עתאר

ětar = אִתְּעַר expergefactus est. Inter duas vocales *y* mutatur in י e. gr. מאייל = ܡܰܥܶܠ introducens, נישתאייא = ܢܶܫܬܰܥܶܐ enarrabit, דראיא = ܕܪܳܥܶܐ brachia. Nöldecke p. 97. Samaritani omnes gutturales in pronunciatione omittunt.

II. 1) Consona ܝ si prima est radicalis plerumque pro antiquiore ܘ posita est, hoc ܘ vero in stirpibus ǻφʒel et šaφʒel cum passivis servatur, ita ut ܐܰܘܠܶܕ formetur a ܝܺܠܶܕ, ولد, ܡܰܘܕܰܥ, ܐܶܬܘܰܕܰܥ a ܝܕܥ cf. ودع. Ubi vero ܝ est primitivum, his in formis servatur, ܐܰܝܢܶܩ, ܐܰܝܠܶܠ cf. הֵינִיק, הֵילִיל. In imperfecto, imperativo et infinitivo peʒal radices quaedam ܝ elidunt, ut ܬܶܬܶܒ rad. ܝܺܬܶܒ, ܬܶܕܰܥ rad. ܝܕܥ, quo facto media radicalis si e numero consonarum ܒܓܕܟܦܬ est, accipit qušâyâ, aliae radices, quae vocalem *î* adsumunt ܝ commutant in ܐ sicuti ܝܺܠܶܕ, impf. ܢܺܐܠܰܕ, infin. ܡܺܐܠܰܕ.

2) Media radicalis ܝ servatur in peʒal, ěϑpe. ubi cum semivocali primae radicalis coalescit in î ܣܺܝܡ impr. (pro ܣܝܰܡ seyam ut ܕܺܝܢ pro ʒeyan) imperf. ܢܣܺܝܡ. In participio act. mutatur in ܐ, ܣܳܐܶܡ sâyem, in infinit. eliditur ܡܶܣܳܡ pro mesyam, quo facto vocalis *ă* producitur in *å*. In voce ܚܝܳܐ vixit eliditur praeter formas perf. et partic. act. peʒal. Itaque imperf. est ܢܺܚܶܐ, ܢܺܚܽܘܢ, ǻφʒel ܐܰܚܺܝ. Plura infra, ubi de verbis ܚܝ agitur, quaere.

3) Tertia radicalis ܝ, si vocalis praecedens antiquo tempore fuit *ĭ*, hodie e quocum in vocalem *î* longam coalevit, quae deinde in *ê* abiit §. 13. VIII. (et hoc *ê* postea correptum est §. 13. B. II. d.), necessario cum ܐ in scriptione commutanda erat, cum solum ܐ vices vocalis *e* possit gerere, ܝ enim pro *î* usurpatum erat. Itaque ex tabkî تَبْكِى fit ܬܒܰܟܶܐ, ex mubakkî ܡܒܰܟܝܳܐ, ܡܒܰܟܶܐ cf. I. 3.

4) Si vero post ܝ posita est vocalis *ă*, *å* servatur, ܓܠܝܳܐ, ܓܠܝܳܬܳܐ, ܓܠܝܬܶܗ, ܓܠܝܳܬܶܗ, (stat. abs. ܓܠܶܐ, ܓܠܝܳܐ) ܡܓܰܠܝܳܐ, ܓܠܝܬܶܗ, ܓܠܝܬܶܗ, ܢܶܓܠܶܝܢ, ܬܶܓܠܶܝܢ, ܬܶܬܓܠܶܝܢ et si haec apocopatur ܝ in ܐ abit, ubi praecedens vocalis olim fuit *ĭ* aut *î* ܓܠܶܐ = جالٍ, ܓܠܝܳܐ (pass. formae ܡܓܰܠܶܐ), at ubi vocalis praecedens fuit *a* diphthongus *ay* exoritur ܡܣܰܠܰܝ, ܡܣܰܠܝܳܢ partic. pass. ǻφʒel rad. ܣܠܐ contemptus, cujus stat. determ. est ܡܣܰܠܝܳܢܳܐ[1]). Quomodo in stirpibus verborum auctis retineatur vide supra I. 3.

---

1) In lingua arabica hae formae aliam sequuntur normam, nunatio enim cum praecedente ante و et ى vocali contracta est, dum Syri apud quos nunatio

5) Inter duas semivocales et inter ı et semivocalem ܝ resolvitur in *î* ܓܠܝ̈ܬܐ pro gâleyeϑâ جَالِيَةٌ, ܓܒܝ̈ܬܐ pro geβiyeϑâ, cum *eye* ex *iya* ut in ǵâliyatũ processerit; si vero, quod fit in derivatis passivi ex *aya* semivocales exoriuntur, diphthongus *ai* procedit ܡܫܬܝܢܘܬܐ, alibi vero *î* in ejus locum intrat ut ܡܫܬܝܗܘܢ pro masteyehun cf. ܡܫܬܝܢ. Ex eadem lege qaṭlaya abit in ܩܛܠܝܢ §. 54. III.

6) Ante consonam ܝ cum praecedente *ă* diphthongescit, ܓܠܝܬ, ܓܠܝܬܘܢ; cum sequente vocali *e* resolvitur in ı ܓܠܝܬ, ܚܕܝܬ, ܓܠܝܬ 1. prs. perf. singl. pro gelyeϑ, ħeδyeϑ, gallyeϑ, ita et cum praecedente *e* in ܓܠܝܘ, ܐܓܠܝܬܘܢ pro galleyu, 'agleytun.

Adnot. De origine vocalis *e* in prima persona ܩܛܠܬ infra agetur §. 50. III. A.

7) Si vero syllabam *ay* nulla sequitur consona, in infinitivo pe'al ܝ transit in ܐ, vocalis *ă* in *å* producitur et pro meglay = ܡܓܠܝ dicitur ܡܓܠܐ, in tertia persona fem. plur. perf. pe'al vero diphthongus *ai* oritur ܓܠܝ. Hujus formae ܝ non est signum feminini sed radicalis et diphthongus eam ob caussam exortus videtur, ut haec forma, quae tali modo bene a ܓܠܝ distinguitur, etiam a ܓܠܐ (3. mscl. perf. pe'al) sit diversa, quacum prorsus conveniret, si ay in *å* mutatum esset scilicet ex primitivo *galayâ(na) processit gelai.

8) Prorsus excidit ܝ in 3. pers. fem. singl. perf. pe'al ܓܠܬ, quae immediate a ܓܠܐ derivata est ut رَمَتْ a رَمَى (cum 'Aleφ brevi), dum in ܨܒܝܬ (cf. رَضِيَتْ) servatum est, et in 3. pers. mscl. plur. perf., imperf. et in plur. mscl. imperat. ante primitivam vocalem finalem *û* ܓܠܘ, ܢܓܠܘܢ, ܢܓܠܘܢ etc. Eodem modo excidit ܝ in femininis formae ܡܩܛܠܬܐ ut ܡܢܬܐ pars, sors pro meṭuytâ, ܡܚܘܬܐ pro mehuytâ, et in fem. forma ܡܩܛܠܬܐ in quibus *ă* producitur, ܡܢܬܐ pars cf. مَنَاةُ idoli nomen, ܨܒܘܬܐ pro beṣaytâ. Cf. arabice

---

accusativi §. 27. IV. in formam stat. determinati abiit, consonam ܝ servant. Ita respondet بَاكٍ pro bâkiyũ syriaco ܒܟܝܐ et in pass. خَفِيٌّ pro ħaφiyũ juxta formam contractam عَيِسٌ, خَفٍ, syriaco ܚܦܝܐ hoc est *tectus*. Status cstr. syr. ܒܟܐ, ܚܦܐ respondet arabicae formae بَاكِي, خَفِيٌّ. Ceterum hic Syrorum stat. determ. antiquiorem formam servavit quam Arabum absolutus.

ܥܨܳܐ fem. عَصَاةٌ baculus, شَكَاةٌ morbus rad. عصو, شكو, apud Syros enim omne و in fine cum ܝ commutatum III. 9. est ut apud Hebraeos, et مِرْمَاةٌ sagitta rad. رمى.

Adnot. Scriptio ܡܫܡܘܥܐ pro ܡܫܡܘܬܐ exstat in inscriptione palmyrena IV, 2. Cf. dissertationem meam Bemerkgn. z. aram. Inschr.

9) Post *å* et *û* (*ô*) ܝ semper servatum est ܩܳܝܡܳܐ, ܨܽܘܝܳܐ, ܒܳܟܝܳܐ flens, ܥܰܩܪܽܘܬܳܐ sterilitas, ܒܳܪܘܳܝܳܐ creator, ܡܳܠܘܳܝܳܐ haustor. Arabes hic ponunt hamza cf. مَلْجَأٌ asylum, بَكَّاءٌ multum flens. Servatur etiam post consonam ܪܥܝܳܐ pabulum رِعْيٌ, ܡܶܫܰܚܬܳܐ mustum, ܚܠܝܳܐ dulcedo. Ita et apud Hebraeos et Arabes. De ܩܶܫܝܳܐ, ܡܫܰܩܝܳܐ etc. vide §. 13. A. III. adnot.

III. 1) Consona ܘ in initio vocum plerumque in ܝ abiit II. 1., rarae sunt radices, quae ܘ servaverunt, ut ܘܰܥܶܕ promisit, ܘܳܠܶܐ decet.

2) In media radice ܘ mutatur in ܐ in participio act. ܩܳܐܶܡ = قَائِمٌ, quod ܐ tanquam y legendum, si accedunt terminationes et per ܝ scribitur ܩܳܝܡܳܐ, ܩܳܝܡܳܬ݂ܳܐ, ܩܳܝܡܺܝܢ.

3) Post vocalem *ă*, si alia sequitur vocalis ܘ geminatum transit in ܝ, diciturque pro qawwem paʿel ܩܰܝܶܡ pass. ܐܶܬ݂ܩܰܝܰܡ, ܡܩܰܝܡܺܝܢ; geminatum vero in hisce formis esse ܘ inde sequitur, quod *ă* praecedit, quod corriperetur sin insequens consona non geminata esset. Si vocalis post ܝ posita corripitur, ܝ cum praecedente *ă* diphthongescit, itaque oriuntur formae ܩܰܝܡܰܬ݂ qaimaϑ, ܢܩܰܝܡܽܘܢ neqaimun pro qayyemaϑ, neqayyemun.

4) Post omnes semivocales ܘ evanescit, et insequens vocalis producitur, *ă* in *å*, *ĕ* in *î*, *ŭ* in *û*. Ita dicitur ܩܘܳܡ pro qewam, ܐܶܬ݂ܬܫܺܝܘܶܝ pro éϑšewey[1]), ܫܘܽܘܡ pro šewŭm. Sonus *ewî* abit in *î* ܩܺܝܡ = qewîm ut ܩܺܝܡܳܐ.

---

1) Cum in his formis maxima contractio invasisset, detrimentum tali modo compensaverunt Aramaei, ut ܬ praefixi geminarent, ܐܶܬ݁ܬ݁ܩܺܝܡ ponentes pro éϑqîm, eodem modo אִתְּקַם (cum dageš ת) אִתְּקֵם, אִתַּקִּים. In éϑpaʿal, ubi tres radicales servatae sunt, haec geminatio locum non habet ܐܶܬ݂ܩܰܝܰܡ, אִתְקַיַּם. Neque haec est orthographiae singularitas sed compensatio e rei natura necessaria.

5) Post consonas ܘ evanescit et vocalis *ă* in *å*, *ĕ* in *î*, *ŭ* in *û* producitur. Tali modo procedit ܡܩܘܡ ex meqwam, ܐܫܘܝ ex åšweγ, ܢܫܘܝ ex našweγ[1]), ܢܘܢ ex neδwun.

6) Diphthongescit ܘ in media voce, si vocalis *ă* praecedit, neque ܘ ipsum vocali utitur, ܩܘܡܐ qaumå, ܪܘܡܐ raumå. Cum praecedente *ĕ* (*ĭ*) mutatur in *î*, ܡܫܝܬܐ panni rad. ܫܘܝ, ܥܝܕܐ festum rad. عاد proprie periodus pro šiwgå, ʒiwdå, cum praecedente *ŭ* coalescit in *û*, ܪܘܚܐ, ܢܘܪܐ pro ruwħå, nuwrå.

7) Ejicitur sine omni compensatione in derivatis, in quibus tota radix geminata est ܪܡܪܡ elevavit, rad. ܪܘܡ, ܥܝܕܥܕ festum celebravit rad. ܥܘܕ.

8) Denique notandum est in radicibus quibusdam ut ܚܘܪ albus fuit, ܬܘܗ obstupuit, ܘ hasce mutationes omnino non, aut non omnes subire. Hoc cadit in omnes eas radices quorum ultima radicalis est ܐ ex ܝ exorta, ut ܐܘܝ conjunxit, ܪܘܐ tumuit, ܚܘܝ indicavit al.

9) Si ܘ tertia radicalis fuit, semper in ܐ et ܝ abiit, de quarum mutationibus I. 3. et II, 3—7 egimus.

IV. Mutationes vocalium et consonarum ܐ, ܝ, ܘ haec exhibet tabula:

---

1) Vocalis *ă* in ܐܫܘܝ, ܐܩܘܡܠܗ est semivocalis ħaṭeφ paϑaħ §. 36. I. not. [1]) propter ܐ gutturale posita, si vero aliud adest praefixum, ܢܩܘܡ, ܡܫܘܝ legitimo modo corripitur §. 13. A. I.

Exoritur syriacum	ex antiquiore.
A. *'au* ܐܳܘ	'a' ܐܳܘܟܶܠ ex 'a'kel.
'e ܐܶ	a'a, a'i ܫܳܐܶܠ ex ša'ala, ܒܳܐܶܫ ex ba'iša بَئِيس.
B. *e*	iy, îy ܓܠܳܐ ex gâliyu, ܓܒܳܐ ex geβîyu, apocopato ŭ.
î	eye (iya) si praecedit syllaba aperta, aut syllaba cum semivocali: ܓܠܶܝܬܳܐ ex gâleyeϑâ. eya, ܥܶܝܢ ex ʒeyan. îye (îya, iyya) ܓܒܶܝܬܳܐ ex geβiyeϑâ. aye (aya) ܡܫܰܬܶܝܗܘܢ ex maštayehun ܩܳܛܠܶܝܢ ex qaṭlaya.
â	*ya* ܡܣܳܡ ex mesyam. *ay* ܡܢܳܬܳܐ ex menaytâ } ex *aya* primum vocalis finalis *a* apocopata est. *aya* ܪܳܡܳܐ ex ramaya }
û	uy ܡܚܽܘܬܳܐ ex mehuytâ.
ai	eye (aya) ܡܰܨܠܶܝܢ, ܡܰܨܠܝܳܬܳܐ ex maslayâ, maslayaϑâ.
ya	eya (aya) post syllabam cum semivocali ܓܰܠܶܝܬ ex gallayaϑ.
yâ	eyâ (iyâ, ayâ) ܓܠܝܳܐ ex gâliyâ. îyâ ܓܒܺܝܳܐ ex gabîyâ.
C. *â*	wa, ܡܩܳܡ ex meqwam. ewa, ܩܳܡ ex qewam.
î	we ܢܩܺܝܡ ex naqwem. ewe ܐܶܬܬܩܺܝܡ ex eϑqewem. (iw) ew + consona ܥܺܐܕܳܐ ex ʒiwdâ. ewî ܩܺܝܡ ex qewîm.
û	wu, ܢܩܽܘܡ neqwum. ewu ܩܽܘܡ impert. ex qewum. uw + conson. ܪܽܘܚܳܐ ex ruwhâ.
au	aw + consona ܪܰܘܡܳܐ ex rawmâ.
ayye, *ayyâ*	awwe, awwâ, ܩܰܝܶܡ ex qawwem, ܡܩܰܝܡܽܘܗ ex meqawwâmu.
ây	âwi ܩܳܝܡܳܐ ex qâwimâ.

Adnot. Apparet Aramaeos in terminationibus participiorum *yâ*, *ai* ut ܡܓܰܠܝܳܐ, ܡܓܰܠܶܝܢ antiquiores formas servasse quam Arabes, qui tales terminationes ex iyŭ, ayŭ, exortas in ĭ et ă contrahunt, رَامٍ, مُرْضًى ut nunationem servent.

§. 38.

Tonus ejusqne mutatio.

I. In vocibus syriacis tonum ferre solet syllaba penultima, quod inde a Ludovico de Dieu grammatici recte docuerunt, et quod Stoddarti de lingua neosyriaca disserentis testimonio confirmatur. Ita enim dicit p. 20: It is almost a universal rule, that the primary accent is on the penult, and the secondary accent on the ante-penult. So strong is the tendency in this direction, that a beginner in English will come and ask for the Pee-póv-day, meaning by this the little book called Peep of Day.

Linguae syriacae accentus in universum convenit cum accentu Arabum, qui penultimam acuunt si longa est, antepenultimam vero si penultima brevis est. Jam cum apud Syros ultima vocalis simplex apocopetur, nunatio vero in terminatione status determinati *å* servata sit, voces eae tantum quarum ultima (olim penultima) longa est, eam acuunt, si vero ultima brevis est, penultima accentum habet. In statu determinato vero brevis vocalis, si olim ante terminationem *å* locum habuit, excidit, syllaba igitur, quae tonum ferens ab initio antepenultima fuit, jam nunc penultima facta est.

Tali modo dicitur ܡܰܠܟܳܐ málkå = málikū, ܩܳܛܶܠܬܳܐ qåtéltå = qâtílatū, ܪܰܚܡܳܢܳܐ rahmånå = rahmānū, deinde vero ܪܰܚܡܳܢ rahmån, ܡܰܠܟܺܝܢ malkín = malikîna, ܡܳܐܬܶܝܢ matén = mi'ataíni etc. Itaque exoriuntur regulae hae:

A. In statu determinato nominum penultima acuitur ܓܰܒܪܳܐ gáβrå, ܡܰܠܟܽܘܬܳܐ malkúϑå, etiam si ܙeṣåṣå karyå praecedit ut ܐ̱ܢܳܫܳܐ.

B. Ita et in omnibus aliis formis si ultima brevis, est penultima acuitur ܢܶܒܽܘܙ nébboz, ܩܶܛܠܶܬ qéṭleϑ, ܩܶܛܠܰܬ qéṭlaϑ cf. §. 13. B. II. c. d., ܣܳܥܶܕ så'γeδ.

C. Si vero ultima longa est, accentum fert, id quod potissimum locum habet in terminationibus grammaticis ـܺܝܢ, ـܽܘܢ, ـܶܝܢ, ـܘܽܢ, ـܟܽܘܢ et in statu constr. et abs. nominum formarum ܩܛܺܝܠ, ܩܛܽܘܠ, ܩܰܛܳܠ, ܩܰܛܺܝܠ, ܡܰܩܛܽܘܠ, ܐܶܬܩܛܺܝܠ, ܐܶܬܩܛܽܘܠ, ܩܰܛܳܠ, ܡܰܠܟܽܘܬ, ܩܽܘܡ (ex ܩܽܘܡܳܐ).

D. Nomina et verba quae brevem tantum habent vocalem et semivocalem, necessario brevem acuunt, ܩܛܰܠ qeṭál, ܡܠܶܟ meléχ etc.

E. Voces quae per mehaggyånae vocalem augentur tonum non mutasse videntur ܕܶܚܶܠܬܳܐ déheleϑå.

F. Si verbis auxiliare ܗܘܳܐ et ܐܢܳܐ additur, utraque vox cum verbo ita coalescit, ut ejus ultima syllaba videatur, itaque acuitur syllaba quae posita est ante *wå* et *nå*, ac dicitur ܐܳܬܶܐ ܗܘܳܐ 'åϑé-wå, ܐܳܡܰܪ ܐܢܳܐ 'åmár-nå.

G. In vocibus exteris, praecipue *Graecis*, si ultima aut penultima tonum habebat, apud Syros in eadem syllaba manebat, uti *εὐχαριστία* ܐܶܘܟܰܪܺܝܣܛܺܝܰܐ ėwχaristía; *βασιλεῖος* ܒܰܣܺܝܠܺܝܘܳܣ basilíos; si vero Graeci antepenultimae tonum tribuerent, Syri eum, quia in illa syllaba poni nequibat, penultimae dare solebant, ut *εὐαγγέλιον* ܐܶܘܰܢܓܶܠܺܝܘܿܢ, evangelíon.

Adnot. 1. Antiquissimi grammatici Syria ipsa oriundi hanc rem omnino praetermiserunt, ita ut neque Maronitae neque quisquam eorum, quibus contigit a Syris institui magistris, eam ne verbo quidem commemoraverint. *Barhebraeus* vero de *rhetorico,* qui dicitur, tono praecepit[1]), sed haec memoratu digniora non tetigit. Itaque *Crinesius*[2]), *Dilherr*[3]), alii, Hebraeorum pronunciationem in Syriacis quoque adhibendam nimis temere opinati sunt. Etenim hujus dialecti cognatae analogia certa non constituitur regula; rectius ad Arabicam dialectum respicitur. Alii vero, *Ludovico de Dieu* praeeunte[4]) de accentu regulas proposuerunt[5]).

Adnot. 2. Quae sub C. diximus de formis, quarum ultima acuitur, non pugnant cum Stoddarti regula, quippe qui non dicit omnes sed *fere* omnes voces accentum habere in penultima. (It is *almost* a universal rule.) Cur Hoffmannus praecedentes grammaticos secutus docuerit, ultimam syllabam in perf. verborum ܝܬܒ ܝܬܶܒ ītéβ et in iis formis quae exeunt in consonam vocali destitutam ut ܪܳܕܰܚ råϑáh, ܡܰܠܟܰܝ̈ malkaí acuendam esse, ignoro. Ipsa syllabae ye in ī mutatio in verbis ܝܬܒ mihi contrarium videtur probare, ceterum vero norma arabica est adhibenda.

1) Gramm. metr. ed. Berth. p. 86 agit *de mensura et tenoribus in orationis lectionibus* ܥܰܠ ܡܫܽܘܚܬܳܐ ܘܡܬܺܝܚܽܘܬܳܐ ܕܡܶܠܶܐ ܕܡܰܩܪܝܳܢܳܐ.

2) Gymnas. Syriac. Lib. I. cap. VI.

3) Rudiment. grammat. Syr. p. 25.

4) Gramm. lingg. orientt. harmonic. p. 55 sq.

5) *Dilherr*, Rudiment. gr. Syr. p. 23. sq. *Hottinger*, Rudiment. gramm. harmon. p. 16. *Leusden*, Schol. syr. p. 33. *Grafunder*, Gram. Syr. p. 19. *Cellarius*, Porta syr. 9. *Opitii* Syriasmus p. 24. *C. B. Michaelis* Syriasmus p. 29. *Joh. D. Michaelis* Gram. syr. p. 49.

PARS SECUNDA.

DE VOCUM DERIVATIONE ET FLEXIONE.

Caput primum.

Introductio.

§. 39.

De totius libri dispositione.

I. Absoluta disputatione de consonarum et vocalium natura, de earum in syllabas, deque syllabarum in voces compositione, transeundum est ad descriptionem formarum etymologicarum, quas singulae voces obtinent, deinde docendum est quomodo formae illae etymologicae, quae orationis quasi sunt elementa, ubi in enunciatis inter sese conjunguntur, sint immutandae. Prius complectitur theoria derivationis, posterius theoria flexionis. Ex dictis apparet grammaticam proprie ita esse adornandam, ut primo loco leges derivationis proponantur omniumque formarum quae in lingua inveniuntur conspectus exhibeatur, deinde harum formarum flexio explicetur, sed cum in grammatica tali modo res arctissime cohaerentes separentur, usus practici rationem habentes aliam inibimus viam. Nam cum vocum diversa sint genera haud magnum etiam systemati philosophico inferet detrimentum, si cujusvis generis derivationem et flexionem seorsim tractamus, ne variorum generum in derivatione et flexione conjunctio discentibus majorem praebeat difficultatem quam commodum.

II. Quot vero vocum sint genera, intellegitur ex analysi enunciati simplicis et compositi. Constat enim enunciatum simplex duabus partibus, quarum una id continet de quo aliquid dicitur (subjectum), altera vero id quod dicitur (praedicatum). Utrique enunciatorum parti proprium vocum genus destinatum est, itaque subjecti vices gerunt nomina, quae res per se spectatas designant

dum vis praedicandi inhaeret verbis, quae res (actionem et statum) designant, quatenus ad res alias pertinent, quae subjecto indicantur. Duabus his vocum classibus tota vocabulorum copia complectitur, si accurate examinantur, nam quae praeterea exstant classes, voces inter sese et enunciata singula conjungentes (conjunctiones, adverbia, praepositiones), omnes, cum originem spectes, nominibus adnumerabis. Nihilominus hae voces, quae flecti non possunt et primitivam nominis formam propter frequentem usum corruptae dudum amiserunt, in grammatica semitica conjungi solent, tertiamque constituunt classem particularum, id quod propter caussas practicas nos quoque retinebimus. Distinguimus igitur cum ipsis Orientalibus vocum genera tria, scilicet nomen ܫܡܐ, اِسْم, verbum ܡܠܬܐ, فِعْل, et particulas ܐܣܘܪ̈ܐ, حُرُوف.

Adnot. Haec grammatica vocum distinctio ab Arabibus ad Syros pervenisse videtur, nam recentiores grammatici Barhebraeus, Amira, Abraham Echell., Isaac Sciadr., Joseph Acur. eam sequuntur, cum antiquiores Grammatici Johannes Stylita (circa 830) et Elias bar Šinåyå c. 1049 septem orationis partes distinxerint, Amir. p. 56. Septem orationes partes enumerat etiam Johannes bar Zuʿbi circa 1200 Ass. B. O. III. 1, p. 308. II. 455, et Barhebraeus, qui pronomina, adverbia et adjectiva nomini ܫܡܐ adnumerat, praepositiones vero particulis ܐܣܘܪ̈ܐ ed. Berth. p. 5, dicit quatuor illas partes, praeter ܫܡܐ, ܡܠܬܐ et ܐܣܘܪ̈ܐ ab *antiquioribus* grammaticis esse propositas ܐܘܪ̈ܚܐ ܩܘ̈ܫܠܝܐ ܐܣܘܪ̈ܐ ܫܘܚܠܦ ܩܢܘܡܐ. Tali modo Arabes ut Hebraeorum ita et Syrorum in grammatica fuere doctores, quorum praecepta Aristarchi doctrinae, qui excepto articulo septem distinxerat orationis partes (col. Aegidii Menagii observationes in Diogenem Laertium p. 288), in linguis semiticis multum praestant. Amiram octavam partem interjectiones addentem non est quod refutemus.

III. Quonam ordine nomina et verba in grammatica tractantur, nullius est momenti, et quomodocumque in linguis semiticis rem adgrederis, nec verborum flexionem explicare poteris, quin ad nominum analogiam respicias, nec nominum derivationem perspicies, quin varias verborum derivatas formas mente teneas. Itaque non est quod recedamus a consuetudine recepta, qua in linguis semiticis primo loco verba solent tractari. Verborum paradigma-

tibus addi solent derivata quaedam nominalia, nomen actionis dico (infinitivus), deinde genus unum nominis actoris (participium activum) et nominis descriptivi صِفَةٌ seu possessivi (participium passivum), id quod eo facilius ferri potest, cum etiam in syntaxi horum participiorum usus est in effingendis formulis praedicativis, quae in linguis indogermanicis, tataricis al. forma speciali praesente et perfecto exprimuntur, quibus Semitae egent. Nos igitur primo loco voces praedicativas, verba, proponemus, deinde voces subjecta designantes[1]), nomina, denique de particulis erit sermo, quae cum ad nomen pertineant non tractari possunt nisi absoluta doctrina de nomine.

IV. Jam si quinam sit flexionis ambitus quaeritur, in nomine Syri flexione designant genus et numerum, iisdemque flexionibus etiam verba utuntur. Eae vero nominum relationes quae mutatione vocalis finalis in lingua arabica antiqua notabantur, *declinatio*, scilicet relatio nominis recti ad nomen regens (genetivus) et relatio nominis recti (objecti) ad praedicatum regens (accusativus), in lingua syriaca externa formae mutatione non amplius significantur. E contrario vero flexionem nominis Syri sibi excoluerunt, quam reliquae stirpis semiticae propagines non habent, dum in verbis id flexionis genus, in quo summa Arabismi vis et elegantia est posita, quod etiam Aethiopes et Hebraei partim sibi servaverunt, prorsus amiserunt, imperfectum dico apocopatum, energicum etc., quod syriace in sola voce ܢܗܐ = ܢܗܘܐ servatum est. At quaenam sint flexiones verbis propriae et nominibus, id ex utriusque vocum generis interna natura explicandum est, qua fit ut alterum subjecta designet, alterum praedicata. Nam in subjecto opus est designari, utrum sit notum et determinatum per se, an determinatum per aliud nomen genetivo appositum, an denique omnino sit indeterminatum, itaque cum Syri has definitiones flexione designent tres oriuntur formae, seu ut dici solet status, determinatus, quem antiquiores grammatici appellaverunt emphaticum,

---

1) Per se intellegitur, hic quoque a potiori fieri denominationem, nomina enim praedicati locum saepe habent, nec tantum subjecta designant, at vice versa verba nunquam subjectum efficere possunt, ita ut nihilo minus utriusque generis natura aliter definiri nequeat nisi cum dicatur: verbum est ea orationis pars, qua aliquid praedicatur, nomen vero ea, de qua aliquid praedicatur, qua tamen etiam aliquid praedicari potest.

indeterminatus (aliis absolutus, sed male), denique constructus, et omnes hi status in utroque genere et numero adhibentur. In verbo vero, quod res designat quatenus ad alias pertinent, seu eis conveniunt, necessario formae inter sese diversae oriuntur cum hominibus non sufficiat explicare tantum, quid factum sit, sed saepissime dicendum sit de rebus praesentibus, futuris, faciendis, exoptatis etc., et his accuratioribus praedicati definitionibus inserviunt variae formae, tempora et modi, quarum Syri tres tantum habent, perfectum, imperfectum, imperativum. Praeterea vero formis specialibus indicatur, utrum subjectum id ad quod redit verbum absit, an adsit eo loco, ubi de eo est sermo, et relatio prior exprimitur forma absentia indicante, 3. pers. ٱلْغَائِبُ, הַנִּסְתָּר. Jam si inter subjecta quae adsunt ea relatio locum habet, ut inter ea colloquium instituatur, necessario alterum ab altero erat distinguendum, itaque subjectum loquens sese distinguit a subjecto cui loquitur, aliamque de se ipso adhibet formam 1. pers. ٱلْمُتَكَلِّمُ, הַמְּדַבֵּר, aliam de eo, cui loquitur, 2. pers. ٱلْمُخَاطَبُ, הַנּוֹכַח. Praeterea, quod proprie non erat necessarium, in secunda et tertia persona genus distinguitur, non autem in prima, quam audientes oculis adspiciebant. Flexiones igitur verbo convenientes, prout eorum postulat natura, sunt tempora, modi, personae; numerus eodem modo ut nomini iis convenit, quod si vero genus indicatur, quod neque in nomine necessarium est, linguae habes formam pulcram quidem sed supervacaneam.

V. In iis quae praecedunt nos ab analysi enunciati profecti, statim de vocibus egimus, earum classes distinximus, harum classium flexiones enumeravimus, veram autem vocum originem ne verbo quidem tetigimus, id tantum statuentes unam classem res designare per se spectatas, alteram quatenus ad alias pertineant. Jam cum tali modo aeque verbis et nominibus non *notiones in universum* significentur, verum *notiones sub certis attributis,* necessario cogitandum est de sonorum complexu, qui notionem puram putam exprimit, nondum certis attributis conjunctam. Si ex. gr. *ǵána* vir, *ǵání, qvêns, queen* mulier, *ǵanitâ'r* genitor, *γενέτωρ, ǵantú* animal, *γένος,* genus, quibus omnibus inhaeret notio generandi sub variis attributis, inter sese comparantur, si inter sese conjunguntur ܝܠܕܬ peperit, ܐܘܠܕ generavit, ܡܘܠܕܢܐ generator, ܡܘܠܕܐ

generatus, filius, ܡܰܘܠܳܕܳܐ generatio, תּוֹלֶדֶת generatio, مِيلَادٌ tempus natale, مُوَلِّدَةٌ obstetrix, quibus eadem notio inhaeret sub diversis attributis, quae formis derivationis indicantur, — non possumus quin statuamus, omnibus his vocibus subesse sonorum complexum quendam, qui puram putam exprimit notionem generandi, e quo ut complures rami ex eodem trunco, complures processerunt voces. Hunc sonorum complexum, in priore exemplo *gan*, in secundo *wld* appellamus radicem, in qua indistincte latent significationes variae aeque ac categoriae universales nominis et verbi, quae deinde inter sese variis formis distinguuntur.

VI. A describenda *radice* omnis grammatica philosophiae legibus accommodata exordium faciat necesse est, descriptionem radicis excipiant leges de origine formarum, quas singulae voces obtinent, *derivatio*, denique addatur enumeratio earum mutationum, quibus singulae voces in enunciato ipso sensus specialissimi exprimendi caussa afficiuntur, *flexio*. *Radices* ita efficiunt quasi auream materiam, e qua singuli globuli et annuli orationis concatenatae, i. e. singulae *voces* secundum certum aliquod schema in suam formam conficiuntur, denique *flexiones* sunt instar uncis, quibus globuli illi et annuli in unam seriem torquis connectuntur (cf. نَظْم et phrasin persicam دُرّ سُفْتن), aut si alia imagine utimur, *radices* sunt substantia, *derivatio* attributum, *flexio* modus. — Ab hac ratione rem tractandi nos tamen usum practicum respicientes in eo recedemus, quod verba et nomina seorsim proponemus, ac deinde prout postulat docendi facilitas canones flexionis generales trademus antequam formae derivationis enumerantur.

Haec omnia vero praecedit doctrina de radice.

Caput secundum.

De radicibus et germinibus.

§. 40.

De radicum indole et divisione.

I. Radices linguarum semiticarum, quarum singulae voces hodie omnes fere tribus constant consonis cum earum vocalibus, antiquissimo tempore duabus tantum vel una consona cum vocali constitisse, ex multis colligitur vestigiis. At jam antequam varii stirpis semiticae populi sese separaverunt atque alii alias occupavere terras, simplex haec radicis forma, quam populi indogermanici nunquam amiserunt, ab illis mutata et vario modo aucta est. Scilicet eam sibi imposuere legem, ut omnis radix ad numerum trium consonarum eveheretur, quae vocibus in lingua usitatis subjacent. Hanc rem qui accuratius contemplantur, non poterunt non intellegere, necessario res maxime diversas, radices scilicet monosyllabicas bilitterales vel una tantum consona cum vocali constantes, earumque propagines trilitterales bisyllabicas vel trisyllabicas variis nominibus esse designandas, et ita quidem, ut nominibus simul indicetur in formis illis monosyllabicis antiquiorem linguae latere statum, e quo serior forma nobis nota profecta est. Jam cum imagine satis perspicua formae trilitterales hodie ab omnibus appellentur radices, nos comparationem linguae cum planta persequentes formas bilitterales appellandas censemus germina[1]), itaque sicuti e germine radix, e radice surculi, e surculis folia procedunt, eodem modo e forma bilitterali (germine) exoriuntur trilitterales (radices), e trilitteralibus certo vocalismo instructis stirpes verborum et nominum, denique accedente terminatione flexionis singula vocabula. Germen igitur si est קץ cum notione *dividendi*, *secandi*, ex hoc germine magna radicum copia procedit קצץ, קצא, קצב, קצד, קצו, קצל, קצם, קצן, unde קָצִין judex, quod non a قضى potest derivari, קצע, קצף, קצר, קוץ et aliae fortasse. Hae radices vocalibus suis instructae vocum stirpes efficiunt, et vocales indices

1) Omne simile claudicat, ita et nomen a me propositum, quod libenter mutabo, si quis meliorem invenerit titulum.

notionis esse infra saepius videbimus, itaque habes قَصّ, قِصّ, قُصّ unde accedente flexionis nota قَصَّ *resecuit,* قَصٌّ resectio, lana ovis detonsa, قِصَّةٌ *historia,* قُصَّةٌ *capillus frontis* a secando denominatus, קֵץ *finis* ex qiṣṣū, ܩܨ pro qaṣṣa *pactus est* = כָּרַת בְּרִית, ܩܨܘܝܐ *tonsor,* ቀጠለ *secando aptavit,* ቀጸቀጸ *disrumpi dolore,* قَصَبَ, קָצַב *amputavit,* fregit, ܩܨܒܐ *lanio, coquus* proprie sector, قَصَّابَةٌ *obtrectator,* قَصَدَ n. a. قَصْدٌ *fregit lignum,* قِصْدَةٌ *fragmentum rei,* قَصَى *distitit,* קָצֶה = qaṣwū *extremitas,* ܩܨܝܐ *fragmentum,* ܩܨܝܐ *fractura, usura* (cf. נֶשֶׁךְ), ቀጸል *frons,* ቀጸለ *frondosus,* proprie in ramos seu folia divisus cf. סָעַף divisit et ܫܪܟܦ germinavit, ܫܪܟܦܬܐ rami[1]), قَصَلَ *secuit,* passiv. ܐܬܩܨܠ, قِصْلٌ *partes quae mundando a tritico separantur,* قَصَمَ *fregit,* قِصْمٌ *fragmentum,* قَصَفَ *fregit navem procella,* ܩܨܦ *invidit* cf. قَصَّابَةٌ, קֶצֶף = qaṣpū *vimen, sarmenta,* קָצַע *incîdit,* مِقْصَعٌ *gladius secans,* ܩܨܘܐ, ܩܨܘܐ *frangens,* قَصَرَ *praecidit,* קָצַר *brevem,* proprie amputatum esse, قَصْرٌ *arx,* locus septus, ab aliis separatus, unde ቀጸረ *circumsepire* proprie separare, קָצִיר *resectio, messis,* קוֹץ *spina* fortasse etiam قاض med. و *diruit,* resolvit in partes, قَاضَ med. ى *rupit,* ruptus est اَلشَّقُّ et اَلِانْشِقَاقُ.

Ex hoc exemplo intellegitur ad augendum germen tertiam addi consonam, quae modo in fine modo in media voce inseritur; et omnes fere consonas in hunc usum adhiberi, unum germen qaṣ monstrat, quod augetur consonis א, ב, ד, ו, י, ל, מ, נ, ע, פ, צ, ר, ita ut duodecim inde procedant radices, e quibus exoritur magna vocum copia. Cur reliquae consonae ח; ג, כ; ז, ס, שׂ; ה, ח; hîc non appareant, e quibus certe ultimae adhiberi potuissent, infra VI. explicatur.

---

1) Cf. Schol. ad Ibn Doraidi Maqṣuram vs. 1: سمى الشجر شجرا لاختلاف اغصانه ومنه اشتجرت الرماح اذا اختلفت بالطعن وقد شجر بينهم امر اذا اختلف قال الله تعالى حتى يحكموك فيما شجر بينهم. Sur. 4, 68

II. Hanc quam descripsimus radicum semiticarum conditionem, si quis comparaverit cum indole linguae indogermanicae, statim videbit, aliam esse radicis naturam in utroque linguarum genere, scilicet quae apud Indogermanos dicitur râdix apud Semitas est germen, *eo tamen discrimine, quod radix indogermanica certe utitur vocali, id quod in germine semitico non locum habet*, ea verum consonarum compositio, quam nos radicem appellamus, est thema grammaticae indogermanicae. Ceterum nihil est nisi abstracta grammaticorum idea, quae proferri non potest, nam simulatque addis vocales jam non habes *radicem* sed *formam vocis*, qua in re nihil interest, utrum haec vox usitata sit in lingua nec ne. Radicum e germine processus conferri quodammodo potest cum origine stirpium indogermanicarum e radice, sicuti e ǵar जॄ *conteri*, procedit ǵárâmi, ǵîryâmi, ǵṛṇâmi, ǵâráyâmi, verum quantum inter utrumque derivationis genus sit discrimen, etsi coecum tamen lippum non fugiet. Hoc dictum volo iis, qui inviti quidem quantopere in flexione Semitae recedant ab Indogermanis intellegentes, ad „radices" seu potius germina confugiunt, quae cum radicibus indogermanicis comparare indomita libidine conantur. *Etiam in germinibus linguarum semiticarum indoles recedit a natura radicum indogermanicarum*, et hujusmodi comparationes eo magis incertae sunt, cum hodie analysis radicum semiticarum in sua germina vix inceperit nedum perfecta sit. Antequam vero de germinum semiticorum indole et natura certi quid cognitum erit, oleum et operam perdent, qui ea comparant cum radicibus seu indogermanicis, seu copticis seu tataricis cet., ac tales comparationes lusus potius puerilis videntur, quam studium serium et dignum historiae linguarum. Illa vero ipsa radicum in germina analysis summis laborat difficultatibus, itaque eo magis videtur necessarium recta constituere principia ad hocce opus perficiendum. Quae principia derivanda sunt ex analysi radicum plurilitteralium.

III. Scilicet ea ipsa vis, quae e germinibus procreavit radices, has quoque iterum auxit et formas produxit quadrilitterales et quinquelitterales, quae si accurate explicantur, leges, quas lingua in excolendis germinibus secuta est, aliquo modo illustrabuntur. Una res quae ponitur ad adstruendam theoriam nostram haec est, ut statuamus etiam in primitivo linguarum statu easdem vires efficaces fuisse, quas etiamnunc videmus, et haec hypothesis rationi

et historiae magis sane convenit, quam contraria, quae nescio quas vires miraculosas inducit, quae antiquitus viguisse dicuntur, quarum tamen efficacia procedente tempore evanuerit. Jam cum radices plurilitterales, quod in confesso est, recentiori aetati debeantur, ex illis leges formationis antiquioris quoque illustrantur.

Accuratior radicum quadrilitteralium analysis docet[1]), hasce formas non exortas esse per compositionem sive per synaloephen duarum formarum trilitteralium tali modo, ut ex *a b c* et *a b d* procedat nova forma *a b c d*, quemadmodum חֶרְמֵשׁ *falx* ex خرم, et חרשׁ *secare* conflatum volebant et ארנבת ex ארה et ניב. Quae enim hujusmodi inveniuntur formae, de quarum synaloepha dubitari nequit, ut حَمْدَلَ dixit الحمد لله, بَسْمَلَ dixit بِسْمِ ٱللّٰهِ, وَشْحَلَ dixit واش حالك واش انت, *quomodo te habes et quis est status tuus*, حَيْعَلَ dixit حَيَّ عَلَى الصلاة; حَوْلَقَ et حَوْقَلَ dixit لا حول ولا قوة الا بالله, ܟܰܬܶܫ adversarius fuit (ex ܟܬܫܐܠܐ), ܐܶܬܚܰܪܡ solitarius factus est (ex ܚܰܪܡܐ), eae omnes aliam compositionis monstrant indolem et praeterea rariores sunt, quam ut in earum origine et formatione lex derivationis universalis possit latere. Eam potius initam videmus rationem, ut elementa radicis trilitteralis vario modo reduplicata sint aut aucta per consonas additas, qua in re intellegi hodie nequit, cur haec vel illa adhibita sit consona; consonis enim propriam inhaerere significationem ab omni veri specie alienum est neque exemplis potest comprobari. Formationes nonnullae hujus generis adeo usitatae sunt, ut in numerum derivationem regularium sint receptae, e. g. piʾlel اِفْعَلَّ, pamʾel قَمْطَرَ, quod aliis non accidit, quamvis principium derivationis in omnibus sit idem §. 54, IV.

Ea vero quae de origine legali plurilitteralium observasse nobis videmur haec sunt:

1) Hac de re egerunt Gesenius Lehrgeb. p. 861, qui plurima recte vidit, tamen synaloephen duarum trilitteralium negare non audet, et C. B. Michaelis lum. syr. Multa egregie congessit F. Dietrich in libro cui inscripsit Abhandlungen für semit. Wortforschung, Leipz. 1844 p. 282. E. Meier in libro Hebr. Wurzelwörterbuch, Mannheim 1845, p. 641, qui plurima quadrilitteralia ex dissimilatione formae piʾelicae derivat, reliqua ex variis reduplicationibus exorta censet, qua in re vero coactus est permutationes et dissimilationes admittere quas certa inductione non comprobavit. E. c. גבעל ex גבגל reduplicato ג, צנתר ex צנצר, סמדר ex סמסר profectum esse conicit, nec tamen commutationem consonarum ג et ע, ת et צ, ד et ס exemplis adstruxit.

A. *Augetur radix trilitteralis elementis ex ipsa radice desumptis*, quod augmenti genus in universum *reduplicatio* est appellandum, et geminatur quidem aeque media et tertia radicalis[1]). Reduplicatione mediae radicalis oriuntur formae paɜel cum derivatis et nomina pleraque, in quibus eodem modo ut in forma paɜel notio radicis vi aucta usurpatur. Reduplicatione ultimae radicalis vero procedunt piɜlel, arab. IX., XI. cum cognatis aliarum dialectorum formis et nomina haud pauca; vis primitiva hujus formationis ea nobis videtur fuisse, ut repetitio actionis radice designatae indicetur. In universum igitur formae mediae geminatae sunt *intensivae*, tertiae geminatae vero *iterativae*, qua in re cernitur indoles derivationis semiticae symbolica, qua populi illi semitici nixi sunt externo modo praesidiis in ipsa lingua positis i. e. amplificatione seu correptione sonorum, eas notionum affectiones repraesentare auribus, quas in ipso pectore sentiebant, ideoque exprimenda censebant[2]).

---

1) Monendum videtur in linguis semiticis reduplicationem nonnisi in media et extrema voce locum habere, cum e contrario in linguis indogermanicis reduplicatio ab initio tantum vocis adhibeatur.

2) Tota Semitarum in derivatione ratio optime illustratur comparata arte musica. Nam sicut thema musicum ex certo quodam animi affectu procedit, cujus quasi est echo, ita etiam radices immediate ex animo processerunt, cujus affectiones quodam sonorum complexu ita exprimuntur, ut secretus sit inter affectum et sonum nexus: scil. hic quoque sonus quasi est echo affectionis animi. Deinde sicut idem thema musicum cum varia mensura tum variis instrumentis adhibitis multifarie immutatur ac, quamvis suam semper retineat indolem, tamen vario modo auditores afficit, ita etiam radices, quarum una alterave consona geminatur, aut quibus novae consonae adduntur, modo hunc modo illum affectum in auditoribus producunt. Atque hac in caussa patet etsi magnum tamen finitum esse numerum geminationum et insertionum, ita ut hic tempore et consuetudine paullatim ex primitiva formandi licentia certa lex processerit, qua certis formandi rationibus etiam certae mutationes ideae radice indicatae respondent. Denique sicuti thema musicum pro indole concentus et harmoniae modo hunc modo illum affectum in auditoribus producit, ita etiam vocalismi natura fert, ut alia radicis affectio in qaṭṭâl percipiatur, alia in qaṭṭîl et qaṭṭûl. Symbolicus hic vocalium usus per totam derivationem semiticam extenditur, cujus hoc est proprium, ut vocalis *a*, *â* media sit. quae aeque in masculino ac feminino §. 43, III. in nominibus actoris et descriptivis etc. adhibetur, cum vocales *i*, *î*, *u*, *û*, sibi utraeque eodem modo opponantur, uti etiam vim habent vocali *a* contrariam. Quae omnia cum hic ulterius prosequi non possimus, alio loco tractanda relinquimus. Hoc tamen dicendum putamus, nostram de origine radicum (germinum) semiticarum sententiam aeque abesse ab eorum opinione, qui originem linguae onomatopoëticam adstruunt, atque ab eorum, qui ridicula sane ratione originem radicum ex pactione hominum primitivorum derivare audent, qua in re, cum homines illi primitivi linguam h. e. medium quo pactio potuisset fieri, non-

Hujus reduplicationis exempla ut זמר, سَوْدَدٌ, رِقْلٌ etc. afferri non opus est, cum quaevis lexici pagina magnum numerum praebeat, memoria tamen dignum videtur, in duabus certe dialectis, amharicam dico et tigréam, geminationem mediae radicalis interdum resolvi, uti *taqadadama* pro *taqaddama* invicem operam dare, ut alter alterum praecedat, et *tasararaqa* sibi invicem furtum facere.

Praeterquod *aut media aut tertia* radicalis iteratur, etiam utraque consona potest repeti, quo facto oritur forma quinquelitteralis קטלטל cujus exempla afferre, cum notissima sint, non operae pretium est.

B. Augetur radix elementis quae in radice non sunt et quidem a) vocalibus b) consonis.

a) Vocalis sive diphthongus post primam radicalem inseritur et huc pertinent formae qâṭl, Poʿel, ar. III., qaiṭl, qauṭl §. 56, B, 4; exempla in quibus radices per vocalem post secundam radicalem auctae basin derivationis efficiunt non adsunt[1]).

Adnot. 1. Quomodo ex geminatione per dissimilationem novae consonae exoriantur §. 26, II. docuimus. Eodem modo ex diphthongis primam radicalem sequentibus consonae procedunt §. 56. I. B. 4.

Adnot. 2. In formandis quadrilitteralibus etiam utraque ratio adhibetur, reduplicatio et insertio vocalis, uti in arab. XII. اخشوشن durus fuit, اِفْعَوْعَمَ plenus fuit.

b) Adduntur radici consonae et quidem

1) in fine. Expl. √هذر deliravit in sermone, هذرب multiloquus fuit, cf. هذرف et هذرم celer fuit; √بهر eminuit,

dum habuerint, dici nequit, quomodo inter illos de sonorum significatione convenerit. Ad solvendam quaestionem invocanda est analogia artium, et observatio psychologica de natura notionum in quibus semper praecedit idea universalis, quae vario modo potest excoli. Ita et in germinibus prius est idea universalis et indistincta, ac quo recentiores sunt singulae voces eo magis concreta est earum significatio.

1) Agitur enim hic non de *formis vocum* ut *kitâb, ḥusain* etc. in quibus vocalis inservit derivationi ex radice *ktb* et ex adjectivo *ḥasanū*, agitur potius de origine radicum auctarum, quae certis vocibus subjacent. Ita participium مُسَافِرٌ, ܡܣܲܝܒܪ redit ad radicum auctam sâφara, saibar, in quibus incrementum vocalis ad radicem simplicem sφr, sbr accessit, atque in omnibus derivatis servatur.

تبهرس superbius incessit, تبهرج superbus fuit; √ حمر rasit, excoriavit ovem, حِمْرَقة lana ovis; √ جعب humi prostravit جعبأ id.; √ هدك conicere, agitare, هُدَكِرٌ mulier ossa in incessu movens, crassa, lac spissum, هَيّدَكُورٌ, √ ابن, ابنم √ حلق, حلقوم guttur. Huc pertinent hebr. גַּרְזֶן securis, כַּרְמֶל hortus, קַרְסֹל talus al., et sicuti accedente vocali in his vocibus incrementum consonae geminatum esse cernitur כרמלּו, ita arabice habes سُمْعُنّة, نِظْرَنّة audiendi, videndi cupida.

Hoc incrementum radicis per omnes consonas effici videtur; exempla congessi, in quibus ת שׂ ר ק צ פ ס נ מ ל כ ח ג ב א cernuntur, nec dubito quin etiam consonae, quae hic desunt, in accuratiore quadrilitteralium analysi prodituræ sint.

2) post mediam radicalem. Expl. √ خرق laceravit, خربق id. juxta خبرق, √ دغر miscuit, دغمر id. √ هتك laceravit, هترك leo, √ دبل in unum coegit, دبكل congregavit pecora, √ هجم invasit, هَجْجَمة fortitudo, √ دحر propulit, دحلر volvit, contra دحرج ad classem praecedentem pertinet. Huc refero חרמשׁ falx, quod derivandum est a חרשׁ incîdit.

Consonae quarum insertionem observavimus hae sunt: ר ע מ ל כ ד ב א, rel'quas quoque adhibitas esse, a veri specie omnino non est alienum.

3) ante mediam radicalem. Expl. √ بكع secuit, بلكع, بركع amputavit, √ خجل attonitus, segnis fuit, خُفَاجِل mentis inops, praeterea accedente *n* خَفَنْجَل piger, insipiens, √ دمس abscondidit, مُدَغْمَس, مدعمس, مدهمس, مدخمس res abscondita; √ خُثَارة reliquiae rei, خَنْثَر res in campo post discessum hominum reliquae.

Consonae tali modo adhibitae quas vidimus hae sunt: ר פ ע נ מ ל י ח ו ה.

4) ab initio radicis hucusque invenimus ת ק ח ה ד ב. Expl. √ بلع deglutivit, هِبْلَعٌ, هِبْلَاعٌ, هَبَلَّعٌ vorax, √ لقم deglutivit, هِلْقَمٌّ vorax, √ فرق separavit, تفرق non coagulavit lac √ فنم

gestu amatorio usus est (coquettieren) تَبَغْنُجْ id. vi aucta, √جِاب locus elatus terrae durae, دِحْجَاب prominentior pars terrae. √شعر crinis, اقشعر horrere, de crinibus.

5) In formandis quinquelitteralibus denique nova consona inserta est, quae variis locis invenitur.

IV. Totam hanc de origine plurilitteralium theoriam ut formulis quibusdam simplicibus comprehendamus, siglis *q*, *ṭ*, *l* designamus consonas radicales, siglo *c* additam consonam, siglo *v* additam vocalem, siglo *d* additum diphthongum. Hisce siglis usi hasce quadrilitteralium habemus formulas:

A. *qṭṭl*, *qṭll*, *qṭlṭl*.
B. a) *qvṭl*, *qdṭl* (*qcṭl*), *qṭdṭl*.
b) *qṭlc*, *qṭcl*, *qcṭl*, *cqṭl*.

His vero formulis si continetur lex de origine quadrilitteralium, secundum ea quae supra diximus, exspectamus eandem etiam inventum iri in ipsarum radicum cum germinibus relatione. Itaque si consonas germinales duas siglis *q ṭ* designamus, formulae de origine radicum trilitteralium omisso siglo *l* oriuntur hae:

A. *qṭṭ*.
B. a) *qvṭ*, *qṭv*, *vqṭ*.
b) *qṭc*, *qcṭ*, *cqṭ*.

Jam ut re vera secundum has formulas radices ex germinibus processisse demonstremus, exempla quaedam afferimus, cum totius rei perfectio ei sit relinquenda, qui lexicon radicum totius stirpis semiticae olim conficiet. Persequamur igitur germen נב cujus significatio antiqua fuit *protrudere*, et quod adhibetur cum de sonis tum de rebus fluidis[1]), tum metaphorice de animi superbia.

A. *qṭṭ:* נבב ar. *fremuit caper*, aeth. *loqui.*

B. a) *qvṭ:* נוב hebr. *pullulare*, ar. *vicem explere; qṭv:* נבו ar. *retusus fuit*, ensis ab ictu, oculus a re foeda; *vqṭ:* אנב, ונב ar. II. *multum reprehendit*, *perstrinxit.*

b) *qṭc:* נבא *elocutus est,* נבג ar. *erupit pus,* נבר ar. *projecit,* נבהּ syr. *commotus est,* ar. *evigilavit, nobilis fuit,* נבז ar.

1) Eodem modo germen ثر de aqua et voce adhibetur, ثرّ enim est *scaturivit aqua fons*, ثرثر vero *blateravit.*

diffamavit, נבח *latravit,* נבט ar. *scaturivit aqua,* נבך hebr. *scaturivit,* נבל ar. *propulit camelos,* נבס ar. *locutus fuit,* נבע *scaturivit aqua,* נבג ar. *apparuit, divulgata fuit res,* נבץ ar. *locutus est, pipivit,* נבץ̈ ar. *pulsavit arteria,* נבר ar. *elevavit, adolevit, increpuit,* נבת ar. *germinavit.*

qcṭ: נהב aeth. *malleo cudere,* נחב ar. *ejulavit alta voce, celeriter incessit,* נזב ar. *vocem emisit dorcas,* נעב ar. *crocitavit corvus, celeriter incessit* نهب ar. *perstrinxit oratione.*

cqṭ: Cum hujus formulae certa exempla ad germen נב redeuntia non habeam, formas germ. קב *perforare* affero, a quo procedit قبس *ignem incendere*[1]), et ex nostra formula نقب *perforavit* et ثقب *perforavit* et *ignis incensus fuit.*

V. Simulac intercalatione consonae germen in radicis formam est evectum, hae radices iterum in formam quadrilitteralem possunt augeri, et si a germine רע notione *trudendi* et *impellendi* procedit, دعب, دعت et دعث, ita a دعث procedit دعثر et a دعس *valde calcavit* دعسج *celer fuit* et دعسق *irruit, propulit* et دَعْسَرَةٌ *agilitas,* a دعظ *totum immisit penem in vulvam,* دعمظ quod eodem adhibetur sensu, denique a دعك *fricuit, laevigavit,* دعكل *pedibus calcando mollem reddidit terram.* Eodem modo a תע notione fundendi derivandum est ثعّ *vomuit,* ثعب *fudit,* ثعجر *fudit,* اِثْعَنْجَمَ *continue pluit* et مُثْعَنْجِرٌ *fluens.*

VI. Ex hac quam illustravimus origine radicum res duae gravissimae sequuntur, quarum prior pertinet ad permutationem consonarum §. 24. tractatam, altera ad analysin significationum, quarum magna et indigesta copia sine ullo ordine hodie in lexicis praesertim arabicis enumeratur.

Nos §. 24. III. permutationes radicalium inter dentales et sibilantes tantum variarum dialectorum admisimus, quae deinde sub IV. attulimus, ea non ad *radices* in universum pertinent sed ad *certas* et *perfectas* voces, in quibus per neglegentiam pronunciationis consonae interdum commutantur, cujus rei exempla §. 24. IV—VI. et §. 7. II. passim sunt obvia. Si quis vero tam liberas commutationes in radicibus locum habere contendit, ut e. c. خبى

---

1) Quod secundum antiquorum Arabum morem ignem accendendi adhibitis lignis الزندان bene a germine perforationem designante derivatur.

compressit cum עסים *mustum* conjungat, nihil est quod non in unum conjungi possit. Sed quod hoc loco maxime monendum est, consonae eae quae primo obtutu interdum commutatae videntur, ut e. gr. in قَضَبَ *incidit* et قَصَّابَةٌ *obtrectator* ף et ב, re vera non sunt commutatae, verum varia germinis in radicem evecti incrementa. Non igitur ף cum ב in his vocibus commutatur, sed variae sunt radices, quae tamen ad unum pertinere possunt germen, cf. I.

Altera res de qua dicendum est, est mira illa copia significationum quae radicibus multis tribuitur. Atque hac in caussa patet, radicem trilitteralem quamcunque referri posse ad tria germina, ita ut e. c. קבר ex formula *qṭc* derivari possit a germine קב et ex formula *qcṭ* a germine קר, ex formula *cqṭ* a germine בר. Hinc vero sequitur eundem consonarum numerum, quo efficitur radix, ad varia germina primitiva, quorum significatio varia fuit, posse reduci, quo facto necessario variae significationes eidem radici competunt, quarum mira conjunctio inde explicatur, quod ex aliis germinibus secundum aliam formulam processerunt. Habes e. c. سَلِمَ *incolumis fuit* et سَلَمَ *momordit* (punxit de serpente), quae notiones maxime diversae de variis germinibus cogitare nos inducunt, et revera سلم ex formula *qṭc* processit e germine סל, unde etiam سلو, سلي *cura liberum esse* derivanda sunt, et cujus significatio primaria, si سلّ, سلب, سلت, سلج, سلح, سلخ conferuntur, non alia potest accipi, quam *educere*, ita ut سلم proprie fuerit *e periculis eductum, incolumem esse.* — E contrario سَلَمَ ex formula *qcṭ* cohaeret cum germine סם, quod significasse videtur *acuere* cf. سمط *acuit cultrum*, سَمَرَ, שמר *acute observavit*, سمع *acuit aures* (*auscultavit*), immo سُمٌّ *venenum* a doloribus, quos efficit dictum videtur, ut سَمٌّ foramen ab usu instrumenti acuti appellatum. — Summa diligentia ad secretum hunc ejusdem radicis cum variis germinibus nexum adtendendum erit ei, qui emendandae etymologiae lexici arabici operam navabit. Nobis haec digito indicasse sufficit, cum hoc loco ab illis studiis simus maxime alieni, ac nihil curemus, nisi ut, quantum fieri potest, sana etymologiae principia proponemus, quod re vera ad officium grammatici pertinet.

VI. De ratione consonarum, quibus componuntur radices, grammatici observaverunt, consonas quasdam plerumque eorundem organorum nulla alia intercedente non solere conjungi[1]). Itaque hasce consonas appellaverunt consonas incompatibiles, et hae sunt quas enumeraverunt: Non componuntur labialis ב cum פ, מ, dentalis ث cum ת, ס, צ, ض, ט, ظ, porro dentales ד cum ذ; ט cum ظ; denique ذ cum צ, ض, ט, ظ; et צ cum ض, ט, ظ; et ض cum ט et ظ; et palatalis ג cum ק, כ, غ; palat. غ cum כ et ק; palat. ק cum כ, aeque ac خ cum כ, ק, ظ. Deinde inter sibilantes incompatibilis est ס (س) cum צ et ض; ז cum צ, ض, ظ; שׁ cum ض. Porro inter liquidas ר cum ל et ל cum נ, denique dentalis clausa ט non conjungitur cum palatali כ, contra vero ظ non cum ק et غ. Quae omnia accuratius dijudicare lexicographi futuri erit officium.

Praeterea observatur in radicibus saepe consonas duas ejusdem coloris[2]) conjungi, ita ut tertiae color a reliquis recedat. Itaque copulantur in germinibus ק, ט, צ deinde כ, ת, ס, שׁ, denique ג, ב, ד, ז, ea ratione ut tertia accedens in radice jam ipso colore distingui possit. Exempla praebet germen קץ cf. supra I, in quo consonae accedentes ר פ ע נ מ ל י ו ד ב א non colorem consonae clausae habent; ceterum cur consonae ג, כ et ז, ס, שׁ huic germini non accedant ex lege de qua agimus intellegitur, nam sibilantes cum ץ sunt incompatibiles, palatales vero cum ק.

§. 41.

De germinibus praedicativis et demonstrativis.

De resolvendis in sua germina radicibus cum uberius paragrapho praecedente locuti simus, jam restat ut de germinum significatione agamus, et hac in caussa ex comparatione omnium radicum sequitur duas distinguendas esse classes. Quarum altera quidem ea re insignis est, quod ideam universalem §. 40. III. A. Adn. 2. designat talem, ex qua nomina rerum et actionum concretarum possunt derivari, altera vero nihil indicat nisi directionem

---

1) Secuti sumus De Sacyum Gr. ar. I. p. 31.

2) Colorem dicimus varias consonarum ejusdem organi affectiones h. e. indolem consonae clausae §. 11. IV. et consonae tenuis ac mediae.

quandam. Tali modo germina נב *protrudere,* סל *educere,* קץ *rumpere* ideam universalem protrudendi, educendi, rumpendi exprimunt, e qua per varia incrementa primum radices res concretas designantes procedunt, deinde pro varia accedente derivatione et flexione nomina et verba §. 49. et 40. I., at germina הא, אן al. nihil nisi directionem exprimunt. Illa igitur certam continent notionem, quae de aliis rebus potest praedicari et a qua nomina rerum et verba derivantur, haec vero talem notionem non continent. Priora appellamus germina *praedicativa*, de quorum formatione agitur in capitibus de verbo et nomine, reliqua vero *demonstrativa*, quorum numerus longe minor est, et quorum usus est in producendis pronominibus, qualia §. 43—48 describuntur. Ab his germinibus recentissimo tantum tempore nomina quaedam abstracta derivata sunt, quae ad philosophum genus dicendi pertinent, uti ܟܡܝܘܬܐ *quantitas*, ܐܝܟܢܝܘܬܐ *qualitas*, ܐܝܬܝܐ *ens*, ܐܝܬܝܘܬܐ *essentia*.

§. 42.

De interjectionibus.

I. Antequam procedere possumus ad illustrandam derivationem cum nominum tum verborum praemittenda videtur enumeratio syllabarum quarundam, interjectiones dicimus, quae veram vocis indolem, derivationem scilicet a radice et germine non monstrant. Tales particulae quibus nexus orationis logicus disrumpitur, ut tali modo affectiones animi ratione satis indistincta audientibus dilucidentur, formam germinum habent, e qua interdum vera verba procedunt, uti אנח et ܐܢܚ *suspiravit* secundum formulam *qcṭ* ex אָח et אָהּ Ez. 6, 11.; 30, 2. formata sunt. Hanc eorum naturam respicientes cum Heysio optime eas *gestus phoneticos* (Lautgeberden) appellandas esse censemus.

Quae a grammaticis syriacis enumerantur hae sunt:

II. Exclamationes admirantis sunt ܐܘܗ, ܐܘ (ܐܘ, ܐܘ) ܐܘܝ, ܐܘܗ, ܐܝ. Exempla:

ܐܘܗ ܥܘܒܐ ܡܒܪܩܢܐ. ܕܛܥܢ ܐܡܪܗ ܕܐܠܗܐ

O sinus corruscans, qui portavit agnum dei; ܐܘܗ ܥܒܕܐ ܛܒܐ ܘܡܗܝܡܢܐ *O bonus et fidelis servus.*

Exclamationes tristitiam et dolorem exprimentes sunt ܘܳܝ, ܘܰܝ[1]), ܐܘܳܝ, ܐܘܳܗ, ܗܳܘܳܝ et ܗܳܘܳܝ ܗܳܘܳܝ. Exempla: ܘܳܝ ܐܰܚܝ ܘܳܝ *vae mi frater, vae*, ܘܳܝ ܠܟܽܘܢ ܡܕ̈ܝܢܳܬܳܐ ܒܙܺܝܙܳܬܳܐ *vae vobis urbes direptae.*

Irridentis vocula est ܐܳܗܳܐ ܐܳܗܳܐ uti ps. 35, 21 ܦܬܰܚܘ ܥܠܰܝ ܦܽܘܡܗܽܘܢ ܘܐܶܡܰܪܘ ܐܳܗܳܐ ܐܳܗܳܐ ܚܙܳܬ ܥܰܝܢܰܢ *aperiunt super me os suum et dicunt: vah, vah oculus noster vidit eum*, et alibi ܐܳܗܳܐ ܐܳܗܳܐ ܬܘܒ ܐܶܡܰܪܘ.

Increpantis et contemnentis exclamatio est ܪܳܐ, ܦܽܘܠ et ܦܳܘܠ[2]), ܣܶܗܣ ܣܽܗܣ (ut scribit Acur., Ecchellensis contra et Sciadr. praebet ܣܳܗܣ ܣܽܗܣ), ܐܘܳܣ et ܦܽܘܣ (cum *u* brevi Amir.)[3]). Quae his accedit ܢܳܐ, ܢܰܣ, נָא vox recentiore tempore obsoleta, *quaeso*, et ܗܳܐ *ecce* ad germina demonstrativa pertinent.

III. Ex hic interjectionibus tres, ܗܳܘܳܝ, ܣܳܗܣ, ܐܳܗܳܐ non una vice poni solent, verum repetuntur, ܗܳܘܳܝ ܗܳܘܳܝ etc.

Quaedam cum praepositionibus conjungi solent et quidem cum ܠ adhibentur ܘܳܝ, ܐܘܳܝ, ܐܘܳܗ. Exempla: ܘܳܝ ܠܓܰܒܪܳܐ ܣܦܺܝܩ ܪܶܥܝܳܢܳܐ *vae viro ingenio carenti*, ܐܘܳܗ ܠܕܺܝܢܳܐ *vae judicium.* Cum ܥܰܠ conjunguntur ܦܽܘܣ et ܐܘܳܗ; uti ܦܽܘܣ ܥܰܠ ܡܰܘܬܳܐ *o mortem*, ܐܘܳܗ ܥܰܠ ܕܳܪܳܐ ܗܳܢܳܐ *o hanc generationem.* Denique ܠܟ post ܐܘܳܗ ponitur, e. c. ܐܘܳܗ ܠܟ ܫܽܘܦܪܳܐ *ah pulchritudo*, ܐܘܳܗ ܠܟ ܚܶܟܡܬܳܐ *ah sapientia.*

IV. Voces praeterea interjectionibus adnumeratae ut ܛܳܒܐܺܝܬ *bene*, ܚܳܣ *absit*, cum nomina sint, huc non pertinent et in syntaxi tractabuntur.

Adnot. Syrorum grammatici recentiores Amira, Sciadr. Ecchell. interjectiones appellant ܩܕܺܝܡܽܘܬ ܫܡܳܐ, quod nihil videtur esse nisi translatio litteralis termini latini, quae hanc ipsam ob caussam in collegio Maronitarum exorta est et apud antiquiores vix unquam reperietur, quorum terminus fortasse fuit ܡܚܰܘܝܳܢܽܘܬ ܚ̈ܰܫܳܐ *notae affectuum*, quem affert Sciadr. p. ܪܡܗ. Acurensis distinguit حروف التعجب et حروف الندب والاحزان, nomen universale اصوات non adhibet.

---

1) Ita Acur. Sciadr. Ecchell., at Amira scripsit ܘܰܝ et jam quaeritur, ubi lateat error. Cum etiam Barh. habeat ܘܳܝ Gr. mtr. p. 78, Amir. opinio mittenda est.

2) Vocem ܦܘܠ solus Acurensis habet, et fortasse ex errore typographi pro ܦܽܘܣ exorta est.

3) Itaque proferendum est *poi* et *φoi* §. 11. III. 12.

Caput tertium.

De germinibus demonstrativis.

§. 43.

Pronomina.

H. Hupfeld, System der semitischen Demonstrativbildung in Zeitschrift für Kunde des Morgenlandes II. p. 124, 427. — O. Vogel, Die Bildung des persönl. Fürworts im Semitischen, Greifswald 1866.

I. Usus germinum demonstrativorum praecipuus est in pronominibus, i. e. vocibus, quibus non res ipsae designantur, sed potius res alio modo jam notae solo indicio phonetico memoriae iterum repetuntur[1]). Tale indicium aut referri potest ad vocem sequentem, cujus vero mentio jam praecessit, aut ad vocem praecedentem; priori classi adnumeranda sunt demonstrativa quae dicuntur, secundae relativa et interrogativa, nam et his inhaeret natura demonstrativorum, redeunt autem ad praecedentia, dum demonstrativa proprie dicta ad consequentia referuntur. Quod in relativis locum habet, id etiam in interrogativa cadere facile intellegitur, nam si quaeritur quis aliquid fecerit, aut quid factum sit, ii qui loquuntur uterque jam de subjecto illo aut de facto, de quo agitur, cogitaverunt, ita ut pronomen interrogativum semper necessario redeat ad subjectum aut factum indistincto modo notum, quod certius et modo magis distincto cognoscere vult is qui quaerit. Quaestio: „quis fecit hoc?“ proprie ita supplenda est: „Dic mihi eum, qui hoc fecit“, et ex hoc nexu interno, qui est inter relativa et interrogativa quoad sensum, explicatur nexus quoad formam multis in linguis. Specialem inter demonstrativa classem efficiunt personalia, quibus relatio trium personarum §. 39. IV., quae formis verborum personalibus indicantur, exprimitur, et

---

1) Haec pronominum natura optime nomine arabico إِسْمٌ مُضْمَرٌ sive ضَمِيرٌ indicatur, h. e. nomen in animo inclusum. De Sacy Gr. ar. I. p. 455. Patet vero germinum demonstrativorum numerum longe minorem esse quam praedicativorum, paucis enim tantum opus habemus indiciis phoneticis rerum jam notarum, plurimis vero germinibus ad designandas res singulas secundum earum indolem insitam.

haec personalia duplici exstant forma. Scilicet subjecti loco absolute ponuntur, personalia separata, ضَمِيرٌ مُنْفَصِلٌ, deinde vero et in casibus obliquis brevi forma nominibus aut verbis enclitice adnectuntur, personalia affixa, ضَمِيرٌ مُتَّصِلٌ.

Adnot. Syrorum grammatici pronomina appellant ܚܠܦ ܫܡܐ, cujus duas distinguunt formas (ܐܣ̈ܟܡܐ), separatam et compositam, quarum prior nomine ܦܫܝܛܐ simplex seu ܡܦܪܫܐ et ܦܪܝܫܐ separata insignitur, altera nomine ܡܪܟܒܐ composita seu ܢܩܝܦܐ adnexa. BHebr. Gr. metr. p. 7, Amira p. 238. Varia pronominum genera nominibus propriis distinxisse non videntur, tamen Sciadr. p. ܡܚܘ demonstrativa appellat ܚܠܦ ܫܡܗ̈ܐ ܚܘܝܢܝܐ ܐܘ ܡܫܘ̈ܕܥܢܐ, personalia vero ܩܢܘܡܝܐ.

II. Formis pronominum in linguis semiticis subjacent germina quaedam simplicissima, quibus vario modo inter sese compositis formae usitatae exortae sunt, et hae voculae monstrant quales antiquissimae linguae semiticae fuerint *germina* §. 40, I. II., antequam lex trium consonarum est exculta. Cum radicibus et germinibus nulla certa vocalis competat, qua addita statim voces exoriuntur, hic elementa tantum consonantica enumerari possunt, quae haec sunt:

1) Gutturalis *h*, cum vocali ܗܐ, ecce ܗ̄ܘ hic, ܗ̄ܝ haec. Duae formae ܗܘ, ܗܝ pronomen tertiae personae efficiunt, ܗܐ est particula ad attendendum incitans (حَرْفُ ٱلتَّنْبِيهِ), arabice هَا, hebr. הֵא, aeth. ሀ. Ex. gr. ܗܐ ܠܟܘܢ· ܡܪܝܐ ܐܬܐ ܠܟܢܫܢ ܘܠܥܘܕܪܢܢ, *ecce deus veniet ad agmen nostrum et ad auxilium nostrum*, Knös 84, 5; ܬܚܘܡܐ ܪܒܐ ܕܣܡ ܐܠܗܐ ܗܐ ܡܢ ܥܠܡ *terminus magnus*, *quem posuit deus ecce ab aeterno*. Knös 81, 13. Huc pertinet articulus hebraeus ה, quem sequitur dageš forte conjunctivum.

2) Gutturalis *'Aleφ* + *m*, *'am*, *'im* qua in forma tamen *m* saepe in *n* abiit, cf. infra III. أَمْ, أَمَّا, أَنَّ, إِنَّ, quae etiam sine geminatione consonae *n* pronunciantur De Sacy Gr. ar. I. 568. Hebraice servato *m* adhibetur אִם, accedente hâ exoritur הֵן, הִנֵּה aethiopice adest in እመ፡ particula conditionalis et in compositis ut እምንቱ፡ In hoc germine propter legem trium consonarum *n* passim geminatum est ex formula *qṭṭ*.

3) Gutturalis 'Aleφ + *l*, *'al*, *'il*, *'ul* articulus arabicus, unde pluralia أُولَا, אֵלֶּה, አሉ: ܗܳܠܶܝܢ = hå + 'illên.

4) Gutturalis 'Aleφ + y, *'ay*, *'iy*, quae radix praecipue in formis interrogativorum invenitur, أَيٌّ, أَيَّةٌ, אֵי, ܐܰܝ, አይ: Huc sine dubio pertinet إِي, أَيْ affirmandi particula[1]), et Arabum et Phoenicum nota accusativi إِيَّا איח, unde per contractionem hebr. אֵת, per apocopen aramaeum יָת, ܝܳܬ exortum est. Syriace praeterea huc refero ܐܺܝܬ [2]), quod ex 'eyaϑ stat. constr. et indeterm. oritur sicut ܒܶܝܬ ex ɜeyan §. 37, II, 2 quocum deinde composita sunt ܟܺܝܬ, ܐܰܘܟܺܝܬ etc. denique ܠܰܝܬ ex ܐܺܝܬ ܠܳܐ. Errant enim qui ܐܺܝܬ cum יֵשׁ comparant (Hupfeld Zeitschr. für Kunde des Morgenl. II. p. 150), שׁ hebraeum enim, cui arabice respondet س, aramaice non est ܫ, quod monstrat ܐܺܝܬ, sed ܫ. Ita أَيْسَ hebraice est (א)יֵשׁ, quod est stat. construct. nominis יֵשׁ, cujus significatio est *essentia*, *existentia*, ab utroque vero alienum est ܐܺܝܬ [3]). — Radix 'ay + n أَيْنَ ex germine 'ay in formam radicis addito *n* exculta est, et ex ejus sensu interrogativo praecessit negatio hebr. אַיִן, אֵין, sicut ex ما interrogativo arabica negatio est exorta.

5) Palatalis k cum vocali, *ka*, *ki*, *ku*, quae in variis dialectis vario modo adhibentur; ubique inserviunt designandae secundae

---

1) Unde in Tigré h. e. lingua Aethiopica hodierna *'aiwa*, ita, oui.

2) Vocem ܐܺܝܬ nomen esse in statu constructo aut indeterminato jam inde patet, quod suffixa nominalia sibi adsciscit, ܐܺܝܬܰܝܟ, ܐܺܝܬܰܝܗܝ etc. Cum ad germen أَي pertineat, quod interrogativa, quis, quid, qualis procreat, vox ܐܺܝܬ necessario *qualitatem* denotat. Enunciata igitur talia ut ܛܰܝܒܽܘܬܳܐ ܐܰܠܳܗܳܝܬܳܐ ܐܺܝܬ ܗ̄ܘܳܬ ܥܰܡܶܗ Ass. BO. I. 27, vel ut ܐܺܝܬܶܝܗ̇ ܗ̄ܘܳܬ ܗܳܕܶܐ ܕܰܒܬܽܘܠܬܳܐ ܥܠܰܝܡܬܳܐ Ass. BO. I. 28 proprie resolvenda sunt: *Benevolentia divina* (*tanquam*) *qualitas erat cum eo*, et altera: *Ejus* (*virginis*) *qualitas haec* (*fuit, quod*) *puella virgo erat.* Cf. praeterea Mth. 26, 11. ܒܟܽܠܙܒܰܢ ܓܶܝܪ ܡܣܟܺܢܶܐ ܐܺܝܬ ܠܟܽܘܢ ܥܰܡܟܽܘܢ. ܠܺܝ ܕܶܝܢ. ܠܳܐ ܒܟܽܠܙܒܰܢ ܐܺܝܬ ܠܟܽܘܢ h. e. *omni enim tempore pauperes* (*tanquam*) *qualitas vobis* (*vestra*) *vobiscum; — me autem — non omni tempore est qualitas vobis* (*vestra*) = ἐμὲ δὲ οὐ πάντοτε ἔχετε. Ab hac radice deinde per ܝ derivantur nomina ܐܺܝܬܝܳܐ *ens*, ܐܺܝܬܽܘܬܳܐ *essentia* etc. et particulae ܟܺܝܬ = ke-'iϑ *sicut est, nempe, scilicet* et ܐܰܘܟܺܝܬ *sive.*

3) Hupfeldi opinionem jam praeivit R. Jepheth. V. Munk Journ. as. 1850 Avril p. 324.

personae per suffixa, at Aethiopes et Samaritani[1]) eorum ope etiam primam personam notant. Praeterea componuntur ad augendam vim demonstrativorum cum aliis radicibus ذَاكَ, דֵּיךְ, ܗܳܢܽܘ, ዝኩቱ: = ze + *ka* + *tu* ዝኩ: = ze + *ku* etc. Huc vero pertinere non videtur قَدْ particula, ita et كَيْ et כִּי, de quarum primitiva vi cf. Adnot.

6) Dentalis *t* cum vocali *ta*, *ti*, *tu*, quae in verbis omnium dialectorum, excepta aethiopica, tres personas praesentes §. 50. II. designant, et quae praeterea in pronominibus ad formandam secundam personam adhibentur. Aethiopes quoque hoc germine saepe utuntur in compositionibus ውእቱ: = we̥'e̥ + tu, ይእቲ: = ye̥'e̥ + ti etc. Ita אַנְתָּה tu m. et אַנְתִּי tu f. ex 'an + ta et ti, قَتَلْتُ ex qatal + tu exorta sunt[2]). Idem obvium est in fem. تِي, تِهِ, اَلَّتِي etc.

7) Dentalis ذ cum vocali *ða*, *ði*, *ðu*, quae hebraice et aethiopice abiit in ז et H, aramaice in ד et ܕ, et hae voculae vario modo in formis demonstrativorum זֶה, ܗܳܕܳܐ, ዘ, ዛ, ዝንቱ: ዛቲ: ذَاكَ, ዝኩ: דֵּךְ, דֵּן et relativorum اَلَّذِي, H, דִּי, ܕ adhibentur.

8) Labialis *m* cum vocali *mi*, *ma*, e qua interrogativa processerunt, מִי *quis*, מָה, مَا, ܡܳܐ[3]) *quid;* deinde eadem labialis *m* + *n*, *man* in omnibus dialectis excepta hebraea produxit interrogativum personale. Cum his interrogativis pronomina relativa indefinita conveniunt, مَنْ quicunque مَا quidquid, ܡܰܢ ܕ aliquis, qui, ܡܳܐ ܕ id quod, et cur hoc fieri potuerit supra I. dictum est.

9) Nasalis *n* cum vocali, *nā*, *nī*, *nū*, quae cernitur in affixo qaṭalna, qaṭalnu et praeterea in interjectione נָא, ܢܳܐ, نَ eodem modo ut in aethiop. ነዓ: *ἄγε*, in Tigré *δεῦρο*.

1) Gesenii Carm. samarit. p. 43 not. 11.

2) Ita Arabum grammatici recte hanc rem tractaverunt, nam in Qamuso II. p. ١٧٢١ dicitur, أن esse ضَمِير i. e. pronomen, litteram *t* vero esse حَرْفُ خِطَابٍ. Cf. De Sacy Gr. ar. I. p. 440, 442.

3) Pronomen ما cum particulis aliis compositum complures producit particulas, إِنَّمَا, أَمَّا, لِمَا, لِمَ, ܟܡܳܐ, ܒܟܡܳܐ, ܠܡܳܐ, ܟܡܳܐ, لَمَّا, ܐܝܟܡܳܐ, ܟܡܐ al. de quibus infra erit agendum.

Adnot. Hupfeld l. l. p. 136, 438 germina demonstrativa כה, כם, כן et כל admittit, unde ܐܟܢܐ, ܗܟܢܐ, ܟܝ, لَكِنَّ, ܗܟܝܠ alia derivat, tamen ܟܝܠ nihil est nisi stat. indeterminatus vocis ܟܝܠܐ *mensura*, *modus* (§. 37. II. 2.) ܗܟܝܠ igitur est *hunc in modum* = *itaque*, *ergo*, ܡܟܝܠ *ex hoc modo* = *exinde*, *inde*, *nunc*, ܕܟܝܠ *usque ad modum* = *usque ad*[1]). Hujus vocis vocalismus ad normam vocis ܕܡܟܐ dijudicandus est, in utraque particula enim vocalis *a* ab ܠ ad insequens ܕ relata est, quo facto insequens consona, ut servetur breve *ă*, geminata ideoque ܟ qušåyå instructum est §. 16. V. 2. Eandem rationem habes in vocalismo formarum ܟܡܘܟܠ et ܟܡܘܟܠܐ al. §. 35. II. c., in quibus vocalis locus commutatus est. Secundum hanc analogiam in voce כן substantivum latere censeo, a radicibus כון, כין, כנן derivandum, כם enim, quod Hupfeldus affert, huc omnino non pertinet, sed pluralis germinis *ka* est, nro. 5, de quo infra III. agetur. A radicibus כין, כון et כנן derivantur كَيْنٌ, كَوْنٌ, كِنٌّ, كَنٌّ. Ad كَيْنٌ pertinet hebr. כֵּן ita, unde particula comparativa כְּ, كَ forma summopere contracta, deinde vero et ܟܝ particula dubitativa, ከ *ergo*, forma minus decurtata exorta est[2]). Harum particularum significatio primitiva fuit *essentia*, *constitutio*; וַיְהִי כֵן igitur solvendum est, *fuit constitutio* = *factum est ita;* eadem significatio in particula comparativa bis posita etiam nunc cernitur et in conjunctione formarum כְּ . . . כֵּן. Nam si dicitur כְּעַמִּי כְּעַמֶּךָ 1 reg. 22, 4. hoc proprie est *conditio populi mei* (*erit*) *conditio populi tui*, eundemque in modum כְּכֹל אֲשֶׁר צִוָּה אֹתוֹ

1) Bernstein (Lexic. Chrest. Kirsch. p. 120) ܗܟܝܠ conflatum censet ex ܗܐ, ܝ, ܗܝ et ܠ, ubi ܠ pro demonstrativo ܕ positum esse contendit. Talem vero admittere compositionem in *voce recentiore tempore exorta* non possum a me impetrare. — Ceterum huic voci subjacere ܟܝܠܐ etiam inde confirmatur, quod alii ܗܝܟܠ legunt, Bernstein evgl. Joh. ḣarq. Vorbericht p. VI., quae vox sine dubio ex hå + χel = χail exorta est.

2) Contra hanc originem nihil probat usus vocalis *ă* in voce كَ, nam in brevissimis hisce vocibus etymologiam, quae in hac voce *ê* poscit, neglegentes modo *i*, modo *a*, modo *e̥* posuerunt, cf. لَهُ et لِذٰلِكَ, كَمَا, כְּמוֹ, بِهَا, [illegible]: ܕܡܟܐ, ܟܡܟܡܐ. Ceterum vel vocales longas in fine abjici comprobatur formis status indeterminati et e. gr. particula ܗܟ pro ܗܟܐ = ܗܟܐ ܗܐ, quam B. A. per الآن, عند ذلك, من وقتك explicat.

אֱלֹהִים כֵּן עָשָׂה *constitutionem universam, quam jussit eum Deus, (eam) constitutionem fecit.* Eodem modo intellegendum est Hag. 2, 3. כמהו כאין בעיניכם. Denique ex hac significatione explicatur usus genetivi et solennis praepositionum post כְּ omissio, et si dicitur עוּרִי כִּימֵי קֶדֶם Jes. 51, 9. ubi nos exspectamus כְּבִימֵי, haec phrasis proprie vertenda est: *expergefias (secundum) constitutionem dierum priscorum.* לָכֵן vero nihil est nisi *quod attinet ad hanc constitutionem = itaque, hanc ob causam.* — Ad كَنَّ pertinet כֹּה, cujus ן apocopatum est ut in שְׁלֹמֹה, מְגִדּוֹ, neosyriace ܟܡܐ = ܟܡܝ, mandaice יארדנא = ܢܗܪܐ al. Cum كَنَّ idem proprie significet quod كَيْنَ, non est, cur miremur particulam כה sensu *ita, tali modo* adhiberi. Ex cognata radice כון sero etiam rabb. כֵּיוָן processit. — Porro كِنَّ habes in particula لَكِنَّ = לֹא כֵן, De Sacy Gr. ar. I. 566 not., proprie *non est tegumentum*, cujus particulae origo prorsus eadem est quam monstrant لَا بُدَّ, لَا سِيَّمَا. Sicuti dicitur لَا بُدَّ أَنْ ita et cogitandum est لَا كِنَّ أَن, et de illo أَن quod hic ut alibi supplendum est, De Sacy Gr. ar. II. p. 28, 31 pendet accusativus, itaque phrasis وَلَاكِنَّ ٱلْمُنَافِقِينَ لَا يَفْقَهُونَ ad verbum significat: *Non est tegumentum, (quod) hypocritae non intellegent = sed non intellegent.* Ex كِنَّ per apocopen originem duxit כי *nam*, proprie *tegumentum*, et si dicitur: *In sudore faciei tuae terram coles, donec ad eam reverteris* כִּי מִמֶּנָּה לֻקָּחְתָּ כִּי עָפָר אַתָּה, haec apodosis vertenda est: *tegumentum = probatio (hujus rei est, quod) de ea sumptus es, tegumentum (probatio est, quod) terra tu.* E significatione tegendi كَنَّ particulam caussativam, ad dicta probanda pertinentem processisse adeo naturae rei convenit, ut facilior de hac particula sententia inveniri vix possit[1]). — Denique كَنَّ habemus in syriaco ܡܛܠ + ܗܘ = ܡܛܠܗ, ܐܡܬܝ etc., cujus *n* geminatum esse vocali brevi praecedente *a* comprobatur §. 13. A. I. Vox

1) Similiter in lingua neosyriaca, ubi ܡܛܠ evanuit, dicitur ܣܒܒ ܕ, proprie caussa سَبَب. E. gr. Math. 2, 2. verba: Ubi est rex Judaeorum, *vidimus enim*, quae in Peš. sunt ܚܙܝܢ ܓܝܪ ܟܘܟܒܗ redduntur ܣܒܒ ܕ ܚܙܝܠܢ ܟܘܟܒܗ *caussa, quod visa nobis* (= ܚܙܐ ܠܢ) *stella ejus.*

ܟܢܳܐ, כֵּן est basis, locus, itaque ܐܰܝܟܰܢܳܐ significat *in qua basi*, ܗܳܟܰܢܳܐ *in ea basi*, unde variae significationes processerunt, *adeo*, *eodem modo*, *similiter*, *in eodem statu* al. Juxta formam status determinati adhibetur etiam status indeterminatus ܐܰܝܟܰܢ, ܗܳܟܰܢ, e. gr. ܠܐ ܡܫܠܡ ܐܢܐ ܠܗܟܢ B. H. Chr. p. 232 *non assentior tali sententiae*, qua in re eadem sensus mutatio cernitur, quae et alibi alterutro statu indicatur, itaque dicitur ܐܝܟ ܗܳܟܰܢܳܐ *sicut hic status* = *similiter*, quia res, cui aliquid simile est, semper determinata esse debet, at dicitur ܕܠܳܐ ܗܳܟܰܢ *non hoc modo* = *alio modo*, sicuti et alibi post ܕܠܳܐ, *sine*, indeterminatum nomen solet poni, e. gr. ܕܠܳܐ ܣܽܘܦܳܩ sine quo dubio, ܕܠܳܐ ܡܶܢܝܳܢ innumerabilis etc. E statu indeterminato ܟܰܢ per apocopen consonae ܢ, quo facto vocalis quantitas aucta est, processit ܟܳܐ *kå*, *hîc*, hoc loco, quocum ܠܟܳܐ *huc*, ܡܟܳܐ *ab hoc latere*, ܐܰܝܟܳܐ *ubi* composita sunt. — Bernstein ܗܳܟܰܢܳܐ conflatum vult ex ܗܐ + ܟ + ܗܝ, sed quomodo *ă* breve exortum sit, si pronomen ܗܝ admittitur, nec dixit, nec dicere potuit.

III. Germina supra enumerata partim easdem flexiones assumserunt, quae et alibi in nominibus sunt obviae, aliae vero formae ratione in lingua, qualem nos habemus, non amplius usitata derivantur. In derivando enim numero leges communes[1]) et hic valent, etsi terminationes saepe consonam *m* monstrant, ubi in ceteris nominibus *n* apparet. Ceterum sicuti *m* in terminationibus tempore praecessit consonam *n*[2]), testis est pluralis Hebraeorum et mimatio Himyaritarum, — de „Assyriorum“ enim forma Journ. as. 1860 Févr. p. 106 tacere satius duco, — ita jam in his formis *n* intrusum videmus praesertim in femininis הֵן, הֵנָּה, هُنَّ, אַתֵּן, أَنْتُنَّ, አንትን፡ ውእቶን፡ — In designando genere, si مَنُو et أَيٌّ, مَنَتْ et أَيَّةٌ exceperis, ratio inita est, cujus seriore aetate in linguis semi-

1) Lex communis, de qua omnes pluralis formationes in lingua semitica pendent, ea est ut forma singularis vocalibus augeatur. Hoc incrementum locum potest habere in fine vocum, *ū*, *ûna*, *ī*, *îna*, *atū*, *âtū*, aut in ipsa voce *qatlū*, *qitâlū*, *qutûlū* etc. Singula pertractare hic non possumus, alio loco theoriam formationis pluralium expostituri; tota derivatio vero, quod jam hic dicere possumus, ex intentione animi symbolico modo incrementa rerum incremento sonorum significandi processit. Symbolicam vero totam derivationis rationem apud Semitas esse p. 148[2]) docuimus.

2) Id e. gr. in lingua mišnica locum habet, ubi suffixa כֶן, ־ֶן, הֶן pro כֶם, ־ֶם, הֶם adhibentur Geiger Lehrb. zur Sprache der Mischna p. 35.

ticis rarissima sunt vestigia[1]), scilicet genus vocali distinguitur, et ita quidem, ut *i*, (*e*) femininis competat, *u* masculinis. Habes enim הִיא, ܗܝ, هِيَ, ይእቲ: affixa كِ, ኪ, ቲ sed הוּא, ܗܘ, هُوَ, ውእቱ: affixa ܗ, ሁ, ቱ. Vocalis *a* in utroque genere adhibetur, in femininis هَا, ሃ, ዛ fem. masculini ዝ, እላ: (masc. እሉ:), in masculinis أَنْتَ, qatalta, ነገርከ: Praeterea consona *m* masculinis, *n* femininis interdum competit. — Ex his omnibus sequitur in formis pronominum derivationem cerni adhuc liberam, neque omnino iis legibus adstrictam, quae postea per totam linguam semiticam invaluerunt, ita ut hisce in vocibus reliquias alius derivandi systematis habeamus, quod procedente tempore in desuetudinem venit et cujus loco id est exortum, quod nunc habemus. Pronomina in lingua usitata vero ex germinibus supra enumeratis conflata sunt, qua in re tamen caveas, ne res usu definitas secundum certas rationes velis explicare, usus enim est tyrannus. Ita si ܗܕܐ est femininum, hoc neque e natura germinis ܗܐ, neque e natura germinis ܕܐ, neque ex utriusque compositione explicatur, respondet enim feminino masculinum arabicum هٰذَا, verum tota forma solo usu generi feminino destinata est, sicut vice versa ܗܢܐ masculino. — His praemissis transeundum est ad enumeranda pronomina Aramaeis usitata.

§. 44.

Pronomina personalia.

I. Pronomina personalia separata linguae veteris syriacae haec sunt:

	Sing.			Plur.	
1. Prs. com.	ܐܢܐ	ego	1. Prs. com.	ܐܢܚܢܢ, ܚܢܢ	nos
2. Prs. m.	ܐܢܬ	tu	2. Prs. m.	ܐܢܬܘܢ, ܐܢܬܘܢ	vos
f.	ܐܢܬܝ	tu	f.	ܐܢܬܝܢ	vos
3. Prs. m.	ܗܘ	is	3. Prs. m.	ܐܢܘܢ, ܐܢܘܢ	ii
f.	ܗܝ	ea	f.	ܐܢܝܢ, ܐܢܝܢ	eae

1) Talia sunt fem. aethiopica ሐዲስ: ጠቡብ: al. a masculinis ሐዲስ: ጠቢብ: derivata. Quibus ex recentissima Syriasmi forma accedunt ܥܘܪܐ coecus m., ܥܘܪܐ coeca f., ܡܚܙܪܐ audax m., ܡܚܙܪܐ f.

Omnia haec pronomina solo nominativo adhibentur exceptis ܐܢܘܢ, ܐܢܝܢ, quae post verba transitiva accusativum designant, cujus formam suffixam in tertia persona plur. Syri non amplius adhibent, e. gr. ܐܫܝܓܘ ܐܣܛܠܐ ܕܝܠܗܘܢ ܘܚܘܪܘ ܐܢܝܢ Apoc. 7, 14. lavaverunt stolas suas et dealbaverunt eas. Tamen et hae formae si copulae logicae vices gerunt nominativi loco usurpantur, e. gr. ܫܬ ܐܢܝܢ ܟܠܗ ܐܬܘܬܐ ܕܫܘܪܝܐ ܕܡܫܡܗܢܘܬܐ sex *sunt* litterae indicantes derivationem.

II. His formis addendae sunt eae, quae paullatim corruptae in lingua neosyriaca hodie usu veniunt:

	Sing.			Plur.	
1. Prs. com.	ܐܵܢܵܐ	ego	1. Prs. com.	ܐܲܚܢܲܢ, ܐܵܚܢܲܢ	nos
2. Prs. com.	ܐܵܗܲܬ݂, ܐܲܬ݂	tu	2. Prs. com.	ܐܲܚܬܘܿܢ, ܐܲܚܬܘܢ	vos
f.	ܐܵܗܲܬ݂ܝ, ܐܲܬ݂ܝ	tu			
3. Prs. com.	ܐܵܗܘ, ܗܘ	is	3. Prs. com.	ܐܵܢܝ	ii,
f.	ܐܵܗܝ, ܗܝ	ea			eae.

Apparet distinctionem generis in plurali desiisse, praeterea non ܐܵܢܝ solum ut in vetere lingua, verum etiam ܗܘ et ܗܝ in casu obliquo adhibentur. Quamquam hae formae ܗܘ et ܗܝ etiam nominativa esse possunt. Ita Stoddartus sed Mth. 2, 5. verba ܗܢܘܢ ܐܡܪܘ vertuntur ܘܐܢܝ ܐܡܪܘܢ. Cf. *Nöldeke* neusyr. Gr. p. 73 sqq.

III. Tertio loco formae sequuntur mandaicae אנא ego, אנאת tu, m. f. הו is, הע ea, אנין nos, אנאתון vos, הינון ii, eae. Quibus addenda pronomina samaritana ࠀࠍࠀ ࠀࠍࠄ (hebraizant ࠀࠍࠊࠉ ࠀࠍࠉ) ego, ࠀࠕ (hebr. ࠀࠕࠄ) tu m., ࠀࠕࠉ fem. ࠄࠅ is m., ࠄࠉ ea, fem. (ࠄࠅࠀ ࠄࠉࠀ hebr.) ࠀࠍࠊ ࠀࠍࠇࠍࠊ nos, ࠀࠕࠅࠍ vos m., ࠀࠕࠉࠍ vos fem,, ࠀࠍࠊࠅࠍ m., ࠀࠍࠉࠍ f. ii, eae, praeterea generis communis est ࠀࠋࠉࠍ Formae aramaismi judaici (Chaldaismi) a syriacis in eo tantum sunt diversae, quod vocales finales in fine et praeterea antiquiora quaedam pronomina syriace non amplius usitata praebent. Formae ipsae sunt hae: אֲנָא ego, אַנְתָּה, אַנְתְּ tu m., אַנְתִּי, אַנְתְּ, אַתְּ tu fem., הוּ, אִנְהוּ, אִיהוּ, נִינְהוּ, נִיהוּ is, הִי, אִנְהִי, אִיהִי, נִינְהִי, נִיהִי ea, אֲנַחְנָא, נַחְנָא, אֲנַן nos, אַתּוּן, אַנְתּוּן, אַתּוּן vos m., אַנְתֵּין, אַתֵּין vos f., הִמּוֹן, אִנּוּן, הִמּוֹ, אִיהוֹ, נִיהוֹ, נִינְהוֹ ii, אִנֵּין, אִיהֵי, נִיהֵי, נִינְהֵי et הֵנָּן eae. Tertia persona singl. formas generis communis הָא, אֲהָא, אִיהָא, נִיהָא, נִינְהָא, אִנְּא habet.

Adnot. 1. *Prima persona.* Vocalem *e* vocis ܐܢܐ brevissimam et quasi ḥateφ seγol esse, ut *a* in ܡܠܟܢ §. 35. III. ex forma אֲנָא sequitur et ex forma in Talmude Hierosolymitano obvia נָא ego, נַן nos. Idem colligendum est ex omissione vocalis, quae non solum in forma contracta ܩܛܠܢܐ verum etiam in forma absoluta locum habet, cujus exemplum vide infra IV. 1. Ceterum vox composita videtur e germinibus 'an + hâ = en hunc, cui explicationi favet *o* (*â*) hebr. אָנֹכִי[1]). In hebraeo אָנֹכִי porro germen *ki* accessit, dum forma serior אֲנִי juxta אֲנוּ ex eodem germine 'an cum suffixo compositum videtur. In plurali vox ܐܢܚܢ ex אֲנַחְנָא (نَحْنُ) addito nasali aucta est, talia enim incrementa et alibi sunt obvia e. gr. ܡܠܟܢ juxta ܡܠܟ, ܒܢܝܢ, יַרְדֵּן, ܫܡܥܢܐ, ܢܛܪܢܐ. Ex antiquiore hac forma, in vetustis Mss. servata, ܚܢܢ videtur decurtatum, samaritanice ࠀࠍࠇ quia Samaritani gutturales non pronuntiant cf. p. 11, unde addito 'Aleφ prosthetico forma neosyriaca ܐܚܢܢ est exorta[2]). Hujus formae ܢ deinde est apocopatum[3]), et vocalis producta *â* mutata in *î*, quod alio modo in ܒܣܡܝܢ (b*e*smin) fit et in ܐܘܦ 'uφ = ܐܦ[4]). In forma אֲנַחְנָא ipsa quae cum אֲנַחְנוּ[5]) antiquissima est, *na* et *nu* germen tertium ut *ki* in '*ano-ki* censeo, ח vero ex *h* germinis *hâ* condensatum ut in neos. ܪܗܛ = ܪܗܛ cucurrit. Denique אֲנַן ex singulari אֲנָא addito pluralis signo *ân* processit.

---

1) Minus confidenter hoc dictum vellem, scilicet in antiquissimis arabicis carminibus انا duabus syllabis *brevibus* adhibetur, nisi tamen e licentia poetarum haec res explicaretur. Cf. De Sacy II. p. 616, 3. et 617, 7.

2) 'Aleφ prostheticum etiam in Mandaeorum dialecto saepe obvium est, e. gr. אהואת = ܗܘܬ, אסמיכא = ܣܡܝܟܐ al. Nöldecke über die Mundart der Mandäer p. 91.

3) Exempla talis apocopae sunt: חינו Talm. Jer. = ܚܢܢ, שְׁלֹמֹה ܫܠܝܡ, מְגִדּוֹ, صيدا = ܨܝܕܢ, ܒܝ pro ܒܝܬ in dialecto hierosolymitano.

4) Jam in cod. saeculi sexti scribitur ܐܘܦ Land Anecd. tab. V. spec. 15. idemque exstat in Vss. N. Test. Hierosol. cf. Adler Vss. syr. p. 170 l. 4, et in Targumis אוף e. gr. Trg. Cant. Cant. 2, 6.

5) Vocalem *u, a* in אנחנו, eodemque in affixo לנו, קטלנו ab initio brevem fuisse, deinde apud Arabes in *â*, apud Hebraeos in *û* prolongatam non solum نَحْنُ, ንሕነ: ንሕነ: etc. monstrant, sed etiam orthographia Phoenicum אנחן = אֲנַחְנוּ Mass. 17, בנן = בָּנֵן ib.

Adnot. 2. *Secunda persona.* Nestorianorum antiquum morem secutus pro linea, quam occultantem priores grammatici dixerunt, Marheṯânå scripsi, in libris Maronitarum vero ܐܢܬ, ܐܢܬܝ, ܐܢܬܘܢ, ܐܢܬܝܢ exstat.· Formae ܐܢܬ, ܐܢܬܝ ex germinibus 'an + ta, ti exortae, vocales finales in aramaismo prisco interdum apparentes (אַנְתְּה, אַנְתִּי) amiserunt, id quod omnibus brevibus vocalibus in fine vocum positis accidit. De ܝ in ܐܢܬܝ cf. §. 50. IV. B., nam *a* in אַתָּה ex sola orthographiae hebraeae lege per Qameṣ (*å*) scribi demonstrant أَنْتَ, አንተ: De generis nota *i* et *a* cf. §. 43. III. Forma neosyriaca ܐܢ̈ܬܝ 'attin incrementum nasale sicuti antiquo tempore ܐܢܫܝܢ accepit. Pluralis ex 'an et forma pluralis germinis m. tun, fem. tên compositus est, at scriptio ܐܢܬܘܢ e. gr. Deuter. 2, 4. monstrat, Syros antiquos pronuntiasse 'attôn, unde deinde 'attun depressum est sicut in ܩܛܠܬܘܢ qeṭaltôn, ܬܕܚܠܘܢ teďhelôn, quod seriore aetate scribitur ܩܛܠܬܘܢ, ܬܕܚܠܘܢ. Cf. §.·13. A. V., quocum hisce in formis aramaismus judaicus non convenit. Formae mandaicae אנאת, אנאתון consonas *n* et *t* inserta vocali separant, quod et alibi in eorum dialecto locum habet e. gr. דאתאלתא = ܕܐܬܝܠܕܬ, ניסיהדון = ܢܣܗܕܘܢ. Denique formae neosyriacae ܐܚܬܘܢ et ܐܚܬܘܚܘܢ falsa analogia ad normam primae personae ܐܚܢܢ sunt exortae, in qua ܢܢ videbatur affixum et ܐܚ radix. Huic radici deinde affixum verbale ܬܘܢ et affixa verbi et nominis ܬܘܢ et ܚܘܢ conjuncta sunt adnexa, est enim ܐܚܬܘܚܘܢ = ܚܘܢ + ܬܘܢ + ܐܚ. Generis distinctio a Neosyris et a Mandaeis neglegitur.

Adnot. 3. *Tertia persona.* De formis ܗܘ m., ܗܝ f., הָא com. vide §. 43. II. 1. Pluralem ܐܢܘܢ a germine 'in §. 43. II. 2. derivandum *n* geminatum habere demonstrat quantitas vocalis *ĕ* et scriptio אִנּוּן. Formae antiquiores הִמּוֹן, הִמּוֹ vero *m* servaverunt (هُمْ הֵמָּה), praeterea etiam vocalem *o* scriptione ܐܢܘܢ expressam monstrant, cujus loco in femininis (*i*) *e*, apparet. Mandaice הינון respondet demonstrativo ܗܢܘܢ; neosyriacum ܐܢܝ apocopen consonae *n* et mutationem vocalis monstrat similem ut ܐܚܝ; praeterea vocalis *a*, cum geminationem Neosyri eodem modo neglegere videantur, sicut pars veterum Syrorum §. 15., producta est, quod sine justa caussa et in ܐܢܐ ego accidit. Formae aramaismi judaici אִנְהוּ, אִנְהִי, אִנְּא ex germinibus 'in + hu, hi, ha constant, ex iis per elisionem cum productione vocalis אִינּוּ rel. processerunt; formis vero

נִיתְהוּ, נִיהוּ etc. subjacet bicompositio germinis *'in* = *'inin* + *hu* etc. Ex 'ininhu per apocopen primae vocalis exoritur נִינְהוּ, unde per elisionem factum est נִיהוּ. Denique origo neosyriaci ܐܘܢ, ܐܝܢ haec mihi videtur. Subjacet forma demonstrativa ܗܘ, ܗܝ, cujus ܗ in pronunciatione omissum est, quod eodem modo fit in neos. ܐܕܝ = vet. syr. ܗܕܐ. Deinde accessit idem incrementum nasale, quod in ܐܢܬܝܢ cernitur, cujus vero vocalis secundum praecedens ܘ est *o*, secundum ܝ vero *i*. Ita ex ܗܘ hau fit hawon, 'awon, ex ܗܝ hâi, hâyin, 'âyin.

Adnot. 4. In inscriptionibus solum pronomen הו inveni e. gr. Palm. 4, 7. Auranit. 3, 3.; 2, 2., Vogüé in Revue archéol. 1864, p. 284 sq. Formam הי quam in כהי Levy invenisse sibi videtur Z. d. d. m. G. 11, p. 68 pluralem aegyptiacum vocis ⲕⲟϩ esse, defendere conatus sum in dissertatione mea „Bemerkungen über bisher bekannte aram. Inschr."

IV. Sicuti in reliquis dialectis ita et in syriaca pronomina personalia separata pro copula logica linguarum indogermanicarum adhibentur, et cum participio act. (nomine actoris simplice) composita tali modo praesens tempus designant. In arctissima hac conjunctione cum voce praecedente quasi coalescunt, quo facto integra eorum forma aliquantum laeditur. Itaque

1) In vocibus ܐܢܐ et ܚܢܢ prima syllaba saepe apocopatur, et pro ܐܡܪ ܐܢܐ, ܐܡܪܝܢ ܚܢܢ dicitur 'âmarnâ, 'âmrînan; consonae ܐ et ܚ tum linea marhetânâ insignienda sunt ܐܡܪ ܐܢܐ, ܐܡܪܝܢ ܚܢܢ, aut puncto inferiori, quod significat, consonam vocali esse destitutam ܐܡܪ ܐܢܐ, ܐܡܪܝܢ ܚܢܢ, ܐܢܐ ܐܢܐ ego sum. Libri vero hucusque secundum Maronitarum scripturam impressi punctum et lineam occultantem monstrant ܐܡܪ ܐܢܐ, ܐܡܪܝܢ ܚܢܢ, ex puncto inferiore exortam, de qua vide §. 18. II., 21. II. Maronitae igitur perverse lineam et punctum inferius adhibent, scribentes ܐܢܐ ܨܒܐ, qua in re usus lineolae falsus est. Aut igitur marhetânâ aut punctum inferius adhibendum est. Pronunciatio saepe etiam scriptura redditur, ideoque ܐ et ܚ omittuntur, invenies ergo ܐܡܪܢܐ pro ܐܡܪ ܐܢܐ, ܫܦܝܪܢܐ pro ܫܦܝܪ ܐܢܐ, ܡܫܡܥܝܢܢ pro ܡܫܡܥܝܢ ܚܢܢ, ܫܦܝܪܝܢܢ pro ܫܦܝܪܝܢ ܚܢܢ. Eodem modo etiam voces ܐܢܬܘܢ, ܐܢܬܝܢ apocopata priore syllaba cum praecedente plurali, cujus *n* abjicitur, coalescunt, ita ut pro ܐܢܬܘܢ ܛܠܝܒܝܢ legatur 'iliđitun, pro ܐܢܬܝܢ ܛܠܝܒܢ 'iliđâten. Deinde hoc quoque scriptione

exprimitur ܩܛܝܠܬܘܢ = ܩܛܝܠܝܢ ܐܢܬܘܢ, ܡܬܟܬܒܝܢ ܐܢܬܘܢ — ܡܬܟܬܒܬܘܢ = ܩܛܝܠܝܢ ܐܢܬܝܢ = ܩܛܝܠܬܝܢ, ܡܬܟܬܒܢ ܐܢܬܝܢ = ܡܬܟܬܒܬܝܢ, eademque scriptio compendiosa in singulari adhibetur, ubi pro ܫܡܝܥ ܐܢܬ, ܫܡܝܥܐ ܐܢܬܝ scribitur ܫܡܝܥܬ, ܫܡܝܥܬܝ, et pro ܫܠܝܛ ܐܢܬ ܫܠܝܛܐ ܐܢܬܝ, ܫܠܝܛܬ, ܫܠܝܛܬܝ. Notandum tamen est, voces ܗܘ, ܐܢܬ, ܐܢܬܘܢ, ܐܢܬܝܢ a multis non per synaloiphen cum praecedenti connecti, verum ut in hoc versu octosyllabico, ܫܘܒܚܐ ܠܟ ܡܪܝܐ ܕܐܝܬܝܟ ܐܢܬ distincte pronuntiari, quod et in voce ܐܢܐ, quae non semper coalescit cum praecedenti voce, interdum locum habet[1]). Amira p. 25, 474. Imo si ܐܢܐ subjectum est prima syllaba interdum apocopatur, ut in hoc versu septem syllabis constante Ephr. Carm. Nisibena ed. Bickell LV, 27: ܐܢܐ ܐܢܐ ܕܡܥܕܐ ܐܢܐ ܡܢܚ = nånå demaꜣde 'nå menåχ. Cf. Knös Chrest. p. 75, 2.

2) Voces ܗܘ et ܗܝ si copulam efficiunt puncto inferiore a Maronitis non ornantur, earum consona ܗ omnino non pronunciatur, ita ut nihil sint nisi vocalis *û*, *î* praecedenti voci adjecta. Maronitae lineam inferiorem adhibere solent ܗܘ, ܗܝ, Nestoriani vero Marhetånå ܗܘ, ܗܝ, praeterea vocales *u*, *i* puncto insigniunt.

Itaque ܒܣܝܡ ܗܘ legendum est bassimu, ܐܢܬ ܗܘ 'attu, ܡܢ ܗܝ mani, quod Maronitae scribunt ܒܣܝܡ ܗܘ, ܐܢܬ ܗܘ, ܡܢ ܗܝ. Consona ܗ suffixorum ܗ̇ et ܗ cum vera sit consona secundum hanc regulam cum vocali *u* et *i* profertur. Itaque legitur ܩܪܝܒܬܗ ܗܝ qarriβteh-i. Apud Neosyros hocce ܗ est mutum Stoddart p. 19, quod tamen antiquiore tempore non locum habuisse inde colligitur, quod post ܗ suffixorum consonae ܒܓܕܟܦܬ qušåyå accipiunt. E. gr. ܥܡܗ ܕܝܠܗ ܕܝܠܗܘܢ Joh. Harcl. 6, 61 ed. Bernstein.

Quodsi vero ܗܘ et ܗܝ coalescunt cum vocali *å* vocis praecedentis, exoritur diphthongus *au* et *åi*, qua in re in libris Maronitarum ante ܗܘ vocalis ܵ mutatur in ܲ, et ꜣesåså vocis ܗܘ omittitur, e. gr. ܐܢܐ ܗܘ pro ܐܢܐ ܗܘ = 'enau, ܘܙܝܪܐ ܗܘ = ܘܙܝܪܐ ܗܘ wezirau; ante ܗܝ vero servatur ܝܘܢܝܬܐ ܗܝ yaunåytåi, ܐܢܐܗܝ enåi. — Nestoriani vice versa ante ܗܘ retinent suum ܵ e. gr. ܩܕܝܫܐ ܗܘ qaddišåu Luc. 1, 35., ܪܘܚܐ ܗܘ ruhåu Joh. 4, 24. (ed. Mossul. et Urmiens.)

1) Vocem, si in oratione pedestri plerumque apocopatur, in versibus pro metri necessitate pronunciari hi docent versus octosyllabici:

ܠܡܪܝܐ ܠܡܫܒܚܘ ܕܐܬܐ ܐܢܐ
ܘܫܘܒܚܐ ܡܩܪܒ ܐܢܐ ܠܟ

Cod. Goth. 653 Fol. 162 a.

quia profundiorem vocalis Zeqåφå pronunciationem ignorant, eamque ob causam saepe Zeqåφå scribunt pro Peϑåḣå etymologico §. 12, III. Ante ܗܝ vero ponunt Peϑåḣå e. gr. ܪܰܒܝܗܝ rabbai, ܙܥܘܪ̈ܝܗܝ ze'oryai Mth. 13, 32. (Urm.), ubi tamen editio Londin. 1829 praebet ܪܰܒ̈ܝܗܝ et ܙܥܘܪ̈ܐ ܗܝ.

Post vocales *e*, *i* sonus vocum ܗܘ et ܗܝ est *w*, *y* aut *û*, *î*, itaque dicitur ܐܝܩܝ ܗܘ 'iqi-w (ed. Urm. ܐܝܩܐ ܗܘ). Eodem modo ܕܟܐ ܗܘ Joh. 13, 10. ܕܟܐ ܗܘ, ܩܫܐ ܗܘ deχê-w, qešê-w, quae pronunciatio non in *eu* (anglicum *oy* in joy) potest contrahi[1]), *quia talis diphthongi apud Syros nulla omnino exstant vestigia*; si vero vocales *u* et *i* servatae sunt, neque in w et y abierunt non alio modo possunt legi exempla allata quam deχê-yu, qešê-yu. Simili modo ex ܐ ܗܝ oritur e-y et eyi e. gr. ܒܨܠܡܐ ܗܝ besalme-y ex ܗܝ ܝ i-y, iyi. Auxiliarem consonam *y* hic inserendam esse suadet forma ܗܘܝܘ (ܗܘܝܘ, ܗܘܝܘ) ex ܗܘ ܗܘ conflata et ܗܝ ܗܝ = hiyi, ubi inter repetitam vocalem *u* et *i* consona *y* interposita est[2]). In voce ܗܕܐ vero, cujus *e* ex antiquo ܗܕܐ = ܗܢܐ depressum est, in arcta conjunctione cum ܗܝ vetus vocalis servata est, Maronitae igitur scribunt ܗܳܕܳܐܝ hådåi, Nestoriani ܗܳܕܰܐܝ hådai.

Ex diphthongis *au* et *ai*, si sequitur ܗܘ aut ܗܝ, alteram partem u et i in consonas w et y transire, e natura rei intelligitur, ܗܘ ܗܘ igitur legendum est haw-u, ܒܬ ܪܚܡܝ ܗܝ baϑ råḣmay-i, ܒܪ ܪܚܡܝ ܗܘ bar råhmay-u, ܚܝ ܗܝ håy-i.

Post consonas vocalium perditarum reliquias §. 32. si positum est ܗܘ et ܗܝ, alii docent, has consonas pronunciandas esse, alii

1) Hanc diphthongum in tali synizesi exoriri et pronunciandam esse docent Bernstein (Gloss. p. 127) et ipse Hoffmannus, auctoritate Amirae p. 244 nisi.

2) Post vocales *e*, *i* voces ܗܘ et ܗܝ tanquam *w* et *y* legendas esse, concludo ex his Sciadrensis ܨܠܝܒܐ verbis: ܐܠܘܝ ܡܬܬܣܝܡܐ (ܗܘ) ܒܬܪ ܡܠܬܐ ܕܒܫܘܠܡܗ ܠܐ ܐܝܬ ܙܩܦܐ ܗܘ ܡܬܚܝܠܐ ܒܗ ܒܙܘܥܐ ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܠܚܪܬܐ ܕܡܠܬܐ ܩܕܡܝܬܐ ܕܠܐ ܫܘܚܠܦܐ ܡܕܡ. ܐܝܟ ܗܝ ܕܝܘܚܢܢ ܕܟܝܐ ܕܟܐ ܗܘ h. e. *Si vero* ܗܘ *positum est post vocem, cujus in fine non est å, tunc vox* ܗܘ *vocali instruitur ea, quae (praecedentis) vocis fuit ultima, sine omni mutatione uti in Johanneo illo* ܕܟܐܗܘ. Hinc colligitur, vocalem *e* vocis ܕܟܐ pertinere etiam ad ܗܘ, cujus ܗ mutum est, et cujus ܘ, cum diphthongus *εν* non sit syriacus, necessario tanquam *w* post vocalem *e* pronunciandum est. §. 12. III. Adn. 2. Ab altera vero parte *y* auxiliare inserendum esse suadet forma ܗܘܝܘܗܝ Exod. 32, 1. (ܗܘܝܘܗܝ au ܗܘܝܘܗܝ ?)

vero non esse pronunciandas. Lud. de Dieu Gram. p. 130 et Schaafius (Lex. concord. p. 125) ܠܡܩܒܠ ܗܘ jubent pronunciari luqeβal-u, Hoffmannus ܕܕܝܠܝ ܗܘ deδil-yu. Utrumque sua ratione nititur, fieri enim potuit, ut vocalis ceteroquin omissae vestigia in arcta hac conjunctione sint servata, verum etiam contrarium defendi potest. Lis dijudicari non poterit nisi Syrum viva voce legentem audiverimus, ac tum quoque conicere licet, vario tempore et vario loco variam fuisse pronunciationem.

Denique notandum est, voculas ܗܘ et ܗܝ etiam scriptione cum praecedente voce coalescere, qua in re praecedens ܐ abjicitur sicuti etiam ܗ vocis ܗܘ, dum idem ܗ in ܗܝ retinetur. Habes igitur ܡܫܡܠܝܘ pro ܡܫܡܠܝ ܗܘ, ܟܬܝܒܘ pro ܟܬܝܒ ܗܘ, ܗܢܘ pro ܗܢܐ ܗܘ, ܡܢܘ pro ܡܢܐ ܗܘ, ܐܝܟܘ pro ܐܝܟܐ ܗܘ, sed ܟܬܝܒܐܗܝ pro ܟܬܝܒܐ ܗܝ (Gal. 3, 11. Urm.).

V. Pronomina copulam logicam efficientia aut secundum varias personas adhibentur, ita ut in prima persona adhibeatur ܐܢܐ, ܚܢܢ, in secunda ܐܢܬ etc., in tertia ܗܘ, ܗܝ, aut tertia persona omnibus postponitur. Itaque dici potest ܐܢܐ ܐܢܐ *ego sum*, ܩܕܝܫ ܐܢܐ *sanctus sum* 1. Petr. 1, 16., ܐܢܐ ܠܟܠܗ ܫܪܒܬܐ ܕܓܢܓܝܙܟܢܝܐ ܐܣܝܪ ܐܢܐ Ass. III. 2. p. 126 *ego enim toti generi Singizkani obstrictus sum.* ܚܕ ܚܢܢ *unum sumus* Joh. 17, 22; ܐܢܬ ܐܢܬ ܠܟܠܗ Ass. B. O. III. 1. p. 133; ܐܝܟ ܐܢܬܘܢ ܡܢܗܘܢ ܐܢܬܘܢ = ἐν οἷς ἐστὲ καὶ ὑμεῖς Rom. 1, 6.; ܐܦ ܗܝ ܓܙܪܬܐ ܗܝ *haec quoque insula est* BH. Chr. 110, 13.; ܗܕܐ ܫܢܬܐ ܕܡܐܐ ܘܫܒܥܣܪ ܠܡܠܟܘܬܐ ܕܦܪܣܝܐ ܗܝ ܕܗܝ ܫܢܬܐ ܕܬܠܬܝܢ ܘܚܕܐ ܕܫܒܘܪ *annus centesimus decimus septimus regni Persarum, qui est annus trigesimus primus Saporis* Ass. B. O. I. p. 3.; ܗܘܝܘ ܪܒܐ ܕܐܚܘܗܝ *maximus est fratrum* Ass. B. O. III. 2. p. 113. Sed non raro etiam ad secundam et primam personam accedit ܗܘ, ܗܝ, ܐܢܘܢ e. gr. ܐܢܬܘܢ ܐܢܘܢ ܡܠܚܐ ܕܐܪܥܐ *vos estis sal terrae;* ܐܢܬܘܢ ܐܢܘܢ ܢܘܗܪܗ ܕܥܠܡܐ *vos estis lux mundi* Mth. 5, 13.; ܕܠܡܐ ܐܢܐ ܗܘ *numquid ego sum* Mth. 26, 25. In tertia persona, quod per se intellegitur semper ܗܘ, ܗܝ, ܐܢܘܢ, ܐܢܝܢ locum habent. Plura vide in syntaxi pronominum.

§. 45.

Pronomina suffixa et origo vocalismi in eorum adnexione conspicui.

I. Linguae semiticae pronominum personalium casus obliquos sibi non effinxerunt, itaque alia formatione hunc defectum compensaverunt, scilicet germinibus pronominalibus ad voces regentes

adnexis, si vocabulum regens est nomen, expresserunt genetivum[1]), si vero est verbum accusativum. Itaque suffixa cum nominibus conjuncta eodem modo possessiva, quorum separata forma non est exculta, exprimunt, ut Graecorum genetivus pronominum personalium, *δοῦλός σου* = ܥܰܒܕܳܟ. Ex hac totius formationis origine sequitur, non necessario hos casus distinguendos fuisse variis formis germinum pronominalium, quorum significatio speciali forma non opus erat indicari, nam de natura vocis regentis pendebat, quonam casu, accusativo aut genetivo pronomen adnexum intellegendum esset Itaque factum est, ut ea, quae in linguis saepe observatur parsimonia, Semitae iisdem pronominum formis utramque et accusativi et genetivi relationem expresserint; in sola prima persona suffixum verbi נִי distinxerunt a suffixo nominis ִי—.

II. Germina pronominalia, quae enclitice vocibus adnecti solent, haec sunt in primitiva forma:

	Singl.			Plur.	
1. Prs.	ִי in nominibus	ܝ	1. Prs.	ןָ com.[2])	ܢ
	נִי in verbis	ܢܝ			
2. Prs.	ךָ msc.	ܟ	2. Prs.	כֶם msc.[3])	ܟܘܢ
	ךְ fem.	ܟܝ		כֶן fem.	ܟܝܢ
3. Prs.	הֵ msc.	ܗ	3. Prs.	הֶם msc.	ܗܘܢ
	הָא fem.	ܗ̇		הֶן fem. (ex הִי)	ܗܝܢ

De distinctione generis et numeri in hisce affixis vide §. 43. III. Apparet omnia haec pronomina a consona incipere, quae consona adnexa est in lingua semitica primaeva ad vocalem finalem vocis regentis, ita ut tales exortae sint formae קְטַלְתַּנִי, קְטַלַהּ, עַבְדִי, עַבְדָנָא, עַבְדְכֶם etc. Hae primitivae formae deinde pro cujusvis

---

1) Praepositiones quoque suffixa accipiunt, at sua natura sunt nomina.

2) In hac forma *a* breve fuisse ex aethiopico ና, unde arab. نَا prolongatum est, colligitur, praeterea cf. adnt. hujus §. II.

3) In כם et הם *m* antiquius esse, quam *n* in ܟܘܢ et ܗܘܢ ex dictis §. 43. III. concluditur, praeterea etiam ex formis קימיהם, בטנהם in frgm. Blacasianis A. quae antiquioris Aramaeismi habeo monumenta. Hebraismi enim vix esse possunt, cum in illis papyris antiqua alia forma זי = די sit servata, ac Judaeus non בטנהם sed בטנ‍ scripserit. Accedit quod in libro Ezrae הום et כום leguntur, in Daniele vero plerumque הון et כון.

dialecti speciali indole mutatae sunt, et quod ad nos adtinet, in lingua aramaea eam ob caussam valde turbatae sunt, quod complures vocales breves in nominibus atque in affixis sunt rejectae, et distinctio generis in plurali per consonas *m* et *n* sublata, quia consona *m* procedente tempore in *n* abiit. Itaque apud Aramaeos in plurali genus adhibitis vocalibus *u* et *i* (e) est distinctum, quod apud reliquos populos semiticos consonis *m* et *n* significabatur, כֶם, כֶן, هُمْ, هُنَّ, ሆሙ: ሆን:

Contra magnum vero illud vocalium detrimentum lingua aramaea sese ipsam defendit ita, ut vocales affixorum, quas servare voluit, in ipsam vocem receperit. Hoc in singulari 2. et 3. Prs. et in plurali primae personae locum habet, in quibus si non ita egissent tota generis distinctio fuisset perdita. Itaque pro עַבְדַךְ, עַבְדֵךְ, עַבְדֵהְ, עַבְדְהָא, עַבְדַן, קַטְלַךְ, קַטְלֵךְ, קַטְלֵהְ, קַטְלְהָא, קַטְלַן, exortae sunt formae עַבְדָךְ, עַבְדֵךְ, עַבְדֵהּ, עַבְדָהּ, עַבְדַן, קְטַלָךְ, קְטַלֵךְ, קַטְלֵהּ, קַטְלָהּ, קַטְלַן, e quibus deinde per leves mutationes formae in lingua syriaca usitata processerunt, scilicet *ă* secundae pers. dilatatum est in *å*, *ŭ*[1]) tertiae pers. depressum in *e* (§. 13. A. VII.), antiquius *i* 2. pers. fem. vero in *e* mutari lex ordinaria est. Habes igitur hasce formas:

ܥܰܒܕܳܟ =	עַבְדָךְ	servus tuus, m.	ܥܰܒܕܶܗ =	עַבְדֵהּ	servus ejus, m.
ܥܰܒܕܶܟܝ =	עַבְדֵךְ[2])	servus tuus, f.	ܥܰܒܕܳܗ =	עַבְדָהּ	servus ejus, f.
ܥܰܒܕܰܢ =	עַבְדַן	servus noster, c.	ܩܛܰܠܢ =	קַטְלַן	interfecit nos, c.
ܩܛܰܠܟ =	קַטְלָךְ	interfecit te, m.	ܩܛܰܠܶܗ =	קַטְלֵהּ	interfecit eum, m.
ܩܛܰܠܟܝ =	קַטְלֵךְ	interfecit te, f.	ܩܛܰܠܳܗ =	קַטְלָהּ	interfecit eam, f.

---

1) Ex hoc *ŭ* hebraeum ו prolongatum est, itaque ex עַבְדֵהּ factum est עַבְדֵהוּ quae scriptio etiamnunc invenitur e. gr. Gen. 49, 11.; ps. 10, 9.; 27, 5.; 42, 9. Etymologica haec scriptio seriore aetate demum cum phonetica per ו, עַבְדוֹ commutata est, quare in inscriptionibus phoeniciis ה exspectatur, quod in neopunicis simili modo ut in orthographia hebraea cum א commutatum habes. Ceterum suffixum 3. pers. apud Phoenices — mirabile dictu — nondum inventum est, nam de forma *ë* quae placuit Schlottmanno: Die Inschr. Eschmunazars, Halle 1868 p. 164 aeque dubitamus ac de באה Ges. mon. 437.

2) De Consona ܝ signo feminini diacritico, quod nulla ratione etymologica nititur, vide §. 32. II.

In prima persona singularis nominum forma necessario fuit עַבְדְיַ[1]), unde exortum est עַבְדְיְ, quod ex §. 37. II. 5. resolvitur in עַבְדִי, cujus *i* finale ex lege communi est apocopatum, restitit vero in orthographia ܥܰܒܕܝ ʒaβd, et pronunciatur in ܥܰܒܕ, ܥܒܶܕ. — In secunda et tertia persona plur. suffixa in consonam exeuntia vocales necessario servaverunt, itaque ex עַבְדְכֻם exortum est *ʒabdekŭm*, *ʒabdekŭn*, cujus *ŭ* breve (o) esse sequitur ex scriptione ܥܰܒܕܟ݂ܘܢ §. 11. III. ex עַבְדְכֻן ܥܰܒܕܟ݂ܶܝܢ, ex עַבְדְהֻם ܥܰܒܕܗܘܿܢ cum *ŭ* brevi, ex עַבְדְהֻן ܥܰܒܕܗܶܝܢ. Vocalis finalis *ŭ*, *ă*, *ĭ* quae de voce עבד apocopata est, vestigia deprehendentur in aspiratione consonae ܟ݂ in suffixis secundae prs. plur. §. 16, VI, 2. In paradigmate vocalem Nominativi *ŭ* solum scripsimus.

Adnot. Revera vocales affixorum *a*, *i* in ipsam vocem receptas esse non solum analogia hebr. fem. 2. prs. סוּסֵךְ plur. סוּסַיִךְ docet, quorum *e* ex primitivo ik = ki, *ayiχ* ex primitivo ai + ik = ki exortum, verum clarius etiam lingua arabica hodierna in qua, omissa vocali *ŭ* nunc pro كِتَابُكَ et كِتَابُكِ dicitur كِتَابْكَ كِتَابْكِ[2]).

Ex praecedentibus intellegitur, nullum hic esse usum vocalis conjungentis (Bindevocal), verum vocales, quae affixa praecedunt aut sunt vocales finales vocis regentis ܩܛܰܠܬܘܼܟ݂, aut vocales ipsius affixi in vocem receptas ܩܛܰܠܬܳܟ݂, ܩܛܰܠܬܳܗ 3. prs. fem. singl. ܩܶܛܠܰܬ c. suff. *ka* et *hu*. — Mirum in modum totius rei natura perspicitur in varia vocalis *a* quantitate, quae locum habet si suff. *na* 1. prs. pl. accedit ad formas verbales, quae antiquo tempore in *a* exierunt. In iis enim finale *a* cum vocali *a* suffixi, quae in ipsam vocem recepta est, contrahitur in *â*, quod si vero verbum exiit in consonam, *ă* breve cernitur. Itaque habes ܩܛܰܠܬܳܢ interfecisti nos ex qaṭalta + an = na, ܩܛܰܠܘܼܢܳܢ interfecerunt nos ex qaṭaluna + an = na sed ܩܛܰܠܬܰܢ interfecit nos (fem.) ex qaṭalat + an = na. Forma

---

1) Affixum non esse *î*, ִי—, sed ya ַי, colligitur ex aethiopico P et ex arabicis formis إِيَّاىَ, أَبُوَىَّ, فِيَّ, ubi post vocalem heterogenum y est servatum, quod in hebr. אָבִי ex אָבִיַ postquam finale *a* rejectum est debuit resolvi; itaque אָבִי exortum est ex 'abiy. Origo affixi hebr. ִי— eadem est, quae syriaci ܝ—, verum vocalis nondum est apocopata.

2) Vocales verborum quoque finales *û* in lingua talmudica in ipsam vocem recipiuntur, in formis uti זבון pro זבנו emerunt ʒAbod. zar. 13b, 24b, כנוף pro כנפו convenerunt ib. 19b, עבוד fecerunt, ib. 26b, גזור deciderunt 36b, איגיור 'eϑpaʒal proselyti facti sunt. Noeldecke Mundart der Mand. p. 110.

ܩܛܠܢ ex qaṭalana vocalem finalem amisit, ܢܩܛܠܘܢ (ex naqṭuluna) eodem modo se habet ut ܩܛܠܘܢ, scilicet vocalem affixi recepit, brevi *ŭ* finali abjecto.

III. Cum, quod ex dictis patet, affixorum vocalismus aeque de antiquo nominum et verborum vocalismo atque de ipsorum affixorum primitiva vocali pendeat, hoc loco affixorum cum vocibus regentibus conjunctio explicari non potest, id quod fiet si nominum ac verborum formae oculis propositae erunt. Hic dixisse satis erit formas tertiae pers. plur. ܗܘܢ, ܗܝܢ in nominibus tantum usurpari, pro quibus post verba pronomina separata ܐܢܘܢ, ܐܢܝܢ adhibentur, §. 44, I. Reliquarum aramaicarum dialectorum formae ob easdem caussas non hic sed infra cum suffixis syriacis comparabuntur.

Adnot. Grammatici plurimi suffixa e formis pronominalibus separatis decurtata censent, qua in re alii censent, juxta אַנְתְּ antiquo tempore exstitisse אַנְךְ, alii vero ת ex אנת desumptum postea mutatum esse in ך. Hoc quantopere sit falsum, vix dici potest, primum enim in lingua semitica certa permutationis consonarum ך et ת desunt exempla, deinde forma secundae pers. אנך prorsus est fictitia. Denique tota opinio eo refutatur, quod pronomina ipsa e germinibus variis sunt conflata, quae germina antequam conjuncta inceperunt pronomina personalia producere, necessario absolute et singulatim adhibita fuisse debent. Jam si germina illa simplicia relationibus demonstrativis et personalibus designandis inserviebant, necessario etiam illorum auxilio casus obliqui pronominum designati esse debent, quod non alio modo potuit fieri quam compositis germinibus cum nominibus aut verbis regentibus. Germinum vis erat demonstrativa indistincta, itaque varia germina ad producendam eandem formam potuerunt adhiberi, sed eodem jure idem germen ad producendas varias formas, denique compluria germina cum aliis vocibus coaluere, ut tali modo variae relationes exprimerentur[1]). Itaque germen *ka*, *ki*, *ku* subjecta 1. et 2. prs. apud Aethiopes designant, *ka*, *ki* praeterea vero et genetivum et accusativum 2. pers. in omnibus dialectis efficiunt,

1) E. gr. أَعْطَيْتُكَهُ do tibi id, rad. عطى, germen tu, nota subjecti, كَ nota objecti primi, هُ nota objecti secundi.

germen *ta*, *ti* secundam personam efficit אַנְתְּ, אַנְתִּי, in verbo vero tertia forma *tu* primam indicat. Videmus igitur quanta libertate lingua semitica primaeva hasce voculas adhibuerit. — Haec ipsa lingua primaeva per illa germina etiam pronominum casus obliquos expressit, id quod usque ad hunc diem ita factum est; in formis pronominum autem simplicia germina nimis brevia et tenuia additis aliis germinibus sunt aucta, quod germinibus cum aliis vocibus conjunctis (suffixis) non erat necessarium. Itaque *'anta* tu eodem modo ex *an* + *ta* exoritur uti *qaṭalta* ex *qaṭal* + *ta*, nagarka ex nagara + ka ut malikuka ex maliku + ka, neque ulla est caussa cur haec suffixa a formis pronominum hodie usitatis derivemus, quae pronomina ipsa ex germinibus simplicibus constant. Imo huic derivationi suffixorum forma non convenit; si *qaṭalta* ex *qaṭala* + *anta*, si *ʒabduka* ex *ʒabdū* + *anka* exortum cogitatur, nemo explicabit, quid de illo *n* sit factum, et haec opinio tunc tantum recta esset, si pro qaṭalta diceretur qaṭalatta, pro ʒabduka, ʒabdukka, quod nusquam et nunquam locum habuisse aspiratio consonae ך apud Hebraeos et Syros probat. Plura hac de re §. 50. II. dicentur.

IV. Sub finem juvabit afferre formas nominum et verborum cum suffixis, quae in inscriptionibus aramaeis inventae sunt.

Habes igitur 3. *pers. singl.*

לִבֵּהּ, מָרְאֵהּ Blac. A. לֵהּ Plm. 5. Frgm. Blac. D. Hauran. 2[1]), ܠܢܦܫܗ Plm. 10, 4, ܢܦܫܗ Plm. 2, 1, ܒܢܦܫܗ 7, 4, ܝܩܪܗ 4, 8, ܫܡܘܗܝ 2, 3, בנוהי Frgm. Blac. C. ܥܠܘܗܝ Plm. 13, 2, אבוהי Blac. A. C. Plur. ܫܡܗܘܢ, ܐܫܡܗܘܢ, ܒܢܝܗܘܢ, ܐܒܗܝ (sic!) Plm. 3, בטנהם, קימיהם, אלהיהם Blac. A. In verbis c. suff. singl. יתקלנהי Blac. A., תחלנהי Blac. C.

2. *pers. singl.* לך fem. in gemma babylonica Levy Phoen. Stud. II. Tbl. fig. 6 (cf. Dissertatio mea Bemerkungen über bis jetzt bekannte aram. Inschr.) לך msc. (?), טללך חילך plur. גרמיך Blac. B., עֲבְדָךְ papyr. Taurin.

1. *pers. singl.* בעדרי „auxilio meo" גברתי dominam meam in amuleto babylonico Levy Phoen. Stud. Heft II. p. 24. cf. dissertat. meam modo allatam.

---

1) Frgm. Blac. et papyr. Taurinensem apud Gesenium Mon. Phoen. I. p. 236 sq., inscript. hauran. edidit Vogüé in Revue archéol. loco infra laudato.

Denique afferenda videtur inscriptio hauranica bilinguis a Vogué edita Revue archéol. 1864 p. 284 sq.

נפשה די חמרת די בנה לה אדינת בעלה

quae ita est legenda; נַפְשָׁהּ דִּי חַמְרַת דִּי בְנָהּ לַהּ אֹדֵינַת בַּעְלָהּ et cujus textus graecus est hic: *Ὀδαίναθος Ἀννήλου ᾠκοδόμησεν τὴν στήλην Χαμάρτῃ τῇ αὐτοῦ γυναικί.* Apparet ה in vocibus בנה, נפשה esse suff. fem. 3. pers. neque hic locum habere orthographiam hebraizantem.

§. 46.
Pronomina demonstrativa.

I. Cum pronomina demonstrativa in eodem enunciatu saepe ad varia nomina referri necessarium sit, omnes linguae semiticae compositis germinibus complures formas excoluere demonstrativorum, quibus res propiores, ad quas pronomina redeunt, distinguuntur a rebus longinquioribus. Hunc in modum diversa sunt *οὗτος* et *ἐκεῖνος*, *hic* et *ille*, اين et ان, this et that, celui-ci et celui-là, etc. Pronomina quibus Syri ad distinguenda hujusmodi relationis genera utuntur, haec sunt:

	Singular.			Plural.	
Masc.	Fem.			Masc.	Fem.
1. ܗܘ	ܗܝ	(is, *αὐτός*)		ܗܢܘܢ, ܗܢܘܢ	ܗܢܝܢ
2. ܗܘ̈	ܗܝ̈	(ille, *ἐκεῖνος*)		ܗܢܘܢ, ܗܢܘܢ ܗܠܟܘܢ	ܗܢܝܢ
3. ܗܢܐ ܗܢ	ܗܕܐ, ܗܕܐ ܗܕ	(hic, *οὗτος*)	pl. com. ܗܠܝܢ (ܐܠܝܢ cf. §. 47. III.)		

Apparet simplicem demonstrativi formam ܗܘ, ܗܝ designare res proximas, eamque ob causam simul vices pronominis personalis tertiae personae gerit. Ex hoc germine cum ܗܐ (حَرْفُ ٱلتَّنْبِيهِ §. 43. II. 1.) composito exortum est ܗܘ̈, ܗܝ̈ = ܗܘ + ܗܐ, ܗܝ + ܗܐ, הַהוּא, הַהִיא, quae pronomina res maxime distantes insigniunt. Forma, quae in pronomine personali tanquam pluralis germinum ܗܘ, ܗܝ enumerata est, ܐܢܘܢ, ܐܢܝܢ graviori demonstrativorum vi vero non videtur suffecisse, ideoque cum ܗܐ est conjuncta, quo facto ܗܢܘܢ, ܗܢܘܢ exorta

sunt. Scilicet ubi distinguendae erant res propiores a longinquioribus tono vario modo posito per *hå-'innon* designata sunt propiora, per *há-innon* longinquiora; ex *hā-innon* denique omisso *ā* processit *hinnon* ܗܶܢܽܘܢ, fem. ܗܶܢܶܝܢ, ex *há-innon* omisso *in hånon*, ܗܳܢܽܘܢ, fem. ܗܳܢܶܝܢ. Itaque hodie demonstrativa proxima designantia ita componenda videntur ܗܘ, ܗܝ, ܗܢܘܢ, ܗܢܝܢ, quae omnia puncto inferiore non diacritico sed phonetico §. 10. IV. scribuntur, pronomina vero remotiora indicantia ita ܗܘ, ܗܝ, ܗܢܘܢ, ܗܢܝܢ, quae superius accipiunt punctum.

Denique ܗܳܢܳܐ et ܗܳܕܶܐ composita sunt ex ܗܳ cum *ana* §. 43. II. 2. et *da* §. 43. II. 7.; ܗܳܠܶܝܢ plur. com. exortus est ex ܗܳ cum germine *al* §. 43. II. 3., quod etiam in formis אֵלֶּה, أُولَى utroque genere usurpatur. De ܗܠܟܘܢ Cureton Remains of a very antient recension of the four Gospels = ἐκεῖνοι et οὗτοι Joh. 4, 38, 43, Math. 15, 22; 20, 9 cf. infra VI. הַלֵּיךְ. Generis distinctionem in ܗܳܢܳܐ et ܗܳܕܶܐ fortuitam esse neque e germinum primitiva vi profluxisse §. 43. III. monuimus. Haec demonstrativa Sciadr. p. ܗܠܟܗ cum ܗܘ etc. conjungit, dicens haec omnia res propiores denotare. Forma apocopata ܗܳܢ non saepe usitata nomini solet praeponi, ܒܒܰܝܬܳܐ ܗܳܢ *in hac domo* Kirsch-Bernst. Chrest. 3, l. 4, ܗܳܢ ܥܰܡܳܐ *hic populus* Knös p. 114. Idem valet de forma ܗܳܕ, quae etiam rarius invenitur e. gr. Ephr. III. 80. c. ܐܘܕܐ ܕܐܫܘܝܟ ܠܟܠܗ ܗܕ ܫܘܒܚܗ *confitere (filium), qui dignum te reddit hoc omni;* III. 407. E. ܗܳܕ ܡܶܐܟܽܘܠܬܳܐ, *hic cibus;* 590. B. ܒܗܳܕ ܐܰܪܥܳܐ ܕܟܽܘܒܶܐ *in hac terra spinarum;* Kitawa de Madraši cod. Soc. or. germ. Nr. 261 f. 34b. ܠܳܐ ܬܶܥܗܕ ܠܗܽܘܢ ܗܳܕ ܣܰܟܠܽܘܬܳܐ *ne memineris illis hujus peccati*, ubi ܗܳܕܶܐ quidem scriptum est, versus tamen septemsyllabicus formam ܗܳܕ postulat. Ceterum haec apocope non cum forma status indeterminata est comparanda, nam aeque ܗܳܢ et ܗܳܕ cum nominibus determinatis, quod probant exempla allata, solent conjungi, imo demonstrativum ad nomina indeterminata omnino accedere non potest, an non insanum est dicere ἐκεῖνος ὁ ἀνήρ τις?! Itaque apocope illa nihil est nisi omissio vocalis in oratione festinantius procedente.

Adnot. Joseph Acurensis arabice haec demonstrativa ita reddit: ܗܘ = ذلك, ܗܝ = تلك, ܗܢܘܢ = هولاى البعاد; ܗܢܐ = هذا, ܗܕܐ = هذه, ܗܠܝܢ = هولاى; ܗܢܘܢ = هم القراب, et simili modo etiam reliqui grammatici dicunt inter ܗܘ et ܗܘ etc. interesse id, quod

prius redeat ad remotiora, alterum ad propinquiora. Eadem igitur est distinctio, quae locum habet inter persicum ان et اين.

II. Pronomina ܗܳܢܳܐ et ܗܳܕ݂ܶܐ cum ܗܽܘ et ܗܝ̣ copulam logicam exprimentibus coalescere, eorumque vocales mutari e §. 44, IV, 2 sequitur. Tali modo oriuntur ܗܰܢܽܘ et ܗܳܕ݂ܶܝܗ̇ (Nestor. ܗܳܕ݂ܳܝܗ̇) et in hac forma fem. vocalismus antiquior ܗܳܕ݂ܳܐ, unde forma usitata ܗܳܕ݂ܶܐ processit, etiam nunc est servatus. Praeterea ܗܳܢܳܐ etiam cum aliis nominibus coalescit, e. gr. ܝܰܘܡܳܢܳܐ *hodie*, proprie *hoc die*. Denique vox ܗܶܢ si cum particulis ܟܳܐ et ܬܰܡܳܢ componitur suum *n* convertit in *r* itaque dicitur ܗܳܪܟܳܐ hîc, hoc loco, in aramaismo judaico הָלְכָא et ܗܳܪܬܰܡܳܢ illic, mandaice cf. האתאם.

III. Lingua neosyriaca haec adhibet demonstrativa

Singl. ܐܳܗܳܐ hic, haec,		Plur. ܐܳܢܝ hi, haec	
ܗܳܕ݂ܳܐ[1])		(ܐܳܢܳܐ, ܐܰܢܶܐ.)	
ܗܘ ille	ܐܘ, ܐܳܘ.	(ܐܝ, ܐܳܝ) ܐܳܢܝ illi, illae	
ܗܝ illa	ܐܝ.		

ܗܘ saepe ut *ow* in *now*, saepius tamen ut *o* pronunciatur, ܗܝ vero ut *ay* in *aye* (hëi), sed pronunciatio solita est *ē* hē, ut *a* in *fate*. Forma ܗܳܕ݂ܶܐ saepe in ܐܳܕ݂ܝ aut ܐܳܕܝ corrupta est, neque pro feminino tantum adhibetur, verum communis est generis, unde comprobatur quod §. 43. III. diximus. In ܐܳܗܳܐ germen הָא, quod est generis communis §. 44. III. bis repetitum quaerendum videtur, ex ܗܳܗܳܐ deinde omissa aspirata factum est ܐܳܗܳܐ, sicut ex ܗܳܘܶܢ factum est ܐܳܘܶܢ §. 44. III. Adnot. 3. Forma ܐܳܢܝ ex ܗܳܢܶܝܢ et ܐܳܢܝ ex ܗܳܢܶܝܢ exortae videntur. Cf. Noeldecke p. 76.

Praeter has formas lingua neosyriaca formas veteres cum germine *hā* conjunctas adhibet, sua analogia tali modo confirmans theoriam universam de origine pronominum per compositionem germinum. Itaque usurpantur voces ܗܘܘܐ (ܗܐ + ܗܘ) *ille*, ܗܐ ܗܘܘܐ (ܗܘ + ܗܐ + ܗܐ) *ille ibi*, ܐܳܗܢܳܐ *hi*, in regione Urmiensi[2]); in Bûtan ܐܳܢܳܐ

1) Vox ܗܳܕ݂ܳܐ cum antiqua vocali pro ܗܳܕ݂ܶܐ conveniens cum mandaeo האזא exstat in phrasi ܗܳܕ݂ܳܐ ܬܪܶܝܢ *duplo plus, twice as much;* ܗܳܕ݂ܳܐ ܬܠܳܬ݂ *triplo plus, three times as much.*

2) Significationes ܗܘܘܐ *ille* et ܗܐ ܗܘܘܐ *ille ibi, that yonder* comprobant vim demonstrativam addito ܗܐ esse auctam. Eaedem voces, quae in Bûtan pro *hic* et *ille* adhibentur, docent quo modo paullatim haec vis demonstrativa mente percipi desierit. — Bûtan pars occidentalis Kurdistaniae est.

(ܗܘ + ܐܢܝ) dicitur οὗτοι, hi, ܐܢܘܗ (ܗܘ + ܐܢܘ = ܗܢܘܢ) ἐκεῖνοι, *illi*, denique in Kurdistania ܐܢܝܗ, ܐܝܢܗܘ, ܐܝܢܗܝ = *hi* formantur, quorum origo facile perspicitur.

IV. De formis demonstrativorum in dialectis aramaeis obviis haec sunt dicenda:

Germen דא generis com. *hic* exstat in inscript. hauranica 7 l. 1 (ed. Vogué in Revue archéol. 1864), praeterea adest דנה Hauran. 3, 1.; 6, 3.; Palm. 5, 1. etc., quod generis com. est[1]).

Germen simplex דא etiam mandaice genere neutro in phrasibus quibusdam ut ܕܐ ܘܕܐ ܡܢ de hoc et illo (Norberg lib. Adami I. 138) servatum est, formae compositae vero usitatiores sunt. Samaritani quoque ࠃࠀ adhibent, quod et ࠄࠃࠀ scribitur Deutr. 32, 1., utroque genere, plerumque tamen feminino, masculinum contra saepe per ࠃࠍ (ex דנה) exprimitur, quae vero forma et ipsa tanquam femininum adhibetur. Praeterea exstat ࠀࠄࠍ ille, Gesenius Carm. Sam. 6, 2. 8 = ܗܘ. Pluralis est ࠀࠋࠉࠋࠍ, ࠀࠋࠄࠍ, ࠀࠉࠄࠍ §. 44, III. et haec pronomina cum *hå* conjuncta (articulo hebraico) efficiunt ࠄࠄࠀ, ࠄࠃࠄ, ࠄࠃࠍ, ࠄࠀࠉࠄࠍ etc.

V. Mandaeorum formae usitatae hae sunt:

Sing.	Plur.
האהו ille, האהע? illa,	האנין illi, illae, com.
האך ille, האכע illa,	האניך illi, illae, com.
האוין hic, האוא haec,	האלין hi, hae, com.
האנאתא com. hic, haec.	האנאתון hi, האנאתין hae.

De origine formae האוין monendum est, in דן = זין e germine *đa* §. 43. II. 7. antiquiorem aspiratam ذ in ז transiisse, quod et in relativo observabimus. Consona ך in האך et האניך germen est etiam in arabico ذاك et aethiopico ዝክቱ etc. obvium; ex הע §. 44. III. et האך vox האכע est composita. Tali modo si pronomen remotiora indicans componitur ex האך et pronomine tertiae personae הע, a veri specie non videtur alienum, in pronomine propiora indicante latere pronomen personale secundae personae. Itaque האנאתא, האנאתון, האנאתין exorta censeo ex germine הא cum secunda persona אנאתא, אנאתון, אנאתין, quae in hac compositione formam antiquiorem in vocalem *a* exeuntem aeque servavit

1) Palm. 3, 2. juxta חמנא דנה legitur עלתא דנ(ה).

sicuti distinctionem generis in plurali, quae tamen non semper observatur [1]).

VI. Denique in aramaismo judaico haec inveniuntur demonstrativa:

Singularis.			
A. Germen דא. 1) simplex G. com. דְּנָא, דְּנָה *hic, haec*	2) accedit הא	3) accedit אן	B. Germen הא. הָא, הָאי, הָן, (אֲהָן), הָךְ
m. דֵּן, דֵּךְ *hic*	הָדֵין	אִידֵּךְ	
f. דָּא, דָּךְ *haec*	הָדָא	אִידָּךְ	
Pluralis.			
A. Germen דא. דְּנָן			B. Germen הא. הָנֵין, הָנֵי; הָנֵיךְ, הָכֵין, הָנָךְ.
C. Germen אל com. אִלּוּ, אִלֵּיךְ	הָלֵין, הָאִלֵּין חֵלָּלוּ, הָלֵיךְ	נִיהָלֵין	

Quam regularis haec formatio sit, ipsa tabula docet; de forma נִיהָלֵין ex *'in-in-ha-illen*, in qua germen accedens אן geminatum est cf. §. 44. III. Adnot. 3. Origo formarum singularum ex suis germinibus ex §. 43. II. facile intellegitur. —

Praeter דֵּךְ exstat etiam vox דיכי, ex דֵּךְ cum הי (sicuti in dialecto mandaea האכע ex האך cum הע) exorta. Denique ex compositione vocis דֵּךְ cum אן oritur דֵּכֵן *hic, haec* com.

§. 47.

Pronomina relativa et interrogativa.

I. Pronomina relativa specialem esse demonstrativorum classem, scilicet quae ad praecedentes voces redit, §. 43. I. diximus. Itaque mirum esse non potest, idem germen quod in demonstrativis cernitur, basin etiam relativorum praebuisse, quod est germen *đa*.

1) E. gr. Noeldecke affert האנאתון נישמאתא hae animae. — Noeldecke formam האנאתא dubitans explicuit ex אתא + הין + הא, explicationem illius et meam alii dijudicent.

Hoc germen in hebraeo זֶה, זאת, in arabico ذَا, in aethiopico ዘ, ዚ demonstrativa procreavit, idem vero invenitur in relativis الَّذِى et ዘ. Aspirata media dentalis ð, ذ in dialectis aramaicis recentioribus abiit in *d*, antiquiores vero, quibuscum hac in re Mandaei saepe consentiunt §. 24. VI. c., ejus loco ז monstrant, ita ut antiquissima relativi aramaici forma sit זִי[1]) unde processit דִי[2]), quod deinde in ܕ *de̊* correptum est.

Haec particula ܕ neque generis neque numeri formationem admittit, sed immota in omnibus relationibus adhibetur, sicuti hebraeum אשר. Itaque dicitur ܡܶܕܶܡ ܕܒܳܥܶܐ ܐܢ̄ܬ *aliquid, quod petis*, ܗܳܠܶܝܢ ܕܡܶܫܟܚܳܢ ܠܒܰܪ̈ܢܳܫܳܐ *ea quae possibilia homini sunt* etc., qua in re nihil refert utrum ܡܶܕܶܡ et ܗܳܠܶܝܢ sint objecta an subjecta, masculina an feminina. — Si vero in enunciato relativo genus et numerus designetur oportet, pronomina tertiae personae ܗܽܘ, ܗܺܝ, ܗܶܢܽܘܢ, ܗܶܢܶܝܢ particulae postponi possunt. Iisdem pronominibus etiam copula logica post ܕ exprimitur. Exempl. ܡܶܛܽܠ ܥܶܠܬܳܐ ܐܰܝܢܳܐ ܕܗܺܝ ܐܰܘ ܙܰܒܢܳܐ ܐܰܝܢܳܐ ܕܗܽܘ Ass. B. O. III. II. 199 *propter caussam, quaequae est, aut tempore, quoquo est;* ܡܶܢܶܟܝ ܢܶܦܽܘܩ ܡܰܠܟܳܐ ܕܗܽܘ ܢܶܪܥܶܝܘܗܝ ܠܥܰܡܝ Math. 2, 6. *ἐξ σοῦ ἐλεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου;* ܐܝܬ ܡܗܝܡ̈ܢܐ ܕܗܶܢܽܘܢ ܥܒܰܕܘ ܢܰܦܫܗܽܘܢ ܡܗܝܡ̈ܢܐ Mth. 19, 12. *εἰσὶν εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτούς;* ܐܝܬ ܐ̱ܢܳܫܳܐ ܕܗܶܢܽܘܢ ܠܒܶܫܘ ܦܩܘ

1) Forma relativi זי exstat in inscript. lapidis Carpentoractensis l. 1, תמנחא זי אוסרי אלהא *cultrix* (?) *dei Osiridis* et in frgm. Blacasianis passim e. gr. שביא זי שבית *praeda quam praedatus es.* Eadem cernitur in gemma babylonica, Levy phoen. Stud. Heft II. p. 24, ubi legitur לאכדבן בר גברד סרסא זי מקרב למרד, *Akdebano Gabrodi filio, eunucho, qui sacrificia obfert Merodo.* Hinc sequitur in inscriptionibus cuneatis aramaicis signum 𒍣 non *sa* sive שׂ esse pronunciandum, quod placuit Rawlinsono, Saulcyo et Opperto, verum *zi.* Itaque e. gr. Behist. lin. 97 textus aramaici

gabrâ (?) zi m par r s

transscribenda est גַּבְרָא זִי מְפַרִשׁ *homo, qui est mendax,* persice *martiya hya draujana* Col. IV. §. 5. Vox פרשׁ collato arabico فَرْش = كَذْب *mendacium* explicatur, nec cum Opperto פרץ legenda est Journ. as. 1860 Avr. p. 343, 391.

2) Forma די in inscriptionibus hauraniticis et palmyrenis usitatissima est, deinde in aramaismo judaico et in versione Hierosolymitana adhibetur. Adler, Verss. Syr. p. 142.

ܠܕܩܘܝܘ ܠܬܘܪܨܐ Assem. III. II. 372 *tanquam homines, qui soli orthodoxi manserunt.* Apparet formam ܕܗܘ respondere quoad sensum graeco *ὅστις*.

Pronomen ܕ etiam post demonstrativa ܗܘ, ܗܝ, ܗܢܘܢ, ܗܢܝܢ poni, per se intellegitur, e. gr. Mth. 25, 1. *comparatur regnum coelorum decem virginibus*, ܗܢܝܢ ܕܢܣܒ, *quae sumserunt lampades*; ܐܢܐ ܐܢܐ ܗܘ ܕܒܥܝܬܘܢ *ego sum is, quem quaeritis* Ass. B. O. I. 37. Imo ܕܗܘ, ܕܗܝ etc. post ܗܘ, ܗܝ etc. ponuntur, e. gr. ܗܘ ܕܗܘ ܐܣܗܕ *is, qui testatus est* Ass. B. O. II. p. 217.

II. Pronomen interrogativum personale est ܡܢ *quis? quae?* pronomen interrogativum impersonale est ܡܐ, ܡܢ et ܡܢܐ = ܡܢ ܗܢܐ *quid?* Cum utroque coalescit ܗܘ itaque ܡܢܘ *quis est?* ܡܢܘ *quid est?* ܡܢܘ Luc. 1, 29.[1]). — Juxta ܡܢ etiam forma plenior exstat ܡܘܢ, ܡܘܢ *quid?*[2]) e. gr. ܠܡܘܢ *ad quid? cur?* ܡܪܝ. ܡܘܢ ܨܒܝܐ ܠܟ ܗܘܡܟܬ ܕܚܫܘܟܐ, *domine, quid exoptata tibi tenebrarum confusio* (?) Knös Chrest. 74, 6, ܡܘܢ ܬܡܗܪܢܐ ib. 75, 9. Genus et numerus in hisce vocibus non distinguuntur, imo ܡܢ interdum etiam ad res impersonales refertur, sicut vice versa ܡܢܐ ad personas potest pertinere, si hic vocalismus non falsus est et ܡܢ restituendum.

Exempla: ܡܢ ܗܝ ܐܡܝ ܘܡܢ ܐܢܘܢ ܐܚܝ *quae est mater mea et qui sunt fratres mei?* Mth. 12, 48.; ܡܛܠ ܡܢ *propter quid, cur?* ܕܡܢܐ ܐܢܬ *quisquis sis*, proprie *quidquid sis*, BH. 223, 2.; ܐܡܪ ܡܠܟܐ ܕܡܢܐ ܐܢܘܢ ܗܠܝܢ ܡܠܟܐ dixit rex: *quid* (*qui*) *sunt hi reges?* Knös Chrest. p. 80, 15.; ܡܢܐ ܗܝ ܨܒܝܢܟ *quid est desiderium tuum?* ib. 75, 9.; ܡܢܐ ܗܝ ܥܠܬܐ *quae est caussa* Ass. B. O. I. 79; ܫܡܥ ܠܫܠܝܚܐ ܡܘܢ ܐܡܪ *audi apostolum! quid dixit?* Ass. B. O. I. 143; ܘܡܢܐ ܢܥܒܕ ܠܐ ܝܕܥ *et quid faceret ignorabat,* BH. Chr. 581.

Praeter has formas, quae genus et numerum non distinguunt, alia vox adest ex germine ʾay §. 43. II. 4. et germinibus demonstrativis conflata ܐܝܢܐ *quis?* ܐܝܕܐ *quae?* plur. ܐܝܠܝܢ *qui, quae?* e quibus ܐܝܢܐ cum ܗܘ compositum efficit ܐܝܢܘ, et ܐܝܕܐ cum ܗܝ formam ܐܝܕܗܝ. Itaque dicitur ܒܐܝܢܐ ܥܝܢܐ *quonam oculo?* ܐܝܢܘ ܕܡܡܪܚ *quis audet?* Ass. B. O. I. 114; ܡܛܠ ܗܝ ܕܡܢ ܐܡܬܝ ܘܐܝܠܝܢ ܐܢܫܝܢ ܫܪܝܘ ܠܡܘܬܢܐ, *de eo, a quo tempore et* (*a*) *quibus hominibus car-*

1) Editio Urmiensis 1845 praebet ܡܢܘ, Gutbieriana ܡܢܘ.

2) Cum puncto superiore, ʒesāsā karyā, proferendum *mōn*; ita scribitur in Ord. bapt. cod. Hallensis Orphanotrophei p. 12.

mina inceperint (*componi*) Ass. B. O. I. 166.; ܐܝܢܐ ܟܐܦܐ ܡܫܬܩܠܐ *quid praestat pondere?* Ass. B. O. I. 115.: ܐܝܢܐ ܗܟܝܠ ܩܠܐ ܐܝܬ ܕܣܦܩܐ, *quae igitur est vox*, *quae sufficiat*, Kirsch-Bernst. Chrest. p. 214. Adhibetur etiam in interrogatione indirecta, uti ܢܠܦ ܡܢ ܐܝܠܝܢ ܩܢܘܢܐ ܗܢܐ ܝܠܦ ܗܕܐ, *doceat quibusnam e canonibus ille hoc didicerit* Joh. Eph. p. 17.

III. Pronomina interrogativa si sequitur ܕ etiam sensu relativo adhibentur, ita tamen ut respondeant gallico *celui qui*, germanico *derjenige welcher*, e qua significatione denique facile at non semper exoritur usus horum pronominum indefinitus. Itaque habes ܡܢ ܕ, ܡܐ ܕ, ܐܝܢܐ ܕ, ܐܝܕܐ ܕ, ܐܝܠܝܢ ܕ.

Exempla: ܟܐܦܐ ܡܚܝܠ ܡܪܢ ܠܨܘܪܗ ܕܡܢ ܕܐܟܫܠ ܠܚܕ ܡܢ ܒܢܝ ܢܘܗܪܐ *lapidem molarem minatus est dominus cervici ejus, qui unum e filiis lucis offendit.* Apparet sensum pronominis esse indefinitum, ita ut phrasis intelligenda sit: *minatus est cervici cujuscunque qui* etc. Sed si demonstrativum ܗܘ praecedit enunciati sensus indefinitus non est, uti in hoc dicto: ܫܡܝܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܒܗ ܗܘ ܡܢ ܕܐܝܬܝ ܥܠܝ ܗܢܐ ܟܘܪܗܢܐ *coelum in quo est ille ipse, qui hanc infirmitatem super me duxit*, Ass. B. O. I. 73, ib. I. 113. Eodem modo Ass. l. l. 102 ܐܝܢܐ ܕܒܚܣܡܐ ܗܘ ܒܥܐ ܠܗ. ܠܫܪܪܐ ܠܐ ܡܨܐ ܕܢܕܥ ܠܗ *is qui* = *quicunque veritatem per invidiam quaerit, non poterit eam intellegere.* ܡܢ ܕܐܡܪ ܕܐܠܗܐ ܡܠܬܐ ܐܫܬܚܠܦ ܡܢ ܡܢܡܘܡ ܡܛܠ ܥܠܬܐ ܐܝܕܐ ܕܗܝ ܐܘ ܒܙܒܢܐ ܐܝܢܐ ܕܗܘ ܡܘܒܕ ܠܗ ܠܫܪܪܐ *Is qui* = *quicunque dixerit deum λόγον mutatum esse ab aeterno, propter caussam quaequae est* = *quamcunque*, *aut tempore quidquid est* = *quovis, perdit veritatem,* Ass. B. O. III. 2, 199; ܫܕܪ ܐܘܢܘܟܐ ܠܒܝܬܐ ܕܡܢ ܕܗܘ *misit eunuchum in domum ejus qui erat* = *cujusvis*, Kirsch-Bernst. p. 21. —

Neque tamen semper sensus indefinitus pronominum locum habet, ut in his exemplis: ܐܝܠܝܢ ܕܥܪܩܘ ܠܚܣܢܐ ܠܐ ܦܬܚܘ ܠܗܘܢ ܢܛܘܪܐ *ii qui ad arcem fugerant, non aperuerunt illis custodes* Kirsch-Bernst. Chrest. 61, 15; ܗܘ ܡܐ ܕܢܣܒ ܐܝܡܡܐ ܡܢ ܠܠܝܐ ܒܩܝܛܐ ܗܦܟ ܦܪܥ ܠܗ ܒܣܬܘܐ *id quod sumsit dies de nocte tempore aestivo, iterum retribuet illi tempore hiemali* BH. Schol. in Job. 26, 10. ܬܘ ܢܬܗܪ ܒܐܝܢܐ ܕܐܡܪ *venite, admiremur eum, qui dicit,* Ass. B. O. I. 99. Imo ܡܢ sine ܕ relativi loco adhibetur et ad res refertur uti in hoc versu septemsyllabico ܠܐ ܝܕܥܝܢ ܥܒܕܝܢ ܡܢ ܥܒܕܝܢ *quod faciunt ignorant.* Kitaβa de Madraši cod. Hall. Acc. 261 f. 34 b.

IV. Linguae neosyriacae pronomen relativum est ܕ, quod eodem modo ut in vetere lingua adhibetur. Ex. ܨܠܝ ܩܕܡ ܡܫܝܚܐ ܕܗܘ ܒܫܩܠ ܠܟ ܠܫܡܝܐ ܗܘ ܥܕܢܐ ܕܡܝܬܬ *funde preces coram Messia qui evecturus est te ad coelum illo tempore quo mortuus eris.* ܟܠ ܡܕܡ ܕܚܙܐ *omnis · res quam vides.* ܚܕ ܒܓܚܐ ܕܢܨܒܝܘܗ ܗܘܐ *hortus quidam, quem plantavit*[1]). Scribitur et ܠ, imo ܕܠ, Noeldecke p. 45.

Interrogativorum recentioris linguae hae sunt formae:

1. ܡܢ seu ܡܢܝ *quis, quae?* sed pro ܡܢܝ in dialecto vulgari planitiei Urmiensis et locorum Salmas et Gawar proferri solet ܡܢܝ. Expl. ܐ̈ ܡܪܝ ܡܢܝ ܒܐ ܡܨܝ ܕܚܝܐ *o domine, quis poterit servari?* Mth. 19, 25.

2. ܡܐ *quid?* cujus usus (praecipuus?) videtur esse in phrasibus indistinctis, ad quas responsum negativum exspectatur, uti ܡܐ ܠܟܘܢ ܡܢܢ *quid tibi a nobis?* Scilicet, nihil. ܡܐ ܗܘܐ ܠܝ ܒܝܬܐ *quid est mihi domus?* ܡܐ ܗܘܝ ܠܢ ܐܗܕܟܐ ܥܢܐ *quid sunt nobis tot oves?* Praeterea usurpatur in voce composita ܟܡܐ *quot? quantus?* sicuti in lingua vetere et in ܟܡܐ ܐܢܐ, ܡܟܡܐ nonnulli. Quum vero quaestio pertineat ad res distinctas cum hoc germine composita sunt ܐܕܝ = ܗܕܐ et ܗܐ; itaque pronomina usitata sunt ܡܐܗܐ et ܡܘܕܝ, cujus *u* ex *ā* depressum est sicuti ܟܡܘܟ, ܠܘܟ ex ܟܡܟ, ܠܟ. Exempl. ܡܘܕܝ ܒܐ ܗܘܝܐ ܠܩܛܘܠܐ *quid igitur fiet homicidis?* ܡܘܕܝ ܡܨܝܬܘܢ ܕܥܒܕܝܬܘܢ *quid poteritis facere?* Vox ܡܐܗܐ, quae Nestorianis monticolis adhibetur a missionariis in linguam scriptam non est recepta; vox ܡܘܕܝ in dialęcto vulgari corripi solet in ܡܘܕ, ܡܘܕܠ, ܡܘ imprimis si cum nomine est conjuncta. Noeldecke p. 82 ܡܘܕܝ ex *mâ* + *din* exortum censet.

3. Antiquum ܐܝܢܐ in lingua recentiore mutatum est in ܐܝܡܝ, ejusque significatio est *uter, utra;* eodem sensu etiam in sermone vulgari adhibetur ܐܝܕ, quod correpto diphthongo *ai* in *i* ex antiquo ܐܝܡܐ processit, sicuti hodie ex ܡܘܕܝ fit ܡܘܕ. Itaque dicitur ܐܝܡܝ ܡܢܝ *uter ex iis*, quod vulgus contrahere solet in *'iminai* seu in ܐܝܡܢܝ *'aimenai*, eodemque modo ܠܐ ܚܙܐ ܐܝܡܝ ܗܘܐ, *non vidit, uter esset.* — Neque tamen semper ܐܝܡܝ *uter* adhibetur, ubi de duobus est sermo, habes enim Mth. 21, 31 ܡܢܝ ܡܢ ܕܬܪܘܝܗܝ ܠܐ ܥܒܕܠܗ ܨܒܝܢܐ ܕܒܒܘܗܝ *Quis ex illis duobus fecit voluntatem patris?*

1) Vox ܒܓܚܐ est turcicum باغچه hortus.

V. Mandaeorum relativum in libris manuscriptis ita solet pingi ࡖ, quod legendum esset וי; tamen cum haec vox omnem linguae syriacae analogiam perdat, recta esse non potest, et suo jure jam Norbergus statuit, signum ࡖ nihil esse nisi levius ac citius pictum ࡃ, ד. Hoc non solum inde confirmatur, quod ejus loco aliquoties ט scriptum exstat, uti in רוחיא טאבאהאתאך = ܪ̈ܘܚܐ ܕܐܒܗ̈ܬܟ; verum etiam Petermanni auctoritate nititur, qui ubique de profert[1]). Itaque forma mandaea דְ prorsus cum syriaca convenit.

Interrogativum personale est מאן *quis? quae?* e. gr. מאן גלא ראזא דרביא *quis patefecit mysterium magnorum?* מאן קאריא קאלא רבא ומאן ראנדידיא למאנא *quis clamat alta voce et quis remittit eam (respondet) Manae?* Deinde cum הו coalescens producit formam מאנו ut בכאנפא דמאנו מיצטאראּ *cujusnam alâ avolavit?* Interrogativum impersonale est מא *quid?* praeterea cum הו componitur, מאהו itaque habes: מן ארקא לקומבא דרקיחא ראומא כמא האויא ואדם· מן מאהו *a terra usque ad cameram firmamenti altitudo sicut quid, (quanta) est, et homo ex quo (unde est).* כמא אלפיא עותריא יאתבין *quot millia aeonum sedent?* לא יאדיא מאהו דאבדיא *nescientes, quid facerent.* כולמאהו דאמארת *omne quod, quicquid dixisti.* — Vocem מאן etiam ad feminina referri haec docet phrasis על ארסאיון דבאטאנאתא מאנו מן ליליאתא שרעיא *in lectis (mulierum) praegnantium quaenam ex Lilithis sedet?* denique מאן etiam ad res pertinet e. gr. מאנו שומאך *quodnam est nomen tuum?* Etiam מנא = ܡܢܘ me legisse memini.

VI. Aramaismo judaico, praeter מַן, מָא, מַנּוּ, quae et in reliquis dialectis sunt obviae, etiam formae speciales competunt אֵידֵין *quisnam, qualenam* et אֵידָא *quidnam,* ex germine דא §. 46, VI. cum 'ay conflata. Quibus si accedit ab initio germen *ha* exoritur הֵידָא, הַיְידָא et הֵידֵי apocopato *n.* Expl. לְאֵידֵין אוּמָּא רִיבָא הָדָא *ad quamnam gentem pertinet puella illa* trg. Ruth. 2, 5. מִן הֵידֵי אוּמָּא *ex quo populo* trg. secund. Esth. 7, 6. אֵידָא שָׁעָה *quae hora?* לְאֵידָא = לַיְידָא *propter quid?* Talm. jerus.

Samaritanorum relativum est ࠃ, interrogativa vero ࠌࠍ et ࠌࠄ.

1) Cf. H. Petermann Reisen im Orient II. p. 448. Mana rabba *de* iqâra, 449. Manda *de* hajje, λόγος ζωῆς, etc. ita quoque in omnibus vocibus, quas equidem, etiam nuper viri illustrissimi de Mandaeorum rebus disserentis auditor, ex ipsius ore accepi.

§. 48.

De formulis, quibus pronomina possessiva et reflexiva exprimuntur.

I. Pronomina possessiva suffixis ad nomina germinibus exprimi §. 45 docuimus, tamen si notio possessivi distinctius indicanda videtur etiam aliam Syri ineunt rationem. Scilicet formam relativi antiquam דִּי cum praepositione ܠ *ad*, cui accedunt suffixa supra enumerata, componunt, et tali modo una voce, quae tamen totum enunciatum relativum continet, possessiva exprimunt. Ita e. gr. ܕܝܠܗ = ܗ + ܠ + ܕܝ proprie *quod ad illum* שֶׁלּוֹ sensu possessivo usurpatur. *Formae* ipsae hae sunt:

Singular.

1. comm.	ܕܝܠܝ	meus, a, um, (qui, ae, od mihi).	
2. m.	ܕܝܠܟ	tuus, a, um, (qui tibi).	
2. f.	ܕܝܠܟܝ		
3. m.	ܕܝܠܗ	ejus,	(qui ei).
3. f.	ܕܝܠܗ̇		

Plural.

1. comm.	ܕܝܠܢ	noster, ra, rum, (qui nobis).
2. m.	ܕܝܠܟܘܢ	vester, ra, rum, (qui vobis).
2. f.	ܕܝܠܟܝܢ	
3. m.	ܕܝܠܗܘܢ	eorum, earum, (qui illorum).
3. f.	ܕܝܠܗܝܢ	

Itaque dicitur ܡܠܟܐ ܕܝܠܟ *rex tuus*, ܐܡܐ ܕܝܠܗ *mater ejus*, saepe vero non modo ܕܝܠ solum adhibetur, verum etiam ad ipsum nomen accedit suffixum ܥܕܬܢ ܕܝܠܢ, *ecclesia nostra* proprie *ecclesia nostra, quae nobis est*. Plura in syntaxi sunt dicenda.

II. Neosyri consonam *l* formarum supra propositarum eliserunt, quo facto exortae sunt formae ܕܝܝ meus, ܕܝܘܟ tuus, ܕܝܟܝ tuus fem. etc. Iidem voces has post nomina suffixis instructa **non solent adhibere,** quod si igitur in libris neosyriacis phrases exstant ut ܡܐܟܘܠܬܝ ܕܝܠܝ *cibus meus*, habes archaismum.

III. In aramaismo Judaeorum saepissime at raro apud Samaritanos forma דִּיל cum sufficis exstat, ex. gr. Gesen. Carm. sam. I, 20. ࠃࠉࠋࠄ· ࠊࠋ· ࠓࠁࠅࠕࠄ *cui omnis magnitudo* II, 1 ࠀࠕࠄ· ࠉࠇࠉࠃࠄ· ࠃࠉࠋࠄ· ࠀࠋࠄࠅࠕࠄ *tu es unicus, cui divinitas*. Cf. III, 5, 12; VI, 20. Juxta דִּיל apud Judaeos etiam דִּיד = דִּיַד, (manus)

cum suffixis adhibetur, דִּידִי meus דִּידָךְ tuus, דִּידֵיהּ suus etc. — Apud Mandaeos qui דיל saepe adhibent e. gr. על שומאך דילאך *propter nomen tuum*, particulae vis adeo minuta est, ut pronominis personalis vice fungatur. Ex. לדילון סאגדיא *illos adorant;* תיביל כולא לדילכון שאויתא *terram universam vobis dedi.*

Ex hac formula דִּידִי *meus,* proprie, *res meae manus* דִּידָךְ *tuus,* cet. Noeldecke neosyriacum ܕܝ̈ܝ, ܕܝ̈ܘܟ cet. derivandum censet p. 83, neque hoc fieri potuisse nego, at etiam consona *l* post vocalem *i* facile producit *y*, ita ut ex *dîlaχ* procedere potuerit *diyuχ*, cf. hispanice *hijo* et *filius* al.

IV. Reflexiva sin formis verborum §. 56, exprimuntur, modo adhibitis vocibus ܢܦܫܐ, *anima,* ܩܢܘܡܐ *persona* circumscribuntur, modo suffixis personalibus indicantur. E. gr. ܡܢ ܕܡܪܝܡ ܢܦܫܗ *qui sese ipsum extollit;* ܚ̈ܝܘܬܐ ܡܫܟ̈ܚܢ ܠܗܘܢ *animalia inveniunt sibi.* Neosyri eodem sensu utuntur voce persica جان *anima,* ܓܢܐ plur. ܓܢ̈ܬܐ itaque ܓܢܝ *ego ipse,* ܓܢܢ *nos ipsi*, ܓܢܘܟ *tu ipse* etc. — Denique reciproca, distributiva, indefinita alia, quae non separatis vocibus indicantur, ideoque circumscriptionibus compensanda sunt, in syntaxi tractabuntur.

Caput quartum.

De radicibus praedicativis, in enunciato praedicati vices gerentibus, i. e. de verborum flexione leges universales.

§. 49.

De nominis et verbi discrimine.

Cf. Schleicher Nomen und Verbum in commentationibus societatis litterariae Lipsiensis 1865.

I. Postquam capite praecedente eas enumeravimus formas, quae e germinibus demonstrativis exortae, non rerum insitam naturam, quatenus ab attributis suis per radices praedicativas sunt denominatae, designant, sed potius totam rerum imaginem signo phonetico menti repetunt, transeundum est ad describendas propagines eorum germinum, quae a principio ideam aliquam universalem indicantia, materiam praebuerunt, e qua variae rerum denominationes excultae sunt, quae germina hoc vel illud rei attributum insigne exprimentia caussam praebuerunt, unde ipsa res denominetur[1]). Jam cum de legibus secundum quas haecce germina in formam radicis trilitteralis excoluntur supra §. 40 locuti simus, restat ut accuratius definiamus, quot sint vocum genera e radicibus procedentia et cujusmodi immutationes cuique eorum in orationis nexu competant. Atque hac in caussa primum patet, orationem ipsam constare serie propositionum vario modo formatarum, propositiones ipsas vero duobus membris, quorum alterum rem aliquam designat, alterum ad ideam rei priore membro indicatae novi aliquid addit. Hinc primo obtutu sequi videtur, singulas pro-

1) Hac in caussa cernitur notionem vocum, quo pluribus mediis derivatae, ideoque quo recentiores sunt, eo magis esse concretam. Serie derivationum tali modo notio radicum accuratius semper definitur et ad res singulas adhibetur, ita ut, si seriem persequimur usque ad statum linguae germinalem, necessario statuendum sit, germinum notionem fuisse latissimam, neque omnino concretam. Vide autem, quid haec observatio efficiat ad dijudicandam quaestionem, utrum ab intuitionibus concretis an ab ideis universalibus origo germinum (et radicum indogermanicarum) processerit! De origine enim onomatopoetica ne cogitari quidem hodie debet. Vide M. Müller's Lectures on the Sc. of Lang. I. 344 Lect. IX.

positiones duobus certe membris constare subjecto et ejus attributo, at haec exspectatio egregie fallitur, ea enim est indoles linguae, ut elementa duo logica, quibus constat enunciatum, in unius vocis formam contraxerit, quae jam aeque continet subjectum atque ejus attributum. Ita si dicitur גָּדוֹל אֲנִי, *μέγας ἐγώ* elementa logica accurate duabus vocibus sunt expressa, si vero dicitur גָּדַלְתִּי, eadem elementa in unam vocem contracta adsunt. — Ex dictis intellegitur, radicem גדל sub forma גָּדוֹל ad aliam vocem אֲנִי accedentem una cum ea efficere enunciatum, eandem vero simul affixo in fine auctam, quocum unam efficit vocem, exprimere ideam prorsus similem. Hac quam modo descripsimus linguae natura fit, ut radices praedicativae duabus formis possint adhiberi, ea scilicet qua totum enunciatum una voce potest comprehendi, et alia qua hoc fieri nequit. Radices priorem accipientes formam appellamus *verba*, ܡܶܠܬܳܐ, فِعْل, radices aliam subeuntes formam appellamus *nomina*, ܫܡܳܐ, إِسْم. Nominum natura cum capite quinto accuratius sit describenda, hoc loco primum de verbis disseritur, et quae iis sint propria afferuntur.

II. Tali modo si inter verba et nomina aliud non est discrimen nisi forma flexionis et derivationis e radice (discrimen morphologicum), non amplius quaeri poterit, utrum verba an nomina prius sint exculta, utrumque enim vocum genus in oratione adeo est necessarium, ut deesse nequeat. Non igitur quaerendum est, utrum ܕܰܗܶܒ *inauravit* ܩܰܠܶܦ *decorticavit* sit derivandum a ܕܰܗܒܳܐ *aurum* et ܩܰܠܦܳܐ *cortex,* an vice versa, nam aeque nomen ܕܰܗܒܳܐ, ܩܰܠܦܳܐ atque verbum ܕܰܗܶܒ, ܩܰܠܶܦ ad eandem radicem ܕܗܒ, ܩܠܦ redeunt, cujus sunt variae propagines[1]). — Non commutanda cum hac mutua in derivando relatione est origo verborum novorum, quae a nominibus seu particulis procedunt sicuti ܐܶܬܦܰܣܩܰܦ *episcopum fieri* a ܐܶܦܺܝܣܩܽܘܦܳܐ, ܐܶܬܒܰܠܚܰܕ *solitarium esse* a ܒܰܠܚܽܘܕ *solus*, proprie *in eo quod pertinet ad unitatem,* al. quibus de verbis secundariis §. 57 erit sermo.

1) De tota hac quaestione, priori aetati saepe mota, neque unquam recte soluta, cum alterum vocum genus ab altero voluerint derivare, cf. Renan De l'origine du langage 2me éd. p. 105.

§. 50.

De verborum personis, numero, temporibus.

I. Verborum cum sit natura totum enunciatum una voce comprehendere, necessario in formis verborum aeque subjectum est exprimendum atque ejus attributum. Praeterea, cum id quod propositione indicatur, in certo aliquo statu sit, ideoque aut perfectum est aut non perfectum, verbis est proprium simul forma externa significare, qualis status rei de qua agitur sit proprius. Itaque verborum flexione primum subjecta exprimantur, deinde tempus actionis necessarium est. Alterum fit formatione personarum, alterum formatione temporum. Linguae semiticae in utroque formationis genere longe recedunt ab indole linguarum indogermanicarum, tataricarum, copticae al. praecipue eam ob caussam, quod temporum distinctio non speciali charactere definitur, sed arctissime connexa sit cum designatione personarum, dum in linguis collatis e contrario singula tempora plerumque certe suis utuntur characteribus, quibus deinde accedunt notae personales omnibus temporibus ab initio communes. Itaque hac de re aliquanto prolixius eo magis videtur disputandum, cum etiam hodie de origine flexionis in verbo semitico opiniones maxime diversae et proponantur et defendantur. Itaque primo loco agimus de signis personarum.

II. Plurimarum linguarum analogia docet, personas verborum indicari per pronomina ad radicem verbalem accedentia, id quod harum formationum naturae adeo convenit ut alia flexionis origo difficile tantum possit excogitari. Si linguas indogermanicas silentio praetereo, tataricum سورسن nihil est nisi سور + سن *amans tu = amas,* copticum ⲡⲉϫⲁⲕ *dicere tu = dicis,* Galla *ademta ire tu = is* etc. Secundum hanc analogiam semiticum كَتَبْتَ solvendum est in *katab + ta,* quod *scribere tu = scribis* videtur esse. *At videtur tantum, quod hucusque meo quidem judicio eos fugit, qui grammaticam semiticam excoluerunt, nam ta revera non idem valet quod pronomen tu, σύ, quod est anta et* אַתָּה. Grammaticorum praecedentium de origine flexionum haec est theoria[1]),

1) Gesenius Lehrgebäude p. 263; Hebraeische Grammatik ed. Roediger (editio vicesima) p. 96, Olshausen Lehrbuch der hebr. Sprache p. 448, Ewald gram. ar. I p. 127—128; Lehrbuch der hebr. Sprache 6. Auflage p. 432. Dillmann aethiopische Gram. p. 162. Fürst Lehrgebäude der aramäischen Idiome p. 96.

ut statuerint *pronomina personalia* coalescere cum radice verbi, quo facto ex *qatala* + *anta, qatala* + *antum* exortum esset *qatalta, qataltum* ex *qatala* + *hum,* qatalû(n), etc. Hebraeum קָטַלְתִּי deinde volunt suffixum ִי — ex אֲנִי accepisse, aethiopicum affixum *ka*, *ki, ku* mutata littera *t* in *k* ex *ta*, *ti*, *tu* exortum censent. Sobrius nuper hac de re egit Arnoldus (Abriss der hebr. Formenlehre p. 58) sed neque huic possumus assentiri. — Tota haec theoria profecta est a duobus erroribus, primum enim in formis verborum indogermanicorum analogiam quaesiverunt, ubi analogia non est, deinde de pronominum semiticorum natura sinistre judicaverunt. Hisce erroribus adstricti primum flexionis semiticae naturam recte explicare non potuerunt, deinde vero, cum formae verborum theoriae ab illis propositae non satisfacerent, mirum qualibus commentis explere studuerunt ea, quae in ipsorum theoria desunt. — Talia enim commenta, neque quidquam aliud sunt, si quis statuit, consonam *t* ex *'anta* desumtam abiisse in *k,* talem enim litterarum permutationem antiquis exemplis confirmare nequit, neque minuitur difficultas si scrt. त्व tva in scenam producitur, quid enim hodie statui potest de relatione radicum indogermanicarum cum germinibus semiticis? An revera parmutatio consonarum *k* et *t* in *duabus linguis semiticis* eam ob caussam facilius admittitur, quia in *lingua indogermanica* radix pron. secundae personae est *tu* et *tva?* Credat Judaeus Apella! Porro quomodo ex hoc pronomine exoriri potuit *persona prima qataltu, nagarku,* cum vis pronominis unica sit designare *secundam* personam? Deinde si hebraeum *i* in תִּי — revera ex אֲנִי seu אָנֹכִי desumtum esset, qui factum est, ut Arabes et Aethiopes hac in forma vocalem *u* adhibuerint, quae neque cum انا, nec cum אָנֹכִי, nec cum אֲנִי quidquam simile habet? At scio quid sint responsuri, scilicet forma arabica serior est quam hebraea, ex qua corrupta est, Gesenius Lehrgeb. p. 263, aut „quomodo تُ cum pronomine cohaereat haud apparet. Sed *t* esse e multis secundae personae formis huc traductum et *i,* quod ex pronomine *ani* restaret, in *u* transiisse.... dialectorum probat comparatio instituta“ Ewald. gr. ar. p. 128. Egregie sane, sed quae sunt exempla certa transeuntis *î* in *ŭ?* Et si vis primam personam indicandi in illo *i* (nescio quonam modo mystico) lateret, cur praeterea accessit consona *t?* Nonne melius diceretur *qatali*

quam *qatalti* imo *qataltu?* Denique quaero quid factum sit de illo *n* vocis *anta*, seu de *t* geminato formae *àtta?* Quaenam igitur fuit caussa, qua Semitae impediti sunt, quominus *qatalanta* dicerent, seu *qatalatta*, loco formae *qatalta?* Abiit, respondebunt adversarii. Bene, abiit, sed cur, si abiit, vocalis non est producta (*qatalāta*) sed potius elisa? Habentne exempla elisionis vocalium longarum in media voce aut brevium in syllaba bis clausa positarum? Ego scio, ex ܩܫܝܬ ܐܢܬ fieri qåṭlatt c. qušåyå t., et ex ܩܛܠܬ ܐܢܬܝ qåṭlatt; sed hic non vocalis tantum servata est, verum etiam in qušåyå consonae *t* deprehenditur vestigium consonae *n* assimilatae, et hisce in formis cum videam, quomodo lingua egerit in componendo *anta* cum radice, mihi licere tale *n* pro nihilo habere, omnino non opinor.

Jam si hisce difficultatibus commoti theoriam plurimis probatam mittendam censemus, quaeritur quanam in re erroris caussa sit posita, et hic facile demonstrari potest, errorem profectum esse ex falso comparata linguarum praesertim indogermanicarum analogia. Nam cum grammatici viderent, in his linguis affixa personalia originem duxisse e formis pronominum personalium *ma, tva, ta;* qua in re primo obtutu quisque videt, tertiam quoque personam suo uti affixo, eandem theoriam ad linguas semiticas adhibuerunt, ejus rei nullam habentes rationem, *quod hic tertia persona nullo suffixo insignitur.* Hinc vero colligendum est alia ratione exortam esse flexionem personalem apud Indogermanos, alia apud Semitas. Quorum formas si quis consideraverit, videbit partem quidem suffixo esse auctam, *qatalta, qatalti, qataltu,* partem aliam vero tale augmentum non cepisse, *qatala, qatalat.* Hinc duae classes sunt distinguendae, *formae auctae,* quibus eae personae designantur quae adsunt, *formae simplices,* quibus designantur eae, quae absunt.

Talem distinctionem aeque simplicissimam esse atque ad antiquissimam linguae periodum pertinere, nemo negabit; verum illo antiquissimo tempore hodierna pronominum forma nondum erat exculta, in qua germina duo sunt composita, sed simplicia germina eorum loco adhibebantur. Itaque non est, cur affixum *ta* referamus ad *anta,* quae vox jam est composita, rectius adhibebimus germen *ta,* cujus ope personae quae aderant distinguebantur ab iis, quae non aderant, jamque habes alterum illum grammaticorum errorem, qui pronomina semitica composita ad explicandam verborum flexionem

adhibuerunt, neque de primitiva eorum forma cogitaverunt. Sicuti genetivus et accusativus pronominum personalium solis germinibus exprimitur §. 45. III. adnt., ita sola germina etiam ad exprimendum nominativum vim satis magnam habuerunt. Quod vero ex tota §. 43. intellegitur, germina scilicet *vim demonstrativam indistinctam* habuisse, indeque explicari, quomodo idem germen res varias potuerit exprimere et vice versa eadem res variis pronominibus indicari, id hic quoque valet: videmus enim cum germen *ta* tum germen *ka* ad designandas personas, quae adsunt adhibitum, hoc ultimum denique etiam casibus obliquis inservit. — Itaque formae alterutro horum germinum auctae personas quae adsunt designant, at cum inter has quoque persona loquens ab ea distinguenda esset, quam alloquebatur, haec, quae inter utramque personam est relatio, varia vocali designabatur. Scilicet *tu*, *ku* persona loquens de se ipsa adhibuit, qua in re in subjecto loquente eadem vocalis adhibetur, quae in universum casui regenti (nominativo) competit, dum persona ad quam pertinet oratio, et quae actionis loquendi quasi est objectum, vocali *a* indicatur, qua in nominum flexione casus objecti et finis (accusativus) distinguitur. Deniqne luxuriante quasi linguae fertilitate etiam genus in persona secunda est distinctum, quod nullo alio modo fieri potuit nisi adhibita vocali *i*, cujus auxilio etiam in nomine secundus casus obliquus (genetivus) exprimitur, sed quo, quod ex diptotis arabicis jure concluditur, lingua potest carere. — In persona absente denique, quae formâ verbi simplice designatur, genus indicatur eodem modo ut in nominibus, scilicet syllaba *at*, quae tamen, utrum ab initio vocalem finalem sicuti in nomine habuerit necne, certo definiri nequit, quamquam cum magna veri specie ita statuendum videtur. Itaque flexio personarum in verbo semitico haec est:

I. Personae praesentes.			II. Personae absentes.	
1) qataltu, c.	2) qatalta, m.	qatalti f.	3) qatala, m.	qatalata f.
nagarku,	*nagarka*,	*nagarki*.	*nagara*,	*nagarata*.

et jam apparet cur analogia linguarum indogermanicarum hac in caussa non sit invocanda, nam hae linguae *tres* distinguunt *personas* (non vero genus), quas radicibus *trium* pronominum designant, at linguae semiticae *duos ordines personarum* distinguunt, quarum una tantum germine pronominali utitur, altera eo caret, et

in priore ordine iterum tres formae distinguuntur. Apud Indogermanos igitur aequa conditione tres personae in unam seriem primariam sunt conflandae, apud Semitas aequa conditione duae classes sibi opponuntur, quarum utraque varias formas continet, distinctione secundaria inter sese separandas.

Exposita sic origine signorum personas indicantium in singulari numero transeundum est ad formas pluralis, quibus subjacent formae singularis. Nam pluralem non ex compositione radicis cum germinum forma plurali processisse, verum e forma singularis vocalibus aucta secundum eandem legem ut nomina §. 43. III. not. 1. suadent formae imperfecti *yaqtulu*, *yaqtulûna*, *taqtulu*, *taqtulûna*, inter quas eadem ratio intercedit quae est inter qâtilū et qâtilûna. Itaque ex forma germine non aucta *qatala* fit *qatalû*(*na*) et *qatalân*(*a*)[1]) et ex forma aucta *qatalta* procedit *qataltumu*, *qataltunna* in quibus distinctio generis est secundaria, quippe quae non redeat ad formas feminini singularis *qatalat* et *qatalti*[2]), sed ad formam primariam masculini. Tali modo vero cum in forma aucta primam indicante personam pluralis numerus exprimi non posset, nam et ab hac forma pluralis esset *tumu*, novum germen adhibendum erat, quo prima persona indicaretur. Atque hîc idem germen *nâ*, *nû* ad designandum subjectum est usurpatum, quod etiam primae personae pluralis casus obliquos exprimit §. 43. II. 9. et quod fortasse per inversionem e germine *àn*, *àm* §. 43. II. 2. procreatum est. Itaque pluralis formae primitivae hae fuerunt:

I. Personae praesentes.

1) qatalnâ(nû) 2) qataltumu m. qataltunna f.
nagarnâ(*na*) *nagarkumû* *nagarkunna*

II. Personae absentes.

3) qatalûna m. qatalâna f.
nagarûna *nagarâna*.

1) In hac forma efficienda, quam Hebraei prorsus amiserunt, variam inierunt rationem dialecti. Scilicet Aramaei habuerunt *qaṭalâna*, Arabes vero et Aethiopes *qatalna*, cujus in analogiam etiam hebraeum imperfectum *yiqṭolnâ* recipiendum est. Nec tamen dixerim apud Arabes *ā* elisum esse, diversam potius formarum esse originem censeo, quae in qaṭalâna facile perspicitur, in quo genus vocali designatur §. 43. III., quam tamen in qaṭalna me non assecutum esse confiteor.

2) Secundariam talem generis distinctionem in formis pronominum eodem modo locum habere ex §. 43. III. patet.

Dualem denique, quem Arabes soli habent[1]), recentissimum esse foetum inde colligitur, quod ei non feminini tantum forma subjacet verum etiam forma pluralis, quibus terminatio eadem, quae in nominibus cernitur, *âni* accessit. Itaque habes formas primitivas hasce *qatalâ*(*ni*) 3. m. *qatalatâ*(*ni*) f. 2. *qataltumâ*(*ni*) c. Primae personae forma, tanquam non necessaria, non est exculta.

III. Secundo loco de formatione temporum[2]) est dicendum, quae duo esse supra I. indicavimus, unum quod statum rei perfectum, alterum quod statum ejus imperfectum exprimit. Prius appellamus *perfectum*, alterum *imperfectum*. Syri ipsi illud nominant ܙܒܢܐ ܕܥܒܪ *tempus quod praeteriit*, hoc ܙܒܢܐ ܕܩܐܡ *tempus quod instat*, ab hac consuetudine tamen abeundum est, cum utriusque formae usus latius pateat, nec nomina *perfectum* et *imperfectum* ipsa eo sensu sunt intellegenda, quo in linguis classicis solent usurpari, in quibus varias temporis praeteriti relationes designant; sensu potius etymologico sunt adhibita, ita ut perfectum omnia denotet, quae perfecta, imperfectum, quae imperfecta *cogitantur*, sive *re vera* praeterierunt, sive sunt, sive instant. Usus utriusque temporis igitur de ratione, qua res cogitatur pendet, nec de ratione qua re vera se habet, sicuti e. gr. futurum verum aeque ac praesens et optativus et conjunctivus nostrarum linguarum uno imperfecto exprimuntur, et perfecto nostrum praesens, futurum exactum et imperativus. Haec vero ad syntaxin pertinent, neque hic tractari possunt.

Indoles tamen originalis et discrimen universale hujus *perfecti* et *imperfecti* etiam externa eorum forma luculenter indicatur. Nam dum perfecti formatio *affixorum* ope exorta est, imperfectum contra germine *ta praefixo* utitur, qua in re positione germinis etiam externo modo significatur, utrum status rei de qua agitur sit perfectus, quod *postpositione* germinis in perfecto indicatur, an imperfectus, quod *praepositione* docetur[3]). Ceterum etiam in

---

1) Non audeo definire, utrum hi soli in verbo dualem excoluerint an servarint, eam ipsam ob caussam quia tota ejus forma secundaria est.

2) Retinemus nomen temporis, licet non prorsus sit aptum, cum hisce formis etiam relationes exprimantur, quae in aliis linguis ope modorum significantur, qui linguis semiticis prorsus desunt.

3) In perfecto haec positio indicat subjecto, quod per germen demonstrativum designatur, actionem jam esse praeterlapsam, in imperfecto contrarium habet locum. Cf. praeterea Arnold, Abriss p. 51.

imperfecto discrimen illud duarum classium, quarum altera germine est aucta, altera eo caret, cernitur, et ut formarum origo penitus perspiciatur addendum est, totam hujus formationis naturam ad nominum potius accedere indolem quam ad verborum, qua ex re explicandae sunt formae classis alterius absentia designantis יקטל, חקטל. Imperfectum vero nominum naturam sequi jure colligitur ex ejus *declinatione*, cujus formas grammatici Arabum modum raφɜatum, ǵezmatum, naṣbatum solent appellare, e quo deinde modus energicus in *anna* et *an* exiens profectus est. Hujus declinationis vestigia etiam in lingua hebraea adsunt, primum enim forma cui *cohortativo* nomen est, in *ā* exiens, nihil est nisi modus Arabum energicus in *an*, cujus *n* hac quidem in forma apocopatum ante suffixa tamen servatum iisque assimilatum est e. gr. יְכַבְּדֶךָּ ex yeχabbedankå[1]). Deinde vero etiam Jussivus quem dicunt cum modo ǵezmato convenit, ita ut e. gr. وَعَلَى ٱللّٰهِ فَلْيَتَوَكَّلِ ٱلْمُؤْمِنُ hebraice foret הַיָּשָׁר יַאֲמֵן בֵּאלֹהִים, hujus tamen forma plerumque solo tono dijudicanda in Hebraismo minus est perspicua. Denique modus raφɜatus vocali apocopata cum imperfecto Hebraeorum simplice convenire patet. Aethiopica lingua externam motionem simili modo ut Hebraei in Jussivo interna vocalium mutatione compensavit, ita ut imperfectum (raφɜatus modus) majori vi polleat, quam subjunctivus, qui cum modo ǵez-

---

1) Ita Nun quod dicunt epentheticum explicandum esse analogia arabica docet, et hoc eo magis verum est, cum vis aucta, quae huic formae inhaeret, ad verbum ipsum pertineat neque ad pronomen. Scilicet יְכַבְּדֶךָּ non significat: honorabit te neque alium, significat potius **honorabit** te, neque dehonestabit, unde sequitur hoc Nun ad auctam verbi formam pertinere neque ad pronomen. Contrarium dubitans defendit Gesen. Lehrg. p. 207. Ewald p. 538 hoc *n* signum accusativi esse censet, quod ex אות debilitatum esset!! Quod adtinet ad formas aramaismi judaici, in quibus *n* in imperfecto locum habet, quod apud Syros non adest, ita statuendum videtur: Antiquior Aramaismus ex imperfecto figurato servaverat formas cum *n* ante suffixa, quod etiam in dialecto vulgari Mandaeorum certe in 2. prs. pl. ניחשבינאכון *numerabit vos* etiamnunc cernitur, dialectus vero ea, qua libros conscripserunt, et quae in schola Edessena exculta est, totam hanc formam aut amisit aut tanquam rudem et vulgarem et minus elegantem rejecit. Nuper etiam in dialecto syriaca, quae in Libano Maɜlulae inventa est hoc ܢ epentheticum deprehendisse Noeldekius sibi est visus. Formas enim has ܬܕܟܠܢܗ *tedaћ'ћ'elannaћ' induces nos* et ܢܓܢܗ *naggenaћ' eripe nos* hoc ܢ exhibere censet. Aliter vero rem se habere conjeci in Bemerkungen zu Noeld. Beiträge in Z. d. d. m. G. Vol. XXII. p. 272.

mato convenit. Imperfecta igitur habes *yęnagr*, *yęwald*, *yęnaum*, *yęφēsṣęm* subjunctivum e contrario *yęnęgr*, *yęlad*, *yęnûm*, *yęφasṣęm*, cf. יַאֲמִין, יַאֲמֵן, יָשׁוּב, יָשֹׁב.

Constituta ita nominali imperfecti indole pergimus ad eam personarum classem, quae germinibus aucta est. Et hic quidem secunda persona germen *ta* sibi praeponit, *taqtulu*, e qua forma pluralis utriusque generis *taqtulûna*, *taqtulna* procedit, et cujus femininum in singulari distinctione secundaria, in qua adhibetur vocalis *i* sicuti in perfecto et in germinibus §. 43. III. in hanc formam est effictum: *taqtulîna*, quae non basin constituit pluralis *taqtulna*, immediate a *taqtulu* derivandi. — Prima persona praefixo utitur *'an*, quod non primae personae est signum, verum tanquam germen demonstrativum indistinctum aeque in أَنَا atque in أَنْتَ atque in إِنَّ latet. Ejus tamen *n* quod plurimis in verbis ante duas consonas ponendum erat elisum est, ita ut forma primitiva fuerit *'aqtulu*. Hujus quidem formae pluralis *'aqtulûna* fingi potuisset, at sicuti in perfecto ita hic quoque germen *na* suo jure adhibitum invenimus in forma *naqtulu*. Hoc jure factum esse neque casu quodam duas ob caussas statuendum est. Nam etsi in perfecti forma *qatalna* conici potest, germen *na* usurpatum esse, quia forma pluralis ex *qataltu* procedens prorsus conveniret cum plurali formae *qatalta*, hoc in formis imperfecti non potest admitti, unde concludendum est, rei totius originem esse aliam, eamque non ex externa necessitate sed ex insita hujus formae vi explicandam. Et hoc quidem rectum est, nam si accurate vim personae primae in plurali reputamus, intellegimus hancce formam ratione logica a prima persona sgl. non posse procedere, quia non compluria ejusdem generis et indolis entia hac persona designantur. Vox *nos* enim non est idem quod *ego* + *ego* + *ego* etc. sed *ego* + *tu* + *tu* + *ille*[1]). Ita factum est, ut nec pronomen أنا pluralem

---

1) Linguae indogermanicae in secunda persona quoque pluralem non admittunt, unde sequitur earum auctores vocem *vos* non tanquam *tu* + *tu* + *tu* intellexisse sed tanquam *tu* + *ille*. Hac in persona Semitae pluralem formaverunt. In lingua aegyptiaca aeque in 1. et 2. prs. variae formae singularem et pluralem designant, ⲓ, ⲛ in prima, ⲕ, ⲧⲉⲛ in secunda persona, in tertia vero persona ϥ et ⲟⲩ cohaerere videntur. Linguae tataricae in duobus numeris 1. et 2. personarum easdem habent radices, بن, بز, سن, سز, quod in tertia persona omnes hae linguae ita monstrant.

habeat, nam نحن alius est radicis, nec in suffixo genetivi et accusativi a י — et ני pluralis formetur, idemque pertinet ad suffixa et praefixa subjectum designantia, cum nec *naqtulu* nec *qatalna* pluralis ordinarius sit vocum *'aqtulu* et *qataltu*.

Ad hanc classem formarum jam alia accedit, in qua notae personales non adhibentur, quod cum grammatici priores non perspexerint, multa hac de re conjecerunt at a recta explicatione alieni fuerunt. Unus Dietrichius[1]), quid his de formis sit sentiendum, probe docuit, itaque eum hac in materia sequimur. — Cum praefixum tertiae personae in plerisque dialectis sit *ya*, antiquiores aeque ac recentiores grammatici, qui personarum notas a pronominibus volebant derivare, censebant *ya* ex primitivo הו explicandum esse, cujus *h* abjectum, cujus *w* (*u*) in *y* mutatum sit secundum notam illam consonarum *w* et *y* commutationem, quae intercedit inter linguas semiticas meridionales et septentrionales §. 64. Cui explicationi obstat primum, quod eadem theoria ad femininum *taqtulu* transferri nequit, cum forma germinalis 3. pers. fem. a *t* incipiens non exstet, neque hoc *t* ab initio positum generis feminini nota esse possit, cujus rei desunt exempla; deinde quoque ipsa arabica et aethiopica forma, quae dialecti a *w* initiali non modo non abhorrent, ut aramaismus et hebraismus, verum etiam tale initium in deliciis habent. Itaque si ex *hua* + *qtulu* Hebraei fecissent *yaqṭulu*, Arabum forma exspectaretur *waqtulu*, quae non est. Denique totam explicationem ad formam syriacam ab *n* incipientem niqṭol prorsus non quadrare vix est quod moneamus, quippe cum commutatio consonae *y* in *n* inter commenta sit referendum, quae produxit grammaticorum de explicanda formae hujus origine desperantium sollicitudo. — Idem valet contra alteram illam theoriam[2]), qua ex composito cum radice הָיָה illud *y* explicatur, nam cur Arabes antiquius *w* radicis הָוָה in *y*, cur Syri *w* in *n* mutaverint et quomodo hoc potuerit fieri, nemo explicabit. His omnibus denique accedit, quod si in hac forma

1) Fr. Dietrich Abhandlungen zur hebräischen Grammatik. Leipzig 1846. p. 95—194.

2) Raumeri opinionem de origine imperfecti ex compositione radicis cum היה vide in ejus libro Sprachwissenschaftl. Abhdlgn. p. 470. Alii uti Hezel, Michaelis, Gesenius (Lehrgeb. p. 292) Waw conversivum ex הוה derivare studuerunt, quod non minus improbandum est.

synhizesis pronominis cum radice admitteretur, analogia perfecti, cujus tertiae personae non sunt compositae, deleretur, quod eo minus concedi potest, cum haec ipsa synhizesis cum pronomine הוּ maximis laboret difficultatibus, imo linguae legibus repugnet, commutationem consonarum *w*, *y*, *n* prohibentibus.

Hisce in tenebris versantibus lucem affert id quod supra monuimus, scilicet imperfecti personas declinationem subire et nomina esse, jam enim si formae nominales exstant quae derivatae sunt a radice ab initio consonis *y* vel *t* vel *n* aucta, nemo dubitabit hasce formas adhibere ad explicandam imperfecti originem. Quod si quis in eo offendit, quod forma nominis ad complendum defectum flexionis personalis verborum adhibita sit, quod a veri specie videtur abesse, eum recordari velim latinorum *amamini*, *legimini* etc. quae sunt participia in plurali[1]).

Talia vero nomina in omnibus dialectis adsunt, qua in re observatur formas per *t* derivatas plerumque designare *abstracta* et *feminina*, cum *y* et *n* e contrario ad formanda *concreta* (nomina actoris) et *masculina* adhibeantur. Tertia forma cum his conjungenda est arabicus elativus أَحْسَنُ, ita ut ʾAleφ, Yoδ, Nun et Tau media sint, quibus nomina aeque concreta et masculina atque abstracta et feminina e radicibus derivantur. Cf. §. 54, IV. Habes igitur יַנְשׁוּף m. *ulula*, fortasse sub crepusculum נֶשֶׁף volitans, et תִּנְשֶׁמֶת f. *chamaeleon*, יִצְהָר m. *oleum*, תִּמְנָע nom. propr. mulieris, יִמְנָה nom. propr. viri, תִּמְנָה f. nom. proprium urbis. Deinde *abstracta* per *t* formata תַּעֲנֻג, תַּעֲלוּל, תַּשְׁבֵּץ, تَعْرِيفٌ, تَبْيَانٌ, تَقْرَارٌ, تَرْنُوقٌ, ܬܫܒܘܚܬܐ, ܬܘܕܝܬܐ, ܬܘܠܕܬܐ, ተዝካር፡ ተበሢል፡ ተገብርት፡ fem. formae ተገቡር፡ Dillmann p. 188. Denique concreta in quibus apparet *y* יָחֵף rad. حفى, cujus ى apocopatum est ut in אֶתְמוֹל, ܝܚܡܘܪ §. 32. I. adn., יְקוּם, יַלְקוּט, יַחְבּוּשׁ musca parva, يَنْبُوعٌ, يَبْرَمٌ, يَعْضِيدٌ, ܝܢܩܘܪܐ, ܝܚܡܘܪܐ, *sub nive latens virgultum montanum*, የርበሕ፡

Haec ultima forma minus est adhibita quam forma per *t* derivata, tamen ejus usus in nominibus propriis minime est rarus cf. יִצְחָק, יָקְטָן, יִשְׂרָאֵל, יוֹסֵף al. et nomina arabica يَحْيَى, يَرْفَا,

1) Schleicher, Compendium der vergl. Gramm. der indogerm. Sprachen 2. ed. p. 707.

يَزِيد, *Ἰάμβλιχος* al. ac magnam copiam nominum animalium et plantarum congessit Dietrich l. l. p. 146[1]).

Duabus hisce formis nominalibus jam accedit tertia, quae praefixo *n* utitur[2]), uti נַפְתָּלִי, נֶפְתּוֹחַ, נִמְרֹד, נֵרְגַל[3]), نَمْرَقٌ *pulvinar*, نِقْرِيسٌ *sollers*, نُغْبُورٌ *avis species*, נַחְשׁוֹלָא turbo rad. חֲשַׁל quassare, נַחְתּוֹמָא *pistor*, ܢܘܨܐ *germen*, rad. ܢܨܒ, נִבְשָׁן nomen urbis Jos. 15, 62 cf. בָּשָׁן, נִדְבָּךְ paries Ezr. 6, 4. rad. דבך = דבק, נִרְגָּן calumniator.

Ex his formis igitur desumpta est tertia persona imperfecti et ita quidem ut forma abstractorum et feminini hic quoque feminino conveniat in omnibus dialectis, forma contra per *y* aut *n* derivata masculinis. Itaque exoriuntur *yaqtulu* sive *naqtulu* m., *taqtulu* f. Quod vero supra observavimus, pluralem utriusque generis a forma principali procedere, nec femininum derivari a feminino, masculinum a masculino, id etiam in imperfecto locum habet, itaque pluralis msc. est *yaqtulûna* sive *naqtulûna*, fem. *yaqtulna* sive *naqtulâna*, dualis forma recentissimo tempore exorta uti in perfecto, ita et in imperfecto a forma fem. sing. derivata est *yaqtulâni* m., *taqtulâni*[4]). Ex his formis Syriasmus sibi eam elegit, in qua *n* est adhibitum, reliquae dialecti alteram per *y* derivatam usurpantur, cui rei in perfecto analogum est, quod Aethiopes radicem per *ka* auxerunt cum reliqui populi semitici in eo ad designandas personas germine *ta* utantur. Summam imperfecti in designandis personis concinnitatem soli Hebraei laeserunt,

---

1) E lingua himyarica quae praefixum *ya* saepissime videtur adhibuisse, nomina propria affero Yaʒrub, Yešgub, Yaqdum, Yunʒim, Yurʒiš, Yektur (كثر) Yarĥam, cf. Kremer Ueber die südarab. Sage, Leipz. 1866 passim. Nomen proprium arabicum est يحكم Wickerhauser Türk. Chrest. p. ١٨.

2) Plura nomina „assyriaca" attulit Oppertus in Elementis grammaticae assyriacae Journ. as. 1860 Avril 385, quae tamen tanquam suspectae fidei consulto omisimus.

3) Hocce dei aramaei nomen per *n* est formatum, nomina divina Arabum monstrant *y* ut يعوق, يغوث, sicut nom. hominum يعوف cet.

4) Dualem recentissimo exortum esse tempore etiam inde comprobatur, quod a tribubus quibusdam solum *κατὰ δύναμιν*, تَقْدِيرًا flectitur. Ibn ʒaqîl ad Alfijjam p. 16; Beidhawi ad Sur. 20, 59. Praeterea etiam a formis pluralium fractorum derivatur. De Sacy gr. ar. 2. éd. I. p. 379.

qui a primitiva simplicitate recedentes in 3. prs. fem. in plurali non amplius *y* servaverunt, sed falsa analogia pellecti illi *t* praefigerunt, quo facto feminina 3. et 2. prs. plur. non amplius externa forma distingui possunt[1]). Schema imperfecti igitur hoc est:

I. Personae praesentes.

Sing.	1. 'aqtulu.	2. m. taqtulu.	2. f. taqtulîna.
Plur.	naqtulu.	taqtulûna.	taqtulâna.

II. Personae absentes.

Sing.	3. m. ya(na)qtulu.	3. f. taqtulu.
Plur.	ya(na)qtulûna.	ya(na)qtulâna.

IV. Exposita sic origine flexionis, qua tempora et personae in linguis semiticis designantur, docendum est, quomodo formae supra prolatae in dialectis aramaeis sint immutatae, qua in re canones §. 13. A. explicati valent. Itaque in syllabis apertis breves vocales correptae sunt in *e̥*, in syllabis bis clausis depressae in (*i*) *e* §. 59. II. 2.; porro si tres syllabae apertae sese excipiebant, quae brevi vocali instructae erant, media vocalis elidenda erat ut tali modo prima syllaba claudi possit *qat(a)lat* = *qeṭlaϑ;* cf. §. 27. V., deinde non modo vocales breves in fine, verum etiam passim consona finalis *n* est apocopata, quo facto denique recentissimo certe tempore etiam vocales finales longae sunt omissae. His praemissis schema verbi syriaci quale sit, facile intellegetur.

I. Perfectum.

A. Personae absentes.

Singl. 3. m. qatala f. qatalat
qe̥ṭal ܩܛܰܠ; qeṭlaϑ ܩܶܛܠܰܬ;

Plur. qatalûna qatalâna
(qe̥ṭalûn), qe̥ṭal (ܩܛܰܠܘܢ), ܩܛܰܠܘ; qe̥ṭal ܩܛܰ̈ܠ;
chaldaice קְטַלָא
ܩܛܰܠܝ[2])
(ܩܛܰܠܶܝܢ[3])

1) Attamen notum est etiam formam 3. fem. יֵחַמְנָה et similia adesse.

2) Cf. infra B.

3) Cf. infra C.

B. Persones praesentes.

Singl. 2. m. qatalta f. qatalti 1. c. qataltu
qetalt ܩܛܠܬ; qetalt ܩܛܠܬܝ[1]); qetleϑ ܩܛܠܬ;

Plur. qataltuma qataltunna qatalna
qetalton ܩܛܠܬܘܢ; qetalten ܩܛܠܬܝܢ; qetaln, qetalnan ܩܛܠܢ, ܩܛܠܢܢ.

II. Imperfectum[2]).

A. Personae absentes.

Singl. 3. m. naqtulu f. taqtulu
niqtŏl ܢܩܛܘܠ; tiqtŏl ܬܩܛܘܠ;

Plur. naqtulûna naqtulâna
niqtelôn ܢܩܛܠܘܢ; niqtelân ܢܩܛܠܢ.

B. Personae praesentes.

Singl. 2. m. taqtulu f. taqtulîna 1. c. 'aqtulu
tiqtŏl ܬܩܛܘܠ; tiqtelin ܬܩܛܠܝܢ; èqtŏl ܐܩܛܘܠ.

Plur. taqtulûna taqtulâna naqtulu.
tiqtelôn ܬܩܛܠܘܢ; tiqtelân ܬܩܛܠܢ; niqtŏl ܢܩܛܘܠ.

De hisce formis pauca tantum sunt addenda:

A. In perfecto formae ܩܛܠ, ܩܛܠܬ ex qatlaϑ, ܩܛܠܬ, ܩܛܠܬ, ܩܛܠܬܘܢ, ܩܛܠܬܝܢ, ܩܛܠܢ canonibus §. 13. A. constitutis prorsus convenire patet, explicandae restant ܩܛܠܬ, ܩܛܠܬܝ, ܩܛܠܢܢ. Atque hic intellegitur ex *qataltu* rejecta vocali finali proprie exoriri debuisse *qetalt*, quae vox jam a secunda persona non potuisset distingui, quam confusionem ut evitaret, lingua eandem iniit rationem quam §. 45. II. in vocalibus suffixorum nominalium observavimus, scilicet vocalis finalis minime est apocopata sed in ipsam vocem recepta[3]). Ita sicuti ex ȝabduki processit ȝabdik, ܥܒܕܟܝ, ex ȝabduhu, ȝabduh deinde ܥܒܕܗ, ita ex qataltu factum est *qatluϑ* deinde *qatleϑ* §. 13. A. VII. cujus formae, quae in prima syllaba habet *a*, etiamnunc

1) Cf. infra B.

2) In transscriptione expressimus antiquiorem vocalismum Nestorianis servatum, cujus loco recentiores et Maronitae pronunciant *neqṭul, teqṭul* cet. §. 59. II. 1. 2. Forma media est neqṭol, quae scriptione ܢܩܛܘܠ indicatur.

3) Idem etiam accidit in lingua ab antiqua himyarica procedente, quae Eḥkili dicitur, cujus hae sunt formae a verbo *zeged, sumo*:

exstant vestigia in scriptione ܩܛܠܬ, in qua punctum superius eandem indicat vocalem §. 21. V. Hoc *a* denique recentissimo tem-

---

	Singularis.	Dualis.	Pluralis.
3. m.	زِجِد zeged	زِجِدو zegedo	زِجِد zeged
3. f.	زِجِدت zegedot	زِجِدتو zegideto	زِجِد zeged
2. m.	زِجِدِك zegidek	زِجِدِشي zegidetši	زِجِدكم zegedkum
2. f.	زِجِدِبس zegideč	زِجِدِشي zegidetši	زِجِدكن zegedken
1. c.	زِجِدِك zegidek.	زِجِدِشي zegidetši.	زِجِدِن zegiden.

Hoc paradigma quod Fresnelio debemus (Journ. as. 1838 Décemb. p. 566) ad illustrandam originem formarum neosemiticarum, quibus dialectus syriaca in universum est adnumeranda, maximo est usu. Primum enim tertiam vocalem invenimus rejectam, quod aliae quoque dialecti ita monstrant, praeterea etiam *â* transiens in *ô* habemus in duali, *zegedo* et *zegideto* enim ex *zagadâ*. *zagadatâ* processerunt, qualis pronunciatio jam apud Hebraeos antiquos, qui *â* etymologice longum in *o* depresserunt, locum habuit, qui procedente tempore etiam *ā* syllabice longum eodem modo ut Ja'qobitae tanquam *o* pronunciaverunt. Porro habes productionem irregularem, quae sine dubio propter accentum est exorta, uti etiam Hebraei in pausa propter accentum *āttā* dixerunt neque *ăttā*, nam in 3. fem. *zegedot* non nisi ex *zegedāt* potest explicari, cujus *ā* tunc propter accentum ex *zagadăt* profluxit. Porro cum formis syriacis convenit 1. prs. Sing. *zegidek* pro *zagadku*, quae vocalem finalem *u* in vocem recepit et in *e* depressit, quod eodem modo in Plur. institutum est, cujus *zegiden* ex *zagadna* exortum est, et 3. prs. mscl. et fem. Plur. *zeged*, in quibus vocales longae *zegedû*, *zegedâ* perditae sunt. Deinde habes palatalisationem (sit venia verbo) i. e. emollitionem consonae *k* cum *i* conjunctae in 2. Singl. fem. *zegideč* pro *zagadki*, cujus *i* praeterea in ipsam vocem est intensum. Eodem modo amharice ex *ki* processit *š* = ሽ atque kabareš fit ex kabarki. Denique consona *t* emollitur in tš in duali, cujus hoc quoque est proprium, quod primam personam exprimit. Hanc dentalium *d*, *t*, *ṭ* emollitionem amharica lingua eodem modo monstrat ac lingua cui nomen est *Tigré*, eademque in hodierno Syriasmo, qualem in Libano monte Ferrettius Ma'lulae reperit, certe in *d* et *t* est obvia. Habes enim ܐܢܬ ܟܬܒܬ *scribis* pronunciatum *'atš χaϑpatš* et si ܢܕܩܫ pronunciatur *yiǵqayyaš*, consona *d* emollita in *dy* denique abiit in *y*, quod cum *d* cohaeret uti ጀ cum ጅ amharice, quod est germanicum dj. Ipsa vox *zeged* (*prendre* Fresnel) hoc comprobat, respondet enim amharico ዘጋጀ፡ *perficere, praeparare* to make ready Isenberg) aethiopice ዘገደየ፡ ita ut *d* + *y* contractum sit in dj.

pore in *e* est depressum §. 13. A. VII. Tali modo ex qataltu processit ܩܶܛܠܶܬ.

B. Secunda persona, de qua agendum videtur, est fem. 3. prs. plur., cujus formae praeter ܩ̈ܛܰܠ sunt ܩܛܰ̈ܠܶܢ et ܩܛܰ̈ܠܝܶܢ. Quae vox *q̥ṭal* si comparatur cum *qatalâna* eandem monstrat indolem, quam habet ܩܛܰ̈ܠܘ comparatum cum *qatalûna* scilicet primum syllaba *na* est apocopata qaṭalû, qaṭalâ et haec forma in antiquiore aramaismo (judaico) invaluit קְטַלוּ, קְטַלָא, deinde ipsa vocalis *û*, *â* in pronunciatione est neglecta, quo facto exortum est ܩܛܰ̈ܠܘ et ܩ̈ܛܰܠ, utrumque *q̥ṭal* legendum. At obstare videtur forma ܩܛܰ̈ܠܝܶܢ, e qua deinde ܩܛܰ̈ܠܶܢ decurtatum esse propter Yuð finale plerique existimant. Rectam igitur formae explicationem ut ab omni parte defendamus, primum de hoc Yuð est dicendum. Talis consona vero non in hac tantum forma, in qua etymologice non potest explicari, verum etiam in tertia pers. singl. impft. cernitur, quae etiam ܬܶܩܛܽܘܠܝܢ scribitur, et in hac forma ex *taqtulu* procedente dubium esse non potest, quin consona ܝ nullum habeat locum, si etymologiam respicis. — De utraque forma quid sit sentiendum, ex ipsorum Syrorum dictis explicatur, nam in codice Syr. Vatic. XVI. olim X.[1]) fol. 143 Jaʒqobita quidam observavit:

ܒܦܢ̈ܩܝܬܐ ܕܝܠܢ ܝܥܩܘܒܝܐ ܐܝܬ ܝܘܕ ܒܫܘܠܡ ܡܠܬܐ ܢܩܒܬܢܝܬܐ . ܠܘܬ
ܢܣܛܘܪ̈ܝܢܐ ܕܝܢ ܠܐ . ܐܝܟ ܬܩܛܠܝܢ ܬܐܡܪܝܢ ܘܬܐܟܠܝܢ ܘܫܪܟܐ.

h. e. *in nostris yaʒqobiticis codicibus exstat Yuð in fine verbi feminini, non vero apud Nestorianos, e. gr.* ܬܩܛܠܝܢ ܬܐܡܪܝܢ, ܬܐܟܠܝܢ *etc.* Deinde ipse Barhebraeus in grammatica majore (ܟܬܒܐ ܕܨܡܚܐ) lib. IV. cap. V. sect. 2 docet: ܩܛܰܠ ܢܶܫ̈ܐ ܡܶܢ ܡܰܥܪ̈ܒܳܝܶܐ ܩܰܕ̈ܡܳܝܶܐ ܘܡܰܕܢܚ̈ܳܝܶܐ ܩܰܕ̈ܡܳܝܶܐ ܘܐ̱ܚܪ̈ܳܝܶܐ ܕܠܳܐ ܝܽܘܕ ܡܶܬܟܰܬܒܳܐ h. e. (Forma) ܩܛܰܠ ܢܶܫ̈ܐ *ab occidentalibus antiquioribus et ab orientalibus antiquioribus et recentioribus sine Yuð scribitur*, quocum conspirat scriptio codicum antiquissimorum, quos habemus. Ex his testimoniis si discimus seriorem occidentalium esse morem tale Yuð addere, idem Barhebraeus in grammatica metrica cap. II. vs. 24—44 cur hoc factum sit docet. Dicit enim vs. 29: Littera femininum indicans est Yuð, *quae quiescit et in fine vocis ponitur, et haec sufficit ad distinguendum in scriptura masculina et feminina figurâ, pellitque ambiguitatem*

1) Ejus descriptio exstat in Assem. Catal. Bibl. Vat. p. 59 sq. cf. Adler Vss. syr. p. 23.

ex intellectu sensus. Ne audias eum qui vetat distinguere verbum scriptum etc. Scriptionem historicam per ܐ in hac forma rejecerunt, quia nomina omnia in ܐ exeunt, ܘ masculinis inserviebat, nihil aliud igitur restitit, quam omissio consonae ܐ, qui fuit antiquior usus, aut addendum erat ܝ, quod recentiores fecerunt. Nihil aliud igitur est hoc Yuď nisi signum graphicum fem. indicans, neque in ܩܛܠܝ et ܢܩܛܠܝ solum invenitur, verum etiam in fem. 2. prs. impf. ܬܩܛܠܝܢ, in qua cum feminini terminatio *în* adsit prorsus superfluum est, imo in ܬܓܠܝ = תִּגְלֶה et in ܐܬܬܝ *venit* fem.[1]) apparet, ubi nulla ratione etymologica niti potest. Eodem modo ܝ in ܐܢܬܝ *tu*, fem. et in suff. ܟܝ non ex primitivo أَنْتِ et *ki* servatum est, — breves vocales antiquo tempore per ܝ non indicabantur §. 9. II., — sed signum est graphicum diacriticum §. 32. II., quod interdum omittitur, uti Wright Syr. Apocr. p. ܨܘ, ܢ. — Ceterum formam primitivam ܩܛܠܝ fuisse qeṭalâ etiam e formis suffixis instructis dijudicatur, in quibus *â* partim servatum est ܩܛܠܬܢܝ, ܩܛܠܬܗ etc.[2]) partim apocopatum ܩܛܠܬܘܗܝ, ܩܛܠܬܟܝ, nullum vero vocalis *î* seu *ê* vestigium exstat. E contrario in verbis ܠܝ, ubi ܝ ad radicem pertinet, his in formis servatur ܓܠܝܬܢܝ, ܓܠܝܬܗ, ܓܠܝܬܘܗܝ etc., ita ut forma primitiva verbi necessario fuerit *galyâ* ex antiquiore galayâ ex §. 13. A. X. contracta.

Restat denique forma ܩܛܠܝܢ, quam Dietrich ex *qeṭalâ* + *în* contractam censet (Abhdlgn. zur hebr. Gram. p. 75) et e qua ܩܛܠܝ decurtatum vult servato ܝ, originis signo. Obstat tamen quod tali modo duplicem pluralis notam deberemus admittere, cujus rei ceterum nulla sunt exempla. Sed hujus formae analysis melius conjungitur cum explicatione formae ܩܛܠܢ de qua nunc agendum.

C. Consonam *n* post aliam consonam in fine vocis difficilem esse pronunciatu experientia quisque docetur, post labiales imprimis proferri plane nequit, nisi sequitur aut inseritur vocalis, ܩܛܠܢ

---

1) Bernstein Evgl. Joh. in harkl. Uebersetzung Vorbericht p. XXVII. Cf. praeterea BH. Chr. 86, 5. ܠܐ ܐܬܝܕܥܬܝ ܣܝܡܘܬܗ *non cognita erat ejus positio*, et ܐܬܦܪܫܬܝ ib. 135, 11. *declarata est,* in quibus tamen exemplis fortasse ܐܬܝܕܥܬ et ܐܬܦܪܫܬ legendum est.

2) Harum formarum *â* ad verbum pertinet, neque ad pronomen, ceteroquin esset *ă* ut in ܩܛܠܟ cf. §. 45, II. adnt.

tali modo non sonat *kẹϑaβn* sed *kẹϑaβm* aut *kẹϑaβẹn*, e contrario كَتَبْنَا facile pronunciatur *katab-nâ*. Vocalem finalem vero e communi lege Syri reiciebant, neque poterat hoc *a* servari nisi addita consona; itaque germen pronominale hac in forma bis posuerunt *kẹϑaβna-na* dicentes, cujus *a* finale apocopari debebat, restitit forma *kẹϑaβnan*, cujus cum nomine affixo instructo similitudo patet cf. ܠܚܡܢ. Conicimus igitur formam ܩܛܠܢ exortam esse ex reduplicato affixo, cujus reduplicationis caussa fuit difficultas pronunciandi consonam *n* post aliam consonam positam, toti rei favebat forma nominalis analoga, quae in *an* exit. Eandem nominis analogiam verborum flexionem turbantem habes in קְטַלְתִּי cujus *î* non explicari potest, nisi confugis ad nomen suffixo instructum מַלְכִּי, in cujus soni similitudinem etiam prima persona verbi est formata. — Postquam haec forma processit omnes personae in plurali in *n* exierunt excepta forma ܩܛܠ, mirum igitur non erit, si etiam in 3. prs. fem. altera invenitur forma ܩܛܠܝܢ, in qua certo dijudicari non potest, utrum mutata sit ex primitivo qatalâna, an ex analogia reliquarum formarum in *n* exeuntium reficta. Prius tamen, si conferimus masculinum ܩܛܠܘܢ, majorem habet veri speciem. Restat igitur sola vocalis *e* explicanda, in qua simile quid observatur quod accidit primitivo *u* in qataltumu, naqtulûna, qataltunna. Scilicet in msc. *û* abiit in *o* ܢܩܛܠܘܢ, ܩܛܠܬܘܢ, cujus loco seriore demum tempore scribitur ܬܩܛܠܘܢ, ܩܛܠܬܘܢ, in fem. abiit in *e* ܩܛܠܬܝܢ; tale *e*, quo jam nunc genus distinguitur etiam ex primitivo *â* in qatalâna exortum est, quam mutationem recte cum Arabum إِمَالَةٌ (de Sacy gr. ar. I. p. 40) poterimus comparare. Denique ut hoc *e* scriptura indicaretur ejus loco scriptum est ܝ, quod hic ut in terminatione ܩܛܠܬܝܢ, ܐܢ̈ܬܝܢ non propter etymologiam scriptum est. In imperfecto forma *ân* intacta est servata.

D. De imperfecti formis monendum est, vocales primitivas *ŭ* et *û* in *ŏ* et *ô* esse elatas, quorum loco serior aetas iterum *ŭ* et *û* pronunciavit, ita ut antiqui scribae et Nestoriani formas exhibeant ܢܩܛܘܠ et ܢܩܛܠܘܢ, recentiores vero Jaꜥqobitae et Maronitae ܢܩܛܘܠ et ܢܩܛܠܘܢ. Reliqua patent.

§. 51.

De imperativo.

Praeter tempora, quorum usus est praedicativus, a verbo etiam derivatur alia forma, quae praedicati locum habere non potest, sed radicis puram putam ideam, vocativi instar, ita designat, ut eam *fieri debere* exprimat, *Imperativus*, ܦܘܩܕܢܐ. Imperativus cum sit forma jubendi directa, non potest pertinere nisi ad personas quae adsunt, aut certe tanquam praesentes cogitantur, itaque in hac forma distinctio duarum classium Semitis non necessaria fuit, et cum per se intellegeretur, hancce formam ad personas praesentes redire, haec ipsa res, scil. quod personae adsunt, germine demonstrativo non videbatur indicanda, quippe contrarium, personas scil. abesse, locum habere non poterat. Ita factum est, ut verbi forma vocativa non germen demonstrativum recipiat, quo personae praesentes indicantur, sed nulla alia incrementa ferat nisi signa numeri et generis. Forma ejus est brevissima, vocativi enim natura fert, ut aut sit quam brevissimus aut quam longissimus[1]). Quatenus perspici potest; formae antiquissimae fuerunt Sing. *qeṭul* m., *qeṭulî(na)* f., Plur. *qeṭulû(na)* m., *qeṭulâ(na)*[2]), quae secundum eandem normam, quam in perfecto et imperfecto descripsimus a Syris correptae sunt in:

Sgl. m. ܩܛܘܠ, f. ܩܛܘܠܝ, Plur. m. ܩܛܘܠܘܢ, ܩܛܘܠܘ, f. ܩܛܘܠܝܢ, ܩܛܘܠ̈ܝ. Vocalis in hac forma adhibita eadem est quae in imperfecto, itaque modo *ŏ* (*ŭ*) modo *ă* invenitur §. 50. II. Seriores ܽ ponunt loco antiqui ܳ.

---

1) Vocat. aeque brevissima forma utitur e. gr. يَا صَاحِ pro يَا صَاحِبُ, يَا مَنْصُ pro يَا مَنْصُورُ atque longissima e. gr. وَا مُوسَاهْ seu وَا مُوسَيَا imo وَمَنْ حَفَرَ بِئْرَ زَمْزَمَاهْ De Sacy gr. ar. I. p. 575. Cf. يا ابتاه *o mi pater;* 1001 noct. I. p. ١٨ Habicht. Idem in lingua sanscritica locum habet e. gr. kavê vocativus thematis kavĭ, vadhŭ vocativus thematis vadhû. Rei caussa in aprico est, eademque simul efficit, ut Imperativi verborum primae Nun et Yuđ hanc radicalem infirmam abiecerint, scilicet quam brevissimam reddere formam populi semitici nitebantur.

2) Terminationem fuisse *îna*, *ûna*, *âna* imperfecti docet analogia.

De formarum ܩܛܘܠܝܢ, ܩܛܘܠܬ et ܩܛܘܠܝ, ܩܛܘܠܝ origine idem valet quod §. 50. III. diximus, in singulari vero ܩܛܘܠܝ consona Yuđ muta non signum feminini est graphicum, sed restitit ex forma antiquiore קְטַלִי sicuti aliae consonae vocalium emortuarum reliquiae §. 32. I. b.

§. 52.

De infinitivo et participio.

I. Radicis idea cum neque praedicativo modo neque vocativi instar proferatur, sed ad nullam aliam rem pertinens per se spectetur et aeque temporis ac personarum notis careat, est *infinitivus*, ܫܡܐ ܕܠܐ ܡܫܘܚܬܐ quem nomen potius esse quam verbum ex hac ipsa definitione intellegitur cf. §. 39. II. Accuratius eum nomen actionis appellabis[1]). Ad eum formandum adhibetur praefixum *ma* e. gr. *maqtal*, ܡܩܛܠ, cum tamen ejus vocalismus inde pendeat, ad quamnam verbi stirpem pertineat §. 53., hoc loco plura addi non possunt. Reliquae dialecti varias formas nominales tanquam nomen actionis adhibent, forma Syris usitata in reliquis dialectis nomen actionis ordinarium non est.

II. Praeter infinitivum duae aliae formae nominales in paradigmatis verborum afferuntur, id quod in lingua syriaca eo magis aptum est, cum altera harum formarum ad designandum tempus praesens adhibeatur. Alterum est *nomen actionis*, quo homo seu res appellatur, qui id quod radix designat perficit seu eo occupatus est. Ita si dicitur ܓܒܪܐ ܟܬܘܒܐ, رَجُلٌ كَاتِبٌ, *homo scribens*, vox ܟܬܘܒܐ eum designat, qui actionem radice ܟܬܒ indicatam perficit. Idem valet in intransitivis غُلَامٌ مَارِضٌ *juvenis aegrotans*, ubi nomen actoris مَارِضٌ indicat actionem aegrotandi a juvene perfici. Hoc nomen dici solet *participium activum* إِسْمُ ٱلْفَاعِلِ, ܫܡܐ ܥܒܘܕܐ. — Diversum ab hoc nomine actoris aliud nomen est, quod *descriptivum* liceat appellare, quo indicatur ideam verbi rei aut homini inhaerere eumque illa re esse affectum. Ita si dicitur غُلَامٌ مَرِيضٌ

1) Cf. De Sacy gr. ar. I. p. 146.

juvenis aegrotus, forma مَرِيضٌ indicat aegritudinem juveni inhaerere sive illum morbo esse affectum, et si habes ܓܰܢܬܳܐ ܡܫܰܒܚܬܳܐ *hortus amoenus* vox ܡܫܰܒܚܬܳܐ docet, horto convenire ideam radicis ܫܒܚ. Hoc descriptivum nomen appellant *participium passivum*, إِسْمُ ٱلْمَفْعُولِ.

Utriusque participii forma aeque ut infinitivus pendet de stirpe verbi ad quam pertinent participia, itaque tum demum enumerari poterunt, cum stirpium formae propositae fuerint. Stirpes auctae omnes utuntur praefixo *mẹ*, stirps simplex solis vocalium mutationibus participia producit. Cf. §. 55. III. c.; 59. III.

§. 53.

De formandis stirpibus.

Praecedentibus paragraphis de elementis, quibus producitur forma flexionis, accurate egimus, at de variis ipsius radicis formis, quae componuntur cum affixis seu praefixis, ne verbo quidem locuti sumus, itaque restat ut jam affectiones ipsius radicis describamus.

Talium vero affectionum sunt duo genera, primum enim radicis vocalismus subit mutationem in formatione temporum et imperativi et passivorum e. gr. *qatala*, (*ŭ*)*qtul*, *qutila*, *yaqtulu*, *šariba*, *yašrabu*, et hasce mutationes appellare liceat *flexionales*, quia ad flexionem radicis pertinent, deinde vero radix additamentis cum internis tum externis augetur, quibus significatio radicis vario modo tingitur et quas, cum ad significationem et functionem radicis pertineant, *functionales* nominabimus[1]).

Primo loco tractandae sunt *mutationes functionales*, nam *flexionales* tum demum explicari poterunt, si varias radicum formas descripserimus, quas per mutationes functionales accipiunt. Quid vero de his ipsis sentiendum sit, §. 40. III. obiter monuimus. Nihil sunt nisi derivationes plurilitterales e radice trilitterali, cujus radicis significatio per haec additamenta modo sic modo ita leviter mutatur. Horum incrementorum usus est certus et numerus haud

1) Utramque denominationem, praecipue vocem *functionalis*, lubenter missam faciemus, si quis alius meliorem proposuerit. Nec tamen eam ob caussam haec vox nobis displicet, quia veteres Romani eam non habuerunt, quis enim grammaticam semiticam lingua classica scribet, cum ipsi Romani nec de Semitis nec de eorum grammatica rationali somniaverint ideoque nullos terminos sibi excogitaverint? Displicet potius, quia rei naturae non prorsus convenit.

magnus, itaque ad flexionem proprie dicta■ pertinere visa sunt, cum tamen re vera ad derivationem sint referenda. Ne tamen nimium in modum a sueto grammaticorum ordine recedamus, hoc loco has mutationes functionales exhibebimus, quamvis proprie in elucidationem systematicam derivationis sint recipiendae. Scilicet ea ipsa vis linguae, quae *germina bilitteralia* in formam *radicis trilitteralis* auxit, ea has quoque radices iterum auxit et produxit *formas quadrilitterales*, *quinquelitterales*, quas imaginem a planta desumptam servantes §. 40. I. appellamus *stirpes*. Hae stirpes deinde iterum derivationis novae efficiunt fundamentum, ita ut variae nominum formae inde procedant, uti مُعْلِمٌ ex أَعْلَمَ, مُعَلِّمٌ ex عَلَّمَ, مُكَاتَبَةٌ ex كَاتَبَ, ܡܫܬܡܫܢܘܬܐ a ܐܫܬܡܫ, ܡܫܡܫܢܐ a ܫܡܫ etc. A quibus discernenda sunt nomina alia, quorum basin nulla stirps verbalis efficit sed mera radix, ut قَتْلٌ, طَبَّاخٌ, مَوْلَدٌ etc. Horum formatio ipsa analoga quidem est formationi stirpium, et similibus mediis adhibitis producitur, nam quae ratio intercedit inter حَسَنَ, حَسَّنَ, أَحْسَنَ ea ipsa ratio intercedit inter حَسَنٌ, حُسَّانٌ, أَحْسَنُ, nec tamen dici potest, حَسَنٌ derivatum esse a حَسَنَ et حُسَّانٌ a حَسَّنَ. Nam omnes hae formae potius radicem sub variis schematis exhibent, schemate simplice et schemate per geminationem sive alio modo aucto. Habes igitur analoga schemata in forma radicis praedicativae (verbi) et subjectivae (nominis), quae ratione flexionis distinguuntur, minime vero licet alterum ab altero derivare, cum utrumque per schema analogum hoc in formam verbi, illud in formam nominis sit redactum ex ipsa radice. In eodem vero schemate deinde novae formae producuntur, uti sine dubio أُحْمُوقَةٌ *valde stultus* immediate derivandum est ab أَحْمَقُ *stultus*, neque a radice حمق.

Adnot. Priores grammatici verborum stirpes appellaverunt *conjugationes*, quo nomine ineptius nihil potest excogitari. Varietas conjugationum h. e. varia affixorum temporalium et personalium cum radice compositio, in linguis indogermanicis, e quarum grammatica hoc nomen ad semiticas traductum est, pendet de indole et charactere *radicis*, nam affixa ipsa ubique eadem fuerunt. Itaque variae conjugationes exoriuntur, si affixa accedunt ad radicem, quae exit in consonam aut in vocalem, *a*, *i*, *u*, quae augetur per

infixum *n*, quae dilatatur per *guna* etc., ut *ἔ-φυ-ς, ἔ-λεγ-ες, ἐ-φύτευ-σα, ἠγάπη-σα, ἔ-λεχ-σα* (*ἔλεξα*), *ama-bo*, *mone-bo*, *audi-am*, *leg-am*, *tundo*, *tu-tud-i*, *λείπω, ἔ-λιπ-ον* etc., et distinguuntur conjugationes secundum indolem radicum, nihil vero earum forma facit ad significationem vocis. Stirpium vero formatio minime de radicis forma pendet, sed certum aliquod derivationis schema sequitur, qua in re consonae radicales pro sua natura secundum hoc schema mutantur, neque vice versa schema per consonarum naturam. Analogum conjugationis indogermanicae praebet varietas in formandis personis et temporibus quae procedit e radicalium indole, et sicuti in grammatica indogermanica distinguitur conjugatio radicum in *a*, *i*, *u*, et *consonam* exeuntium, ita in linguis semiticis sermo posset esse de conjugatione radicum primae Nun, tertiae 'Aleφ etc. Ita eodem conjugationis nomine in utraque linguarum stirpe simile quid designaretur, cf. §. 58.

§. 54.

Conspectus stirpium, quae per mutationes functionales exoriuntur.

I. Ipsa radix trilitteralis, sive ut hoc loco dicendum est stirps simplex, קל, mutata vocali mediae radicalis tres habet formas functionales, *qatala*, *qatila*, *qatula*, quae syriace sonant ܩܛܰܠ, ܒܛܶܢ, ܩܪܶܒ (ܩܪܘܒ?). Formae per *i* et *u* designatae plerumque significatione *intransitiva* sive *descriptiva* usurpantur[1]), formae quae habent *a* vero *activa* et *transitiva*. Itaque transitiva sunt ܢܣܰܒ *sumpsit*, ܐܶܡܰܪ *dixit*, ܢܛܰܪ *servavit*, intransitiva vero ܒܛܶܢ *gravida fuit*, ܕܚܶܠ *timuit*, proprie *in statu timendi fuit*, ܕܒܶܩ *adhaesit*, ܪܓܶܙ *iratus fuit*, ܟܦܶܢ *esurivit*, ܫܡܶܢ *pinguis fuit*, ܣܡܶܩ *erubuit*, ܒܛܘܠ, ܒܛܶܠ *otiosus fuit*.

Verba quaedam pro vocalis varietate variam accipiunt significationem, e. gr. ܚܪܰܒ *vastavit*, ܚܪܶܒ *vastatus fuit*, ܦܠܰܓ *divisit*,

---

1) Adtendendum est ad analogiam nominum, in quibus adjectiva descriptiva *u* et *i* habere solent, nomina actoris vero *a*. Cf. زَعَلَ alacer fuit, زَعِلٌ alacer, سَفُطَ liberalis fuit, سَفِطٌ liberalis, deinde رَحِيمٌ misericors, حُرٌّ liber, كَذُوبٌ mendax, proprie *cui inhaeret consuetudo mentiendi*, الموصوف بالكذب, dum كَذَّابٌ is est, *qui saepe mendacia committit*.

ܦܠܶܓ *divisus fuit*, ܫܪܳܐ *absolvit*, ܫܪܶܐ *absolutus fuit.* Sunt etiam verba vocali *a* instructa, quae sensum intransitivum *videntur* habere, et verba vocali *e* ornata sensu transitivo usurpata, imo in eodem verbo utraque vocalis locum habet ut ܐܟܰܠ et ܐܟܶܠ *comedit*, ܡܟܰܟ, ܡܟܶܟ *humilis fuit.* Attamen hac de re caute judicandum est, scilicet verba per *a* pronuncianda, quae nobis intransitiva videntur ut ܨܡܰܚ splenduit = بَرَقَ, ܙܥܰܪ *diminutus fuit*, varias ob caussas vocali *a* possunt uti, quin lex universalis laedatur. Scilicet ܨܡܰܚ ex Semitarum sententia non est intransitivum sed transitivum, quod significat *radios splendentes emittere*, ita et ܚܟܶܡ proprie non est *sapientem esse*, sed *scire*, ܙܥܰܪ vero, quod est intransitivum, *a* accipit propter gutturale riš §. 31. IV. Idem cadit in ܣܓܳܐ *abundavit*, ܚܘܰܪ *albuit*, ܥܟܰܪ *contristatus fuit*, ܢܗܰܪ *illuxit*, ܫܦܰܪ *pulcher fuit* al., quorum in imperfectis *a* servatur §. 55. Vice versa denique verba, quae nobis transitiva videntur, levi mutatione rationis ejus, qua intelleguntur, Syris intransitiva poterant videri, uti ܠܒܶܫ, quod verti solet *induere*, cum proprie vertendum sit *indutum esse*, ܛܥܶܢ *portavit* proprie *onustus fuit*, ܟܡܶܢ *insidiatus est*, proprie *in insidiis positum esse;* idem in ܣܠܶܩ *ascendit*, ܢܚܶܬ *descendit* debet locum habere, quorum significatio accurata fuisse videtur *in summo* aut *infimo loco esse.* Certi quid hic non audemus statuere, cum etsi in aramaismo judaico scribatur סְלֵק, ab altera parte exstet נְחֵת.

Formae tertiae per *u* pronunciandae unum hucusque notum est exemplum ܩܦܘܿܕ *horruit* Iob 7, 5.; 30, 30., quod ex analogia accuratius scribendum erit ܩܦܘܼܕ qeφoď per ʒe̥sâ̊sâ̊ karyå, quamquam vocem in codice puncto ornatam nondum vidi. Ejus loco Sciadr etiam praebet ܩܦܰܕ.

II. Systema reliquarum stirpium caussativarum, reflexivarum, caussativo-reflexivarum, quarum in formis vocales non amplius mutantur, haec exhibebit tabula, in qua eae stirpes, quae ratiocinando per solam conjecturam toti ordini insertae sunt, asterisco insignitae cernuntur. Cifrae formis singulis appositae numerum stirpis in grammatica arabica indicant, cruce + formae aethiopicae designantur.

A. Radix simplex.

	I. Stirps simplex.	II. Stirps aucta *a*) geminatione,	*b*) productione.
	I. qatala ܩܛܰܠ qatila ܩܛܶܠ qatula ܩܛܽܠ	II. qattala ܩܰܛܶܠ resolvitur in *qartala ܩܰܪܛܶܠ, et *qantala, qatautala XII., qatawwatala XIII.	III. qâtala, resolvitur in qaitala, ܩܰܝܛܶܠ; qautala ܩܰܘܛܶܠ, qamtala, ܩܰܡܛܶܠ
Accedit nota 1) *'a*, *sa*, Caussativa	IV. 'aqtala ܐܰܩܛܶܠ saqtala ܫܰܩܛܶܠ	+'aqattala *saqattala	+'aqâtala *saqâtala
2) *ta*, Reflexiva	VIII. *taqatala ܐܶܬ݂ܩܛܶܠ	V. taqattala ܐܶܬ݂ܩܰܛܰܠ	VI. taqâtala
3) *ta'a*(*ĕϑl*),(*ă*)*sta* Caussativa et Reflexiva	*ta'aqtala ܐܶܬ݂ܬܰܩܛܰܠ X. +'astaqtala ܐܶܫܬܰܩܛܰܠ	*ta'aqattala +'astaqattala	*ta'aqâtala +'astaqâtala
4) *na* Reflexiva	VII. 'inqatala ănqatala נִקְטַל	*ănqattala	*ănqâtala.

B. Radix aucta.

	Reduplicatione I. simplici.	II. Composita.	III. Accedente Yuđ.
	IX. qatlala ܩܰܛܠܶܠ	qataltala ܩܰܛܰܠܛܶܠ	*qatlaya ܩܰܛܠܝܺ
Accedit nota *ta* Reflexiva	taqatlala ܐܶܬ݂ܩܰܛܠܰܠ	taqataltala ܐܶܬ݂ܩܰܛܰܠܛܰܠ	*taqatlaya ܐܶܬ݂ܩܰܛܠܝܺ.

III. De origine singularum formarum syriacarum ex formis primitivis secundum §. 13. A. vix aliquid monendum est, solum in stirpibus reflexivis et in stirpe caussativa-reflexiva formae *èϑqetel*, *èϑqattal*, *èϑtaqtal* explicandae videntur. Et primum quidem ex taqattala syriace fieri deberet teqattal, cui deinde syllaba è, seu ut grammatici dicere solent, ܐ prostheticum est additum facilioris pronunciationis caussa. Similis est origo formae 'eϑtaqtal, scilicet ex **ta'aqtala* syriace debuit fieri *teàqtal*, praemisso è deinde èϑ'aqtal, denique postquam 'Aleφ cum Tau assimilatum est èϑtaqtal §. 25. I. c., quod alii èttaqtal, alii ètaqtal pronunciaverunt §. 16. X. Harum formarum, quae praefixum èϑ sibi adsciscunt, analogiam deinde etiam in mutando *taqatala* Syri sunt secuti; nam quamvis *taqtel* non solum formare potuerint verum etiam formaverint, ita ut taqtel sese habeat ad *taqtala* sicuti *'aqtel* ad *'aqtala*, tamen analogia formarum *èϑqattal* et *èϑtaqtal* hic quoque commendavit usum 'Aleφ prosthetici, quo facto exoritur forma èϑqetel. Quod denique adtinet ad *èstaqtal* metathesis dentalis cum sibilante ex §. 26. II., 25. I. b. ordinaria est. Arabes in stirpe VIII. hanc metathesin ad omnes consonas extenderunt, simulque 'Aleφ adhibuerunt, qua in re a reliquarum dialectorum analogia sunt alieni[1]). Denique de formae qatlaya in ܩܛܠܝ mutatione cf. §. 37. II. 5.

IV. De origine praefixorum, quorum vis est functionalis, *'a*, (*sa*), *ta*, *na*, et compositorum *ta'a*, (*'a*)*sta* hucusque vix aliquis disserere tentavit[2]), quamvis haec quaestio ad perspiciendam linguarum semiticarum indolem gravissima sit ideoque necessario tractanda. Itaque licet rei difficultate ad necessariam modestiam redacti, tamen quid nobis hac in materia, quae nos ad intima

1) Obiter hic digito indicabo varium vocalismum formarum earum, quarum 'Aleφ est prostheticum, ideoque ad faciliorem pronunciationem pertinet, et earum, quarum 'Aleφ ad mutationem functionalem facit. Praefixum enim Imperf. in illis accipit *a*, in his vero *u*. Itaque IV. أَقْبَلَ, يُقْبِلُ at VIII. اِقْتَبَلَ, يَقْتَبِلُ, IX. اِصْفَرَّ, يَصْفِرُّ, XI. اِصْفَارَّ, يَصْفَارُّ, X. اِسْتَقْبَلَ, يَسْتَقْبِلُ, VII. اِنْقَبَلَ, يَنْقَبِلُ.

2) Ewaldum excipio, qui ad affixa participiorum indogermanicorum confugit. Sed quid hoc sibi vult? Analogiam grammaticae indogermanicae ad expediendas semiticae difficultates non licet hodie invocare Cf. Hebr. Sprachl. ed. sexta p. 280.

mentis linguas formantis penetralia perducit, sentiendum videatur, lectoribus dijudicandum proponemus.

Si quis haecce praefixa *ʾa*, (*sa*), *ta*, *na* comparat cum iis, quae in derivatione nominum adhibita, §. 50. p. 200 sunt allata, facile videbit, utramque seriem eadem continere elementa, de *sa* enim statim agendum erit. Itaque si in forma radicis praedicativa (in verbo) et subjectiva (in nomine) iisdem mediis praefixis, variae affectiones functionales efficiuntur, non temere statuitur, haec ipsa elementa in antiquissima lingua semitica primaeva, generali modo adhibita fuisse ad mutandam radicis significationem, simulque esse nexum certum inter formas nominales et verbales, quae per idem elementum functionale exortae sunt. Tali modo nexus internus derivationis defendendus est inter elativa أَكْبَرُ, أَحْسَنُ et inter stirpem caussativam simplicem أَكْبَرَ, أَحْسَنَ; inter abstracta et feminina תִּנְשֶׁמֶת, תַּעֲלוּל, تَعْرِيفٌ etc. et inter stirpem reflexivam vel passivam *tanšama, نَشِمَ *maculis insignitum esse*, unde chamaeleon nomen *variegati* nactum est, *taɜlala, *taɜraφa = اِعْتَرَفَ etc.[1]); inter stirpem reflexivam נִפְתַּל et nomen נַפְתּוּלִים, נֶפְתּוֹחַ et נִפְתַּח, نَبْذَرَةٌ *dispersio* et نَبْذَرَ = اِنْبَذَرَ, نَهْبَلَ *annosus fuit*, نَهْبَلٌ *annosus* et هِبِلٌّ *crassus*, *annosus*.

Hinc vero si sequi videtur derivationem nominum ac verborum usque in hos ultimos fines analogam esse, eo confidentius asseri potest, quod §. 49. II. statuimus, scilicet utramque vocum classem immediate e radicibus proficisci, deinde normam secundum quam radices augentur, in utraque esse eandem, discrimen vero classium positum esse in flexione[2]), cum altera classis personas et relationes temporales flexionibus exprimat, altera vero mutationibus minus apta solos casus.

---

1) Secundum analysin derivationis historicam forma تَقْتِيلٌ pertinet ad stirpem VIII., alia enim est quaestio de origine et loco in systemate, alia de usu, qui hanc formam ad supplendam stirpem II. adhibuit.

2) Vocalismus varius nominum et verborum in variis formis derivatis conspicuus accensendus est mutationibus vocalium functionalibus §. 53.

Denique si in verborum et nominum forma eadem radicum incrementa cernuntur, de compositione radicum cum germinibus pronominalibus *'an, ta, ha* quam in hisce incrementis facile quis deprehendere sibi potest videri, omnino non cogitandum est. Accedit quoque quod incrementum *sa* inter germina pronominalia non exstat. Itaque haec radicum augmenta, quae ab initio vocum ponuntur eodem modo tractanda et intellegenda sunt, sicuti augmenta in media et extrema voce, et haec stirpium formatio arctissime conjungenda est cum theoria formationis plurilitteralium, quas secundum easdem leges e trilitteralibus profectas esse docuimus, quae in origine trilitteralium *radicum* e *germinibus* bilitteralibus valent cf. §. 40. Idem cadere videtur in nomina loci et vasis et instrumenti, quae composita esse cum germine מה vix quisquam defendere conabitur, qui in reliquis formis nominalibus nullam agnoscere potest compositionem. Haec igitur sicuti nomina per *ta, 'a, na* derivata ad formationes quadrilitterales referenda sunt, eorumque augmentum est *ma*. Tota res denique eo redit quod §. 40. II. diximus: Formae derivationis quadrilitteralis nonnullae adeo saepe et universali modo adhibitae sunt, ut flexiones esse videantur, cum re vera nihil sint nisi modus specialis augendi radicem trilitteralem. Hoc vero si rectum est nihil juvat hoc loco quaerere, cur reflexiva per *ta*, caussativa per *'a, sa* significentur, nam haec quaestio nihil est nisi pars universalis illius quaestionis, quis et qualis nexus in linguis semiticis intercedat inter mutationem significationis et formam derivationis. Ad quam quaestionem hodie responderi nequit. Id quod oculis cernitur hoc est: *qattala* et *qâtala* pertinere ad formulam quadrilitteralium *qcṭl*, *qvṭl*, reliqua caussativa et reflexiva ad formulam *cqṭl* et *vqṭl*, caussativa-reflexiva ad *ccqṭl* cf. §. 40. IV. Denique in *qaṭlala* et *qaṭlaya* cernitur *qṭlc*, in reflexivo *cqṭlc*, et in qataltala habes *qṭlcc* eorumque in reflexivis *cqṭlcc*.

Adnot. 1) Sunt qui statuant, praefixum *'a* processisse ex *ha*, quod et ipsum ex *sa* sive *ta* exortum sit[1]). At cum hoc *sa*, aramaice et hebraice *ša* §. 24. III. 3. in omnibus dialectis adsit, et juxta *'a* (hebr. *ha*) servatum, nescio cur talem commutationem velint statuere, qua omnino nihil expeditur. Incrementum hoc vero

1) Ewald hebr. Sprachl. ed. 6. p. 275. Dillmann aethiop. Gr. p. 121.

in omnibus dialectis adesse paucis exemplis videtur demonstrandum. Itaque habes hebr. quidem שבלול *limax* rad. בלל, שלהבת rad. להב; at arabice: مُسَحْبِلٌ *catulus leonis adultus* cf. بَحْلٌ *impulsus validus* unde مُسَحْبِلٌ = partc. IV. significat *impulsum validum faciens;* سَبَادِرُ *negotiis occupati* cf. بَدَرَ *praevenit, properavit;* سَبْرَحَ *occultavit*, proprie *refugium dedit*, cf. بَرِحَ *fugit;* سَبْرَدَ *rasit* cf. بَرَدَ *lima rasit*, سَبْطَرَ *exsequendo mandato praepositus fuit*, cf. أَبْطَرَ IV. *imposuit plus quam portare potuit;* إِسْجَهَرَّ *sese movere*, de aere in quo سراب cernitur, cf. جَهَرَ *praestrinxit oculos sol;* سُحْدُودٌ *vehemens* cf. حدّ *acuit;* سَقْلَبَ *prostravit*, cf. قَلَبَ *invertit*, سِتْلِمٌ *infortunium* cf. لتم *percussit;* إِسْلَنْطَحَ *decidit in vultum* cf. لطح *impegit terrae;* سَلْعَفَ *deglutivit*, cf. أَلْعَفَ IV. *sanguinem suxit leo*, سَمْلَجَ *leniter sorpsit*, cf. ملج *extremo ore suxit infans*. Quibus adde ሰረገላ: *currus* rad. רגל, አሰየዘዘ: *stupore afficere* rad. זוע, ሰንቀወ: *fidibus canere*, rad. ነቀወ: *sonare*. De Syrorum šaφ̇el vide §. 56.

Adnot. 2. Syrorum grammatici ipsi totum hoc derivationis schema non intellexerunt, itaque sine ulla ratione variam formarum seriem tanquam „varias conjugationes", seu ut ipsi melius dixerunt ܫܘܕ̈ܟܐ *propagationes = stirpes* proposuerunt. Quantis in tenebris sint versati facile intelleget is, qui Amiram audierit dicentem: „Quam obscure et confuse de his conjugationibus nostri grammatici tractent, vix credit, qui eos non pervolvit" (Gr. p. 256), et qui tum ea confert, quae Amirae nova lux videbantur. Scilicet hoc ordine Amira varias verborum classes tractat: Quinque distinguit classes, ܡܬ̈ܠܐ = وَزْنٌ (paradigmata), et in primam classem refert verba *quae unius sunt syllabae et in fine mota,* nempe ܚܙܐ et ܣܡ. In secundam recipit *verba unius syllabae, quae exeunt in consonam,* ut ܩܡ, ܕܡܟ, ܕܩܡ, ܩܛܠ, in tertiam classem recipit *verba bisyllabica, quae in prima syllaba habent a, pe̥ϑåhå, et quae exeunt in vocalem*, ergo ܓܠܐ, ܐܬܐ. Si vero *exeunt in consonam et in prima syllaba est a* efficiunt quartam classem, ut ܡܪܕ et ܐܬܟܪ. Denique quintam speciem efficiunt verba *bisyllabica, quae in initio*

non vocalem a habent, et exeunt in consonam h. e. ܐܟܡ et ܢܟܡ. Secundum hunc ordinem enumerat singula verba cum suis passivis, qua in re Sciadrensis fidelissime ut semper eum est secutus. Ejus ordo hic est 1) ܩܪܐ et ܚܒܒ, 2) ܐܣܐ, 3) ܝܗܒ, 4) ܙܘܝ, 5) ܩܛܠ, 6) ܢܣܒ, 7) ܢܟܣ, 8) ܦܨܠ, 9) ܐܟܠ, 10) ܐܡܪ. Abraham Ecchellensis simili modo verborum classes constituit vel eo procedens, ut ܩܪܕ et ܢܛܠܐ singulari paradigmate illustraverit. Josephus Acurensis denique quinque ܫܘܪ̈ܟܐ, quod التَّصَارِيف vertit, proponit hunc in modum: 1) ܩܘܡ, 2) ܩܡܐ, 3) ܢܚܡ, 4) ܩܪܒ, 5) ܢܟܣ.

V. Uti apud Hebraeos ita etiam apud Syros variarum stirpium nomina ab iis formis desumta sunt, quae in singulis stirpibus habet verbum ܦܥܠ. Systema stirpium in lingua aramaica, omissis iis quae rarius aut omnino non occurrunt, cum suis nominibus hoc est:

I. Peɜal	III. Paɜel	V. 'Aφɜel	VII. Šaφɜel
ܩܛܠ	ܩܛܠ	ܐܩܛܠ	ܫܩܛܠ
II. 'Eϑpeɜel	IV. 'Eϑpaɜal	VI. 'Eϑtaφɜal	VIII. 'Eštaφɜal
ܐܬܩܛܠ	ܐܬܩܛܠ	ܐܬܬܩܛܠ	ܐܫܬܩܛܠ

De significationis mutatione, quam in hisce stirpibus subeunt singulae radices, vide §. 56.

§. 55.

Vocalium mutationes flexionales.

Verborum flexio praeterquam quod accedentibus germinibus pronominalibus efficitur, ideoque mediis externis adhibitis exoritur, etiam per media interna producitur h. e. per mutationes vocalium. Itaque

I. in stirpe simplice media vocalis in Imperativo et Imperfecto alia est quam in Perfecto, nam si Perfectum utitur vocali *a*, hae formae plerumque monstrant *u*, sin vero Perf. habet *i* (*e*), harum formarum vocalis solet esse *a*, dum vocalis *u* in omnibus formis servatur. Tali modo variae formae stirpis simplicis functionalis §. 54. I. etiam in Imperf. et Imperat. cernuntur, itaque a ܦܩܕ, ܩܪܒ Imperat. et Imperf. sunt ܢܦܩܘܕ, ܢܩܪܘܒ, ܦܩܘܕ, ܩܪܘܒ, a ܠܒܫ, ܩܪܒ, ܢܠܒܫ, ܢܩܪܒ, ܠܒܫ, ܩܪܒ. Accuratiora quaere §. 59. II. 6.

II. Quae in lingua arabica universali modo, et passim apud Hebraeos adhibetur mutatio functionalis, qua Passiva exoriuntur conversis vocalibus activi in seriem *u*, *i*, *a*, qaṭala, quṭila, qâtala, qûṭila, ea apud Aramaeos emortua pauca tantum vestigia reliquit. Scilicet cum eae stirpes, quae ab initio reflexivae tantum fuerant, postea etiam passivorum vicibus functae sint §. 56., vetus illa linguae indoles effecit, ut per falsam aliquam analogiam similis vocalismi mutatio iterum restitueretur, qua passiva ab activis distingueretur. Itaque cum in ʼeϑpaʒal et ʼeϑtaφʒal ultima vocalis ex historica formae origine sit *u*, in stirpibus activis adhibita est vocalis *ĭ*, quae deinde abiit in *e*. Habes igitur מַלֵּל Dan. 6, 22. postea ܡܰܠܶܠ, חַכִּים, deinde ܡܚܰܟܶܡ. Tali modo pro *qaṭṭala*, *ʼaqṭala*, *šaqṭala* formae syriacae exortae sunt ܩܰܛܶܠ, ܐܰܩܛܶܠ, ܫܰܩܛܶܠ. Contraria mutatio vocalium denique locum habuit inter pe̥ʒal et ʼeϑpe̥ʒel, nam in pe̥ʒal, ubi vocalis *a* non poterat abire in *e*, quia de usu alterutrius vocalis pendebat vocis significatio §. 54. I., servata quidem est, tamen cum ad indicandum discrimen activi et passivi lingua varias vocales adhibere voluerit, passiva vocali *e* distinxit, quae activis destinata est in reliquis stirpibus. Transiit tali modo mutatio olim functionalis in meram flexionalem. — Haec aramaismi formatio, quae principium quidem universale commutationis servavit, vocalium usum tamen plane contrarium adhibet, Aramaei enim *i* (*e*) ponunt, ubi Arabes *a* et vice versa *a* ubi Arabes *i*, explicatur e legibus de accentu §. 38., secundum quas syllaba penultima acui solet. Jam si in *ʼáqṭala, táqṭala, qáṭṭala* amissa vocali finali summa vocis vi syllaba prima pronunciabatur, levior vocalis *i* (*e*) facile secundo loco exoriebatur *qáṭṭil* = *qáṭṭel*, *àqṭil* = *ʼáqṭal, táqṭil* = ʼéϑqe̥ṭel, dum vice versa in ʼeϑqáṭṭal, ʼeϑtáqṭal, ʼeštáqṭal, si media syllaba tonum ferebat, ultima graviori vocali utebatur, ut eo melius ponderi primae syllabae par esset. Tota vox ita est similis jugo staterae, cujus pars media totum gestat pondus, cum ab utroque latere aequa lance syllabae teneantur. — Simile quid accentus efficit in lingua hebraea, quae ultimam acuit syllabam, in syllabam penultimam, cum pro *haqṭil*, *hāqim* in perf. dicatur *hiqṭil*, *heqím*, scilicet gravissima vocalis *a*, ut syllaba ante tonum posita levior reddatur, cum *i, e* est commutata. Eandemque legem in ultima syllaba habes, si praecedens acuitur e. gr. *wayyómĕr* pro *wayyómar*, wayyáqĕm pro wayyaqēm. Cf. §. 59. Append. C. I.

Tali modo igitur mutatio flexionalis vocalium *a* et *i* (*e*) locum habet inter stirpes reflexivas, quae jam passivorum induerunt naturam et inter reliquas stirpes, quae activa sunt, et jam patet cur altera series sit:

	Peʒal	Paʒel	ʼAφʒel	Šaφʒel	
Act.	ܩܛܰܠ,	ܩܰܛܶܠ,	ܐܰܩܛܶܠ,	ܫܰܩܛܶܠ,	altera vero:
Pass.	ܐܶܬ݂ܩܛܶܠ,	ܐܶܬ݂ܩܰܛܰܠ,	ܐܶܬ݂ܬܰܩܛܰܠ,	ܐܶܫܬܰܩܛܰܠ.	
	ʼEϑpe̥ʒel	ʼEϑpaʒal	ʼEϑtaφʒal	ʼEštaφʒal.	

III. a) In formandis Imperfectis stirpes auctae vocalium mutationibus omnino non sunt obnoxiae, qua in re Aramaismus ab omnibus reliquis dialectis recedit, formae igitur sunt, ܢܩܰܛܶܠ, ܢܰܩܛܶܠ, ܢܫܰܩܛܶܠ; ܢܶܬ݂ܩܛܶܠ, ܢܶܬ݂ܩܰܛܰܠ, ܢܶܬ݂ܬܰܩܛܰܠ, ܢܶܫܬܰܩܛܰܠ, *ne̥qaṭṭel, naqṭel, ne̥šaqṭel; neϑqe̥ṭel, neϑqaṭṭal, neϑtaqṭal, neštaqṭal.* Apparet praefixa cum sola brevissima vocali *e̥*, quae ex antiquo *u* restitit §. 13. A. X. ad radicem accedere, si prima consona vocali ornata est (p*a*ʒel, šaφʒel); in reliquis stirpibus ab ܐ incipientibus vocalis, qua ܐ afficitur, servatur.

b) In Imperativis stirpes activae (praeter stirpem simplicem cf. supra I.) immutatae manent, nec locum habet mutatio flexionalis, in passivis vero certe apud Syros occidentales (Amira p. 339) vocalis ultima eliditur, ut forma brevior reddatur cf. §. 51. Itaque Imperat. paʒel est ܐܶܬ݂ܩܰܛܠ cum Me̥haggyånå éϑqaṭṭe̥l, Nestoriani autem vocalem servant éϑqaṭṭal. In éϑtaφʒal et éštaφʒal eodem modo vocalis ultima tollenda est, cujus loco Me̥haggyånå ponitur, itaque habes ܐܶܫܬܰܘܕܒ (cum ruk. ܒ݂). Hic quoque Nestoriani vocalem retinent, Rom. 12, 2 enim edit. Urmiensis praebet ܐܶܬ݂ܚܰܕܰܬ݂ܘ. Denique in éϑpe̥ʒel vocalis *e* est elisa et primitivum *a* primae radicalis servatum, cum ante duas consonas immediate sese excipientes sit positum, quarum consonarum priori hanc ob caussam Marhe̥ṭånå solet addi. Forma igitur est ܐܶܬ݂ܩܰܛܠ, quae cum Marhe̥ṭånå scripta etiam apud Nestorianos usu venit Urm. Col. 4, 2 ܐܶܬ݂ܐܰܡܢܘ ita ut hac in forma non sit inter occidentales et orientales Syros discrimen. De tota hac re cf. §. 18, II, III, ubi in paradigmate Perfecti ܐܶܣܬܟܶܠ, *ʼeste̥χel* legendum est pro ܐܶܣܬܟܰܠ, *èste̥χal.*

c) De participiis stirpium auctarum, licet proprie ad nomina pertineant, hoc loco monendum videtur, mediae radicalis vocalem in activis esse *e*, in passivis *a*, quod tamen nonnisi in statu

absoluto mscl. et in statu determinato fem. singl. et ante suffixa a consona incipientia cernitur, cum reliquis in formis brevis vocalis in syllaba aperta posita sit corripienda §. 13. A. X. Jam cum participia praefixo *m* utantur, quod cum eadem vocali adhibetur, quae in Imperf. apparet (cf. supra *a*), formae activorum hae sunt:

Paɜel	ʼAφɜel	Šaφɜel	
ܡܩܰܛܶܠ	ܡܰܩܛܶܠ	ܡܫܰܩܛܶܠ	formae vero passivorum:
ܡܩܰܛܰܠ	ܡܰܩܛܰܠ	ܡܫܰܩܛܰܠ	

In stirpibus proprie reflexivis vocalis Perfecti retinetur itaque oriuntur:

ʼEϑpe̥ɜel	ʼEϑpaɜal	ʼEϑtaqtal	ʼEštaφɜal
ܡܶܬܩܛܶܠ	ܡܶܬܩܰܛܰܠ	ܡܶܬܬܰܩܛܰܠ	ܡܶܫܬܰܩܛܰܠ

Formae stirpis simplicis sunt ܩܳܛܶܠ act., ܩܛܺܝܠ pass.

d) Nomina actionis (infinitivi) mediam radicalem vocali *å* afficiunt, ut Arabes اِقْتِبَالٌ, إِقْبَالٌ, praeterea etiam praefixum *me̥* addunt, cujus ope nomina instrumenti, loci etc. formantur. Denique terminationem abstractorum adnectunt *ûϑå* in statu absoluto *û* ita ut in stirpibus auctis hi sint infinitivi:

Paɜel	ʼAφɜel	Šaφɜel	ʼEϑpe̥ɜel	ʼEϑpaɜal	ʼEϑtaφɜal	ʼEštaφɜal.
ܡܩܰܛܳܠܽܘ	ܡܰܩܛܳܠܽܘ	ܡܫܰܩܛܳܠܽܘ	ܡܶܬܩܛܳܠܽܘ	ܡܶܬܩܰܛܳܠܽܘ	ܡܶܬܬܰܩܛܳܠܽܘ	ܡܶܫܬܰܩܛܳܠܽܘ.

Hae vero formae sunt aramaismi recentioris, qui mediis externis, praefixo et terminatione nominali formam accuratius definire nisus est, in antiquiore aramaismo, nec praefixum *me̥* nec terminatio necessario adhibebatur, hae enim sunt formae, arabicis consimiles:

Paɜel	ʼAφɜel	Šaφɜel	ʼIϑpe̥ɜel	ʼIϑpaɜal	ʼIϑtaφɜal	ʼIštaφɜal
קַטָּלָא	אַקְטָלָא	שַׁקְטָלָא	אִתְקְטָלָא	אִתְקַטָּלָא	אִתַּקְטָלָא	אִשְׁתַּקְטָלָא

quibus tamen omnibus etiam מ praefigi potest מְקַטָּלָא, מַקְטָלָא, מִתְקַטָּלָא etc. Apparet formas syriacas ex his ultimis addita terminatione femininorum abstractorum processisse, ideoque longe esse recentiores. Cf. §. 59. Appendix A. III. Infinitivus stirpis simplicis praefixo *me̥* adjecto est ܡܶܩܛܰܠ, מִקְטַל.

Adnot. Cum hucusque de flexione verborum leges universales proposuerimus, quae per totum aramaismum valent, singulas dialectos mandaeam, samaritanam, judaicam pertractare non potuimus, quarum proprietates capite quinto, in quo singulae verborum

classes (conjugationes §. 53. Adnot.) recensebuntur, describendae videntur. Lingua vero neosyriaca, quae flexionem verborum prorsus fere perdidit, cum hunc defectum modo peculiari compensaverit, appendice ad quintum caput adjecta seorsim est describenda.

§. 56.

De significatione stirpium derivatarum.

I. Posteaquam hucusque leges universales de verborum flexione et de formatione stirpium propositae sunt, restat ut fusius agamus de significatione singularum stirpium, quarum conspectum tabula §. 54. II. exhibuit. Tabula quidem originem formarum genealogicam proponit, at cum hoc loco non de origine agendum sit, sed de usu et significatione stirpium, ita conjungendae sunt variae formae, uti nexus significationum postulat. Itaque agimus de stirpibus radicis simplicis §. 54. II.

A. De Pe̥ʒal, ʼEϑpe̥ʒel, Taφʒel.

Pe̥ʒal pro vocalis secundae radicalis vicissitudine aeque transitiva atque intransitiva designare §. 54. I. monuimus. Forma ejus passiva est ʼeϑpe̥ʒel. Itaque si ܐܫܕ est *effudit*, ʼeϑpe̥ʒel ܐܬܐܫܕ significat *effusus est;* sic porro ܟܬܒ *scripsit*, ܐܬܟܬܒ *scriptum est;* ܣܡ *posuit*, ܐܬܬܣܝܡ *positus est;* ܫܪܐ *absolvit*, ܐܫܬܪܝ *absolutus est;* ܐܡܪ *dixit*, ܐܬܐܡܪ *dictum est.* De intransitivis ut ܢܚ *quievit* derivatum ʼEϑp. significat statum radice descriptum habere, nancisci, seu *sibi* procurare, notio formae igitur cum reflexivo (graeco medio) cognata est. Itaque ܐܬܢܝܚ est *quietem nactus est* Ass. B. O. III., II. 126. Ita ab ܐܒܠ *lugere*, ܐܬܐܒܠ *luctum habere*, eo affectum esse; ab ܐܫܪ *firmum esse*, ܐܬܐܫܪ *firmitatem habere, perseverare;* ab ܐܢܚ *suspiravit*, ܐܬܐܢܚ *suspirando affectum esse* = suspirare; ܐܬܩܪܒ *accessit*, (*sese*) *appropinquare* a ܩܪܒ propinquum esse, *appropinquare.* Saepe discrimen levissimum esse inter ʼeϑpe̥ʒel et pe̥ʒal intransitivorum ex dictis intellegitur. — Alia forma stirpis reflexivae simplicis est taφʒel, uti in ܬܘܚܪ *distulit*, rad. ܐܚܪ; ܬܠܡܕ *instituit*, rad. ܠܡܕ et ܬܪܓܡ *interpretatus est.* Ex hac stirpe radix novi verbi processit ܬܟܣ *objurgavit* a rad. ܟܣܣ *redarguit*, et tali modo fortasse alia.

Denique taφ3el radicis رشو cujus IV. est *jussit lactere pullum*, *V. leniter*, *benigne tractavit* videtur ܬܰܪܣܺܝ *aluit*, cum non pa3li radicis ܬܪܣ, quae non invenitur, possit esse.

B. De Pa3el et 'Eϑpa3al eorumque similibus.

1) Stirpis pa3el vis primitiva est *intensiva*, id quod ratione symbolica per geminationem mediae radicalis indicatur. Itaque pa3el a pe̥3al interdum solo colore notionis diversum est, et cum radix in stirpe pe̥3al significatione aliqua, praecipue *transitiva*, utatur, haec significatio in pa3el retinetur ejusdem vi tamen aucta. Ex.: ܣܕܰܩ *fidit*, ܣܰܕܶܩ *discidit;* ܫܠܶܛ *potestatem habuit*, ܫܰܠܶܛ *potestatem exercuit;* ܟܐܶܒ *afflixit*, ܟܰܐܶܒ id.; ܢܫܰܩ *osculatus est* semel, ܢܰܫܶܩ saepius; ܣܒܰܪ *opinatus est*, ܣܰܒܰܪ *firmiter opinatus est*, i. e. *speravit;* ܪܚܶܡ *amavit*, ܪܰܚܶܡ *amorem adhibuit*, *misertus est;* ܐܶܬܳܐ et ܐܰܬܺܝ *advenit;* ܒܥܳܐ *petiit*, ܒܰܥܺܝ *diligenter inquisivit;* ܦܣܰܩ *abscidit*, ܦܰܣܶܩ *membratim concidit* (de dichotomia), al. — Deinde e notione intensiva stirpis pa3el procedit *notio producendi et in statum, quem radix indicat, redigendi*, praecipue in *intransitivis*. Ex.: ܩܳܡ *stetit*, ܩܰܝܶܡ *in statum standi redegit*, i. e. *statuit*, *crexit*, *stabilivit;* ܝܩܶܕ *arsit*, ܝܰܩܶܕ *ardentem reddidit* = *inflammavit;* ܛܫܳܐ *latuit*, ܛܰܫܺܝ *in statum latendi redegit*, i. e. *occultavit;* ܒܣܶܡ *hilaris fuit*, ܒܰܣܶܡ *hilarem reddidit;* ܒܛܶܠ *vacavit*, ܒܰܛܶܠ *in statum vacandi redegit* i. e. *cessare fecit rem*, *irritam fecit;* ܕܓܶܠ *vanum*, *frustraneum fuit*, ܕܰܓܶܠ *vana produxit*, *protulit*, i. e. *mentitus est*, al. Hinc etiam notio *declarandi* et *censendi* in pa3elicis formis invenitur ut, ܙܰܕܶܩ *justum declaravit* a ܙܕܶܩ *justus fuit*.

Hisce in vocibus notionem stirpis pa3el saepe caussativam videri et prope ad vim formae áφ3el accedere, nemo est quin videat, nec tamen vis formae pa3el proprie caussativa admittenda est, nam etsi ܩܰܝܶܡ est *statuit* et ܐܰܩܺܝܡ *crexit*, notio tamen, licet consimilis, est diversa. Nam ܩܰܝܶܡ proprie est rem *redigere in statum* radice ܩܘܡ indicatum, ܐܰܩܺܝܡ vero *efficere* ut *status* radice ܩܘܡ indicatus *locum habeat;* eodem modo est ܩܰܪܶܒ *in statum propinqui redigere* h. e. adducere, ܐܰܩܪܶܒ vero efficere ut *status* radicis ܩܪܶܒ, propinquum esse, *exoriatur*, h. e. manus conserere, pugnare, et ܐܰܬܺܝ (sese) *in statum veniendi redigere* = venire, contra ܐܰܝܬܺܝ efficere ut actio veniendi locum habeat = adducere. —

Denique cum paʒel significet in statum redigere, etiam denominalibus formandis inservit, itaque ab ܐܒܐ *pater* fit ܐܒܝ[1]) in statum patris redegit, *patrem reddidit* et passive ܐܬܐܒܝ *patrem fieri;* ab ܐܠܗܐ *deus*, ܐܠܗ *deificavit* pass. ܐܬܐܠܗ *deificatus est*, a ܟܗܢܐ *sacerdos*, ܟܗܢ *sacerdotio fungi*, ministrari, ܐܗܠ *tentoria fixit*, *habitavit* ab אהל Ephr. Carm. Nis. ed. Bickell p. 112, 55.[2]), ܪܡܫ *advesperavit*, ܨܦܪ *incepit tempus matutinum*, ܢܓܗ *illucescit*, ܒܬܠ *devirginavit*, ܐܬܦܘܡ *ore praeditum esse*, ܐܬܬܟܐܦ *lapidem fieri* a ܟܐܦܐ *lapis*, cum duplici ܬ, quo compensetur elisum ܐ radicale. Quibus accedunt ܐܬܒܣܪ *caro factus est*, ܐܬܓܫܡ *corpore indutus est* al. Interdum radix in his denominativis mutatur ut juxta ܐܬܐܒܝ invenitur ܐܬܐܒ, juxta ܐܬܐܚܝ, ܐܬܐܚ quocum convenit ܐܬܒܪ *filium fieri.*

2) ʼEϑpaʒal reflexivum et passivum formae paʒel est. Itaque primum in vocibus, quarum paʒel nihil est nisi peʒal vi notionis auctum cum ʼeϑpeʒel fere convenit, majoris tamen est ponderis. Ex.: ܐܬܥܝܩ *maerore affectus fuit* et ܐܬܥܝܩ; ܐܬܥܨܝ *opprimi* et ܐܬܥܨܝ. — Cum in intransitivis forma ʼeϑpeʒel levem tantum mutationem stirpis peʒal efficiat, cf. I., etiam ʼeϑpaʒal saepe cum peʒal nobis quidem convenire videtur, discrimen tamen in sensu stirpis ʼeϑpaʒal reflexivo et intensivo positum est. Ex.: ܩܪܒ *appropinquare*, ܩܪܒ *adducere*, ܐܬܩܪܒ *sese adducere = s'approcher = appropinquare;* ܢܟܦ *erubuit, verecundatus est*, ܐܬܢܟܦ id. ܢܟܦ *verecunde egit*, ܐܬܢܟܦ *verecundum se praestitit = verecundatus est.* Praeterea ܐܬܒܩܝ *consideravit* et ܒܩܐ *exploravit* ܐܬܚܫܒ et ܚܫܒ *cogitavit*, ܐܬܥܡܪ et ܥܡܪ *habitavit*, ܐܬܚܣܡ et ܚܣܡ *aemulatus est.* E sensu reflexivo, qui haud rarus est, cf. ܐܬܛܫܝ *se abscondidit*, ܐܬܥܕܪ *sibi tanquam auxilium assumere* Ass. B. O. I. 143, ܐܬܟܠܠ *excusavit se*, ܐܬܛܝܒ *paravit se* (BH. Chron. 92, 480, 287, 318) ܐܬܢܩܦ *adjunxit se*, ib. 345, ܐܬܕܪܫ *exercuit se* ib. 493, ܐܬܚܡܨ *munivit se* ib. 538, ܐܬܟܦܦ *incurvavit se* ib. 223, ܐܬܡܟܟ *subjecit se*, denique significationis affectiones procedunt, quas nos per verba *activa*, et aliae, quas per *passiva* designamus. Ex.: ܐܣܬܟܠ *intellexit*, proprie *sibi figu-*

---

1) Hujus vocis ܗ pro radicali ܘ tertiam efficit consonam, cum ܘ apocopatum sit et tertia radicalis desideretur. Mutatio eadem radicalis ܘ in ܗ secundarium exstat in ܒܗܬ = בוש, ܪܗܛ = רוץ.

2) Denominativa hujus stirpis etiam Hebraismus praebet שֵׁרֵשׁ, סִקֵּל, עִפֵּר, quibus simile est ܒܬܠ *devirginavit* sensu privativo.

ram seu schema rei proposuit, cf. شَكْلٌ figura[1]), cujus activum ܣܰܟܶܠ *docere* proprie est *figura rei occupatum esse;* ܐܶܣܬܰܟܰܠ *intellexit,* proprie *sibi discrimen rei proponere* cf. بيّن segregavit, explicuit; ܐܶܬܟܰܬܰܫ *pugnavit*; ab altera vero parte ܐܶܬܢܰܩܰܦ *conjunctus est* proprie *ad familiaritatem redactus est,* ܐܶܬܒܰܣܰܡ *delectatus est,* ܐܶܬܝܰܠܰܦ *edoctus est,* ܐܶܫܬܰܦܰܦ *accensus est,* a ܫܰܦ *exarsit,* ܐܶܬܒܰܕܰܪ *dispersus est* etc. Patet talia verba cum accusativo posse conjungi ut ܐܶܣܬܰܟܠܶܗ *intellexit id.*

In verbis denominalibus ʼeϑpaʒal ad formanda passiva adhibetur, itaque habes ܐܶܬܒܰܣܰܪ *incarnatus est* et reliqua supra allata.

3) Cum forma paʒel ex §. 25. II. conjungenda est stirps parʒel, quae geminatione per ܪ compensata est exorta. Ex.: ܟܰܪܟܶܟ *volvit*, ܟܰܪܒܶܟ *implicuit*, ܥܰܪܩܶܠ *supplantavit* (cf. عَقَّلَ constrinxit camelo partem tarsi ad armum anteriorem), ܐܶܬܓܰܪܕܰܡ *resectus fuit*, rad. ܓܕܡ amputavit, ܥܰܪܛܶܠ cf. عَطَّلَ *denudavit*, ܣܰܪܦܶܩ *collaphizavit*, cf. صَفَّقَ complosit manus, III. obversum fuit alicui latus faciei, ܣܰܪܥܶܦ *germinavit*, cf. סָעִיף, سعفة ramus palmae. Denique ܦܰܪܓܶܠ *jussit, vetuit*, Ephr. I. 140. B.; 129 C. BH. Chron. 375, Ass. B. O. II. 328. tamen ex graeco παραγγέλλω fictum videtur, cum nec فجل et vix פִּגּוּל etymon aptum praebeant, etymon vero vocis ܡܦܰܪܓܰܠ *vinctus* B. H. Chron. 286, 353, Ephr. II. 387 et ܐܶܬܦܰܪܓܰܠ *vinctus, impeditus est* me fugit. Neque huc pertinet ܐܶܬܦܰܪܦܰܠ *delectari* Ass. B. O. III. II. 119. Cf. §. 59. Appendix B. VII.

Adnot. Arabice pro *r* etiam *n* adhiberi monstrat أَلَنْدَدٌ sive يَلَنْدَدٌ *vir rixans* a لدّ sive لادد litigatus est, Ṭarafa Moʒall. vs. 89.

4) Stirps longa vocali aucta qâtala[2]) apud Syros non invenitur, eidem vero similes sunt formae, quae in prima syllaba habent *au* et *ai*, quarum etiam in lingua arabica haud parvus est numerus, ut صَيْقَلٌ politor gladii rad. صقل, حَوْقَلَ annosus fuit etc. cf. de Sacy gr. ar. I. p. 126.

---

1) De ܫ et ش vide §. 24. III. 4.

2) Cujus de significatione dicit de Sacy gr. ar. I. p. 133: La troisième forme a ordinairement la même signification que la première, avec cette différence néanmoins, qu'elle rend transitif le verbe relatif qui était intransitif. Talem vero hujus formae vim in exemplis syriacis non invenimus, quae nihil monstrant nisi vim stirpis simplicis auctam.

Itaque exempla formae paiʒel sunt ܥܰܘܶܠ *perperam egit*, rad. بدل commutavit; ܣܰܝܒܰܪ *toleravit, sustinuit,* quod cum ܣܒܰܪ *confisus est* cohaeret, pass. ܐܶܣܬܰܝܒܰܪ, ܐܶܬܓܰܝܽܘܪ juxta ܐܶܬܓܰܝܰܪ *proselytus* גֵּר *factus est.* Quod Hoffmannus apposuit ܚܰܝܶܫ *acceleravit* alibi non legi.

Forma pauʒel cernitur in ܓܰܘܙܶܠ *incendit,* pass. ܐܶܬܓܰܘܙܰܠ, ܥܰܘܩܶܡ *torsit* cf. عقد, ܐܶܬܥܰܘܩܰܡ *torsit se, anxius fuit, operam dedit* B. H. Chron. 570, 608, Ass. B. O. III. II. 118, ܣܰܘܒܶܠ *portavit, sustulit,* ܐܶܬܪܰܘܦܰܦ *mollis fuit,* ܓܰܘܪܶܪ, ܐܶܬܓܰܘܪܰܪ *ruminavit,* ܐܶܬܩܰܘܪܰܪ et ܐܶܬܩܰܘܪ *frigefactus est,* ܐܶܬܒܰܘܕܰܪ = بدد (*dispersus fuit?*) B. B. apud Cast. Mich., ܫܰܘܬܶܦ *communicavit,* cf. שְׁתַף. Diphthongum *au* ex *â* in hac forma processisse eam ob caussam a veri specie non abesse opinor, quod etiam ex *ʼa*, *ʼâ* potest procedere §. 37. I. 4. Denique ex diphthongo *au* syllaba *am* exorta est, quod cernitur e. c. in aramaismo judaico, ubi שַׁמְדַּע idem est quod ܫܰܘܕܰܥ, unde deinde derivatur אִשְׁתְּמוֹדַע *notus fuit* Ruth 2, 1. cum majore vocis impetu labialis *w* (*u*) in *m* sit mutata, itaque processit forma pamʒel (ar. قَمْطَرَ) cujus haec sunt exempla: ܚܰܡܣܶܢ *perstitit,* rad. ܚܣܶܢ (= خشن *durus fuit*) *valuit;* ܐܶܬܚܰܡܣܰܪ *pudore affectus est, erubuit,* rad. ܚܣܰܪ *ignominia affecit.*

C. De ʼaφʒel, šaφʒel et ʼeϑtaφʒal, ʼeštaφʒal.

1) Harum formarum vis est caussativa aeque in intransitivis atque in transitivis, itaque si ܝܺܕܰܥ est *scire,* ܥܒܰܪ *transire,* ʼaφʒel ܐܰܘܕܰܥ significat *efficere, ut aliquis sciat = indicare,* ܐܰܥܒܰܪ *efficere, ut aliquis transeat = traducere.* Ita a ܒܙܰܙ *diripuit* est ܐܰܒܶܙ *diripere fecit,* ܕܳܫ *conculcavit,* ܐܰܕܺܝܫ *conculcare fecit.* Ex hac vi caussativa deinde procedit usus, quo ʼaφʒel sensu *jubendi* usurpatur, ut ܐܰܪܟܶܒ B. H. Chr. 281 *conscendere jussit equum,* ܐܰܥܪܶܩ *fugere jussit* ib. 287, ܐܰܫܪܺܝ *castra ponere jussit* ib. 486. ܐܰܘܡܺܝ *jurare fecit* cf. הִשְׁבִּיעַ ib. 220. Deinde quoque notio *concedendi* et *permittendi* inde proficiscitur, ut ܐܰܚܺܝ *vitam concessit* ib. 221, ܐܰܦܶܩ *exire sivit,* ib. 168. al.

In transitivis notio caussativa haud raro omnino oblitterari videtur, cujus rei caussa vero non in lingua syriaca ipsa est posita, verum in nostra consuetudine tales voces solvendi et vertendi. Ita si ܐܰܪܚܶܩ aeque vertendum est *removit* ac *recessit,* accuratius haec vox solvitur *interstitium efficere,* qua in re intellegitur interstitium efficere inter rem et rem esse *removere rem a re,* ab altera vero parte *interstitium efficere inter rem et se ipsum* esse *recedere a re,*

sive absolute positum *recedere*. Ex.: ܡܶܢ ܒܰܓܕܳܕ ܐܰܦܶܩ ܐܶܢܽܘܢ *Baγdado removit, depulit eos* etc., ܡܰܠܟ ܡܰܠܟܶܐ ܐܰܦܶܩ *rex regum evasit* Kirsch. Bernst. Chrest. p. 124, 130. Simile est ܐܰܫܩܶܠ *tollere fecit* scil. alios impedimenta itineris = *abire fecit*, deinde tollere fecit se ipsum impedimenta = *abiit.* Eodemque modo ܐܰܡܚܶܠ infirmitatem effecit in alio, est eum *debilitavit*, eandem vero producere in se, est *debilem esse,* ita etiam ܐܰܥܠܶܓ *mutum reddidit* et *obmutuit.* Patet utriusque significationis discrimen positum esse in vario objecto neque in variata vi formae ʾaφʒel. Cf. hebr. הגדיל *superbum esse,* השחית *perverse agere* al. quae proprie sunt superbiam perversitatem in se producere.

Sicuti vero hîc vis caussativa ubique in formis ʾaφʒelicis inest, ita etiam in iis verbis invenitur, quae ut hebraeum הִקְרִין הִשְׁמִין *pinguedinem, cornua producere*[1]) non ab ipsa radice sed potius a nominibus derivanda sunt. Ita ܐܰܦܪܰܥ *germinare, pullulare* non ad ܦܪܰܥ immediate referendum est sed ad ܦܶܪܥܳܐ *germen,* ita ܐܰܬܠܶܓ *ningit*, nives *cadunt*, pertinet ad ܬܰܠܓܳܐ *nix,* ܐܰܦܨܰܚ *pascha celebravit* ad ܦܶܨܚܳܐ, et sic ܐܰܚܘܰܪ *albuit,* ܐܰܣܡܶܩ *rubuit,* ܐܽܘܟܶܡ *nigrefecit* ad ܚܶܘܳܪܳܐ, ܣܽܘܡܳܩܳܐ, ܐܽܘܟܳܡܳܐ, nempe significant, adspectum album, rubrum, nigrum produxit. Hoc colorem producendi attributum aeque ei tribui potest, qui res colore tingit, ac tum haec verba transitiva nobis videntur, ac rei ipsi, quae oculis adspectum album producit. Cf. hebr. הִלְבִּין, הֶאְדִּים. Alia exempla ejusmodi sunt ܐܰܓܪܰܒ *lepra laboravit,* proprie maculas leprosas produxit; ܐܰܘܙܶܦ *mutuum dedit,* proprie id quod quaeritur ܙܶܐܦܳܐ = mutuum praestitit, eodemque modo tractanda sunt ܐܰܢܗܰܪ *illuxit* = produxit ܢܽܘܗܪܳܐ lucem[2]), ܐܰܚܫܶܟ *obtenebravit* = produxit ܚܶܫܽܘܟܳܐ, ܐܰܒܗܶܬ *erubuit, puduit* = produxit ܒܶܗܬܬܳܐ; ܐܰܚܪܡܶܗ *anathematizavit eum* = fecit eum ܚܶܪܡܳܐ, anathema esse, ܐܰܓܶܢ *decubuit* proprie latus ܓܶܢܒܳܐ deposuit. — Interdum etiam formae ʾaφʒelicae ad notiones nominales referendae sunt, quae in lingua nobis quidem nota non apparent ut ܐܰܫܢܺܝ *recessit* BH. Chr. 273, ܐܰܘܚܰܪ *tardavit,* ܐܰܦܠܶܛ *liberatus est, evasit,* ib. 145, 186.

2) Quae de notione caussativa stirpis ʾaφʒel sunt dicta, ea etiam ad šaφʒel pertinent. Ceterum memoria dignum est addere,

1) Cf. graece φύειν ὀδόντας, τρίχας, ἀλοιφήν.

2) Cf. arabice أَصْبَحَ ٱلصَّبَاحُ illucescit, scilicet producit صباح, et germanicum *es tagt,* gallice *il fait beau temps.*

formam šaφ'el si ܫܥܒܠ et ܫܥܒܒ, et mandaicum משארגנואנא *furens,* exceperis, in quo tamen ר est gutturale, non inveniri nisi a radicibus quae incipiunt ab ܐ et ܘ aut quae continent gutturalem. Itaque habes ܫܘܕܝ rad. ܝܕܐ, ܫܘܕܥ rad. ܝܕܥ, ܫܘܫܡ rad. ܐܫܡ, ܫܘܬܦ rad. ܬܘܦ, ܫܘܫܪ rad. ܐܫܪ, ܫܘܫܛ *ordinavit* rad. ܘܣܛ, proprie in fortasse etiam medium ponere, ܐܫܬܘܕܝ *ausus est*, sed apud Curet. Anc. Doc. p. ܠ *convenire*, deinde ܫܒܗܪ, ܫܚܠܦ, ܫܠܗܒ, ܫܥܒܕ, ܫܘܟܡ *nigrum esse,* rad. ܘܟܡ, ܫܪܓܠ *labefecit*, ܫܪܒܝ *auxit*, ܐܫܬܕܪܡ *pavit.* Quae res e studio linguae videtur explicanda, quo vocibus sonum duriorem tribuere volebat.

3) Arctissima necessitate cum šaφ'el connectitur saφ'el §. 54. III. Adnot. cujus tamen rara tantum sunt exempla, uti ܣܪܗܒ *festinavit* cf. ܐܪܗܒ a ܪܗܒ turbatus est, et in 'estaφ'al ܐܣܬܢܓܕ *flagellatus est*, ܐܣܬܘܦܠ *occurrit*, *praesens fuit*, *accidit* Ephr. I. 221. Ass. B. O. I. 186. Vox ܣܠܓܣ vero a graeco συλλογίζειν est desumpta.

4) Harum formarum reflexiva et passiva sunt 'eϑtaφ'al, 'eštaφ'al, 'estaφ'al, itaque habes a) 'eϑtaφ'al ܐܬܬܘܒܕ *perditus est* ab 'aφ'el ܐܘܒܕ *perdidit*, ab ܐܒܕ *periit*, ܐܬܬܘܟܡ *niger redditus est* ab ܐܘܟܡ, ܐܬܬܝܬܝ *adductus est* ab ܐܝܬܝ *adduxit*, ܐܬܬܒܙ *direptus est* ab ܐܒܙ *diripere fecit*, ܐܬܬܚܪܡ *anathema factus*, *declaratus est*, ܐܬܬܫܠܡ *traditus est*, ܐܬܬܚܫܟ *tenebris obrutus est* Mrc. 13, 24 Philx., ܐܬܬܘܣܦ *additus est*, ܐܬܬܦܩ Ass. B. O. III. II. 124 *in sumptus erogatus est* ab ܐܦܩ *impendit* rad. ܢܦܩ. — Apparet significationem formae hujus saepissime quam proxime accedere ad pe'al intransitivorum, eo tamen discrimine, quod per 'eϑtaφ'al exprimitur, in quam conditionem res sit redacta, dum per pe'al indicatur, quanam in conditione sit. Ita quidem ܐܟܡ est *nigrum esse*, et ܐܬܬܘܟܡ est *nigrum redditum esse*, ܐܒܕ *periit*, ܐܬܬܘܒܕ *perditus est*, tale vero discrimen nobis saepe minutissimum immo nullum videtur. b) 'eštaφ'al ܐܫܬܪܓܠ *erravit* Ass. B. O. II. 73. proprie *in conditionem labendi deductus est* a ܫܪܓܠ *labi fecit*, ܐܫܬܚܠܦ *mutatus est*, ܐܫܬܘܙܒ *servatus est.* Significationis reflexivae exempla sint ܐܫܬܥܒܕ *se subjecit* B. H. Chron. 102, 145, ܐܫܬܒܗܪ *gloriatus est.* Propter hanc cum pe'al vicissitudinem denique fit, ut tales formae reflexivae sensu transitivo usurpentur et cum accusativo conjungantur, ut ܐܫܬܘܕܥܗ *intellexit illud.*

II. Secundo loco agendum est de stirpibus radicis auctae per geminationem aut per additum ܝ, cujus formae sunt, A. pa'lel,

B. peʿalʿal, C. paʿli. §. 54. II. B. Hae quoque stirpes notam reflexivi ܐܬ sibi adsciscunt, itaque habes

A. Paʿlel et ʾeϑpaʿlal. Exempla: ܥܰܒܕܶܕ *factitavit, in servitutem redegit* B. H. Chron. 552, ܐܶܬܚܰܡܪܰܪ *efferatus est*, cf. ܚܰܡܪܳܪܳܐ *ferus,* ܦܰܪܕܶܕ *comminuit*, ܦܰܪܕܶܕ *separavit* cf. فرد ܐܶܬܡܰܫܠܰܠ *piger factus est* Eus. Theoph. III. 6, ܐܶܬܗܰܘܢܶܢ *mentem recuperavit* cf. ܗܰܘܢܳܐ; עַרְבֵּיב *commiscuit* trg. Jonath. Gen. 11, 9.

B. Peʿalʿel et ʾeϑpeʿalʿal uti ܐܶܬܚܰܠܡܰܠܡ *somniavit*, ܐܶܬܦܰܪܦܰܪ *imaginatus est*, ܐܶܬܦܰܠܦܰܠ = التقسيم *distributus est*, ܐܶܬܕܰܡܕܰܡ = تمثل *sibi similitudinem facere, assimilavit*, ܐܶܬܚܰܙܚܰܙ = انتظر *cernitur*, ܐܶܬܡܰܢܡܰܢ = انعدّ *numeratur*, ܐܶܬܛܰܠܛܰܠ = تَصَبَّى *juvenilis fuit*[1]), ܐܶܬܣܰܢܣܰܢ = انبغض *exosus fuit*, ܐܶܬܬܰܠܬܰܠ = تعلّق *suspensus fuit*, ܐܶܬܙܰܠܙܰܠ = زاغ *inclinatus fuit*, ܐܶܬܛܰܠܛܰܠ = ثلب et ܐܶܬܛܰܠܛܰܠ *vituperatus est* BH. Chr. 468, Hahn-Sieffert Chrest. 16, 25, ܐܶܬܡܰܪܡܰܪ = اختلط *commistus est*, ܐܶܬܓܰܠܓܰܠ = انعلن *divulgatus est*.

Praecipuus hujus formae usus est in radicibus concavis et in iis quarum ultima est geminata, quae stirpem paʿel plerumque non producunt sed ejus loco formam peʿalʿal, in qua tamen media radicalis ܘ et ܝ elidi solet §. 37. III. 7. Itaque habes ܪܰܡܪܶܡ *exaltavit*, rad. ܪܘܡ, ܙܰܥܙܰܥ *commovit*, pass. ܐܙܕܥܙܥ Curet. Spicil. p. ܝ, ܥܰܕܥܶܕ *diem festum egit*, ܐܶܬܒܰܗܒܰܗ *stupidus factus est*, ܩܰܢܩܶܢ *cecinit* cf. קִינָה a radicibus med. ܘ, ܝ. Exempla radicum geminatarum sunt: ܣܰܡܣܶܡ *mederi* Ass. B. O. III. II. 118, ܓܰܪܓܰܪ *traxit*, ܒܰܠܒܶܠ *confudit*, ܓܰܫܓܶܫ *incitavit*, ܥܰܬܥܶܬ *ditavit*, ܛܰܠܛܶܠ *inquinavit*, ܡܰܪܡܰܪ *amarificavit*, ܒܰܙܒܶܙ *diripuit*, ܣܰܟܣܶܟ *obstruxit*, ܬܰܢܬܶܢ *fumigavit*, ܐܶܬܢܰܕܢܰܕ *abominatus est*, *commotus est*, ܒܰܕܒܶܕ *dispersit*, ܦܰܬܦܶܬ *comminuit*, ܓܰܚܓܶܚ *cachinnatus est*, ܓܰܫܓܶܫ *palpavit*, ܐܶܬܦܰܪܦܰܪ *confractus est*, ܦܰܚܦܶܚ *efflavit animam*, ܥܰܠܥܶܠ *procellam excitavit*, ܐܶܬܪܰܛܪܰܛ *murmuravit*, ܥܰܩܥܶܩ *torsit, pervertit*, ܓܰܡܓܶܡ *balbutivit*, ܓܰܡܓܶܡ, ܓܰܡܓܶܡ id. ܦܰܪܦܶܪ *comminuit*[2]).

---

1) Voces quibus verbum arabicum adscriptum est, ex Josepho Acur. p. ܟܘܠ sunt desumptae. Pro تصبي seu potius اتصبي, nam voces saepe in prima persona sunt explicatae, apud eum legitur tanquam verbi ܐܬܛܠܛܠ explicatio ܐܬܪܒܝ. Hic tamen arab. ى finale cum ن est commutatum deinde ܝ scriptum, nam تصبن cum ܐܬܛܠܛܠ non cohaeret, verum تصبي.

2) De forma ܦܰܘܪܶܦ et ܐܶܬܦܰܘܪܰܦ pro ܦܪܦܪ cujus ܦ diphthongum produxit cf. § 7. II. A. et §. 12. III. Adnot. 1.

Interdum fit, ut etiam voces in hac forma decurtentur, quarum media radicalis non est ܘ aut ܝ sicuti in ܐܫܬܘܨܝ *progenitus est*, finale âleφ est apocopatum, nam vocem cohaerere cum יָצָא et ضأ צֶאֱצָאִים in aprico est[1]). Huc pertinet etiam ܐܫܬܗܪܗܡ quod idem valere ac ܐܫܬܗܪܡ *membratim discindi* (עבד הרמין Dan. 2, 5.) Acurensis p. ܫܡܣܐ affirmat[2]). Inusitatae orthographiae exempla apud eundem sunt ܐܫܬܢܢܢ = غاير et ܐܫܬܢܢ Ass. B. O. II. 214 *zelo affectus fuit* et ܐܫܬܒܙܙ = انتهب *direptus est.* Denique etiam formae qaṭṭalṭal affert exempla ܐܫܬܡܠܡܠ = تملّا et تعلّا *perseveravit*, et ܐܙܕܡܢܡܢ = اتّهيّأ et انعدّ *paravit se*, cujus paɜel ܙܡܢ est *arcessivit* Ephr. I. 51 D. et ܐܙܕܡܢ *arcessitus est* ib. 52, C.

C. Quadrilittera formae paɜli denique non sunt rara, praeterea vero hujus incrementi ܝ usus non ad verba tantum restrictus est sed etiam in nominibus locum habet, ut in ܚܒܘܫܝܐ *carcer* a ܚܒܫ *vinxit.* Eandem derivationem in fem. arabicis حُبْلَى, كُبْرَى et in pluralibus formae فَعْلَى deprehendere mihi videor, ut alia taceam. Exempla hujus stirpis sunt: ܟܠܗܝ *terruit,* ܐܬܟܠܗܝ pass. ܓܠܗܝ μετοικίζω, pass. ܐܬܓܠܗܝ Ephr. II. 20. C. ܟܝܠܝ *mensuras examinavit,* ܡܬܚܝ *extendit,* ܚܡܪܝ *tabuit, defecit,* ܦܪܣܝ *nudavit, publicavit,* ܐܬܦܪܣܝ *celeber factus est,* ܐܬܟܠܗܝ *operam navavit,* ܚܠܦܝ *variavit* (?), ܪܓܘܓܝ *garrivit,* ܦܪܓܝ *delectavit,* ܐܡܚܘܨܝ *ausus est.* rad. ܡܚܕ *assilivit* (?), ܐܬܨܡܚܝ *flavus factus est,* אִתְחַמְסִי *deletus est.*

Verba secundaria, quae formam paɜli acceperunt, insequens paragraphus exhibebit.

Passivum 'eϑpaɜli vocalem *i* immutatam retinet, prout exempla allata monstrant, ita ut in sola hac stirpe mutatio vocalis §. 55. II. explicata locum non habeat. — In formandis personis, temporibus,

---

1) Praeterea haec vox monstrat interdum ar. ض syriace esse ܕ, cujus loco plerumque ܥ cernitur. Ita radix ضأ duplici forma in aramaismo invenitur, in hocce verbo et praeterea in ܛܠܐ §. 24. III. 6. Itaque commutatio inter ض et ܥ non est unica, quam vis ordinaria, sicuti vice versa etiam ص transit in ܥ.

2) Glossa haec est: ܐܫܬܗܪܗܡ ܐܫܬܗܪܡ ܒܨܥ ,ܫܡܣ, ubi vero ܒܨܥ = بضع intellegendum est.

numeris pa3li propter ܝ finale sequitur analogiam verborum tertiae ܝ, reliquae stirpes, quas modo enumeravimus vero, quod ex eorum vocalismo necessario exoritur cum pa3el, 'eϑpa3al, 'aφ3el et šaφ3el conveniunt.

§. 57.

Verba secundaria et plurilitteralia.

Quae hucusque enumeratae sunt verborum stirpes, eae omnes immediate de radice derivatae sunt, itaque sunt verba primitiva. At exstant praeterea verba, quae non immediate ex radice processerunt, verum ex aliis vocibus, quae certa sua utuntur forma, cujus incrementa (litterae serviles) deinde in novum verbum sunt recepta. Itaque intellegitur verba secundaria ea re dijudicari, quod additamenta continent, quae a vera radice sunt aliena, praeterea vero etiam e significatione eorum origo cognoscitur, uti e. gr. هاد Judaeum fieri, quod a يَهُود derivandum esse patet, in quo tamen nullum exstat incrementum radicis.

Haec verba secundaria stirpis pa3el et 'aφ3el formam accipere §. 56. B. I. C. 1. adnotavimus, quae formae pa3elicae et 'aφ3elicae, cum incrementum radicis non acceperint, sola notione vocis tanquam verba secundaria cognoscuntur. Eae vero formae, quae incremento utuntur, derivantur

1) a nominibus per praefixum ܡ derivatis. Ex.: ܐܬܡܫܥܠ B. H. Chron. 452 *agitari* a ܡܫܥܠܐ *procella, unda* rad. ܫܥܠ; ܡܣܟܢ *depauperavit*, pass. ܐܬܡܣܟܢ Cod. Soc. or. germ. 261 f. 40ᵃ a ܡܣܟܢܐ *pauper*, quae est vox peregrina, at jam antiquissimo tempore recepta Levit. 25, 39, BH. Chr. 166; convenit enim مِسْكِين, cujus س si vox vere aramaea esset, abiisset in ܫ, rad. سَكَن *pauper fuit;* ܡܕܥ *scientia* מַנְדַּע inf. ܡܡܕܥܘ BH. gr. metr. p. 16 et ܐܬܡܕܥ cognovit a ܡܕܥܐ *intellectus* rad. ܝܕܥ; ܐܬܡܥܩ *angusto pectore fuit* a ܡܥܩܐ *tristis*, rad. ܥܘܩ, ܡܥܝܕ *assuevit* a ܡܥܝܕܐ *assuetus*, rad. ܥܘܕ. — Vox ܡܚܝܪ a ܚܝܪ *debilitavit* Cast. Mich. p. 525 addubitanda est, cum hucusque vox ܡܚܝܪܐ, unde derivanda esset, non inventa sit.

2) A nominibus quae in fine affixum habent *a*) ܢ. Exempla: ܪܫܢ *princeps fuit* et ܐܬܪܫܢ *principatum exercuit* B. H. Chr. 540, Ass. B. O. II. 220. a ܪܫܢܐ *princeps* rad. ܪܐܫ. Bar Alius tamen non

ܐܬܪܐܫ praebet sed ܐܬܪܝܫ, eliso ܝ quod explicat رَأَسَ ٱلْقَوْمَ وَتَرَأَّسَ عَلَيْهِمْ; ܐܬܡܪܢ *dominus factus est*, cui subjacet vox inusitata ܡܪܢܐ a qua etiam adjectivum ܡܪܢܝܐ *dominicus*, *herilis* derivatur, rad. ܡܪܐ. Huc pertinet ܦܚܝ laqueum struxit rad. فَخّ, cujus ܝ ad formam ܦܚܬܐ, quae ceterum non exstat, nos reducit.

b) Terminatio feminini ܬ in verbum est recepta uti in ܐܬܚܡܬ Eus. Mart. of Pal. ed. Cureton p. 24 *ira incensus fuit* a ܚܡܬܐ *ira* rad. ܚܡܡ. Ex hoc denominativo deinde novum verbum in peꜥal et ’aφꜥel processit ܚܡܬ (?) et ܐܚܡܬ, quibus simile est הִתְחִיל, אַתְחֵיל *incepit*, a תְּחִלָּה initium derivandum, quod ipsum a הֵחֵל rad. חלל processit. Huc etiam referendum videtur ܐܬܦܪܬܝ *fructus apparuit*, quod a ܦܪܬ *disrupit* eam ob caussam non potest derivari, quod fructuum origo nihil habet, quo a *rumpendo* denominetur. Subjacet potius ܦܐܪܐ *fructus*, a quo fem. inusitatum ܦܐܪܬܐ basin verbi effecit, aucti deinde in formam quadrilitteralem paꜥli. Hic addenda videtur propter formam paꜥli vox ܐܬܚܪܬܝ *ultimus* fuit, quae ex šaφ. ܫܘܚܪ processit, in quo detrimentum consonae ܘ per additum in fine ܝ compensatum est.

c) Terminatio adjectivorum ܝ in verbum est recepta, quo facto non quidem externa forma, verum significatione a stirpe paꜥli distinguitur. Expl.: ܢܘܟܪܝ *alienavit* pass. ܐܬܢܘܟܪܝ a ܢܘܟܪܝܐ *alienus*, rad. نكر ignoravit[1]); ܬܚܬܝ *subjecit* a ܬܚܬܝܐ *inferior* rad. ܢܚܬ *descendit;* ܒܝܬܝ *familiaris fuit*, ܐܬܒܝܬܝ pass. a ܒܝܬܝܐ domesticus Ass. B. O. III. I. 149. 116, II. 287, BH. Chr. 434. rad. بات noctem egit; ܐܬܟܠܡܝܣ *evanuit* BH. Chr. 214 a ܟܠܡܝܐ, quod nondum invenimus, a quo tamen etiam ܟܠܡܝܘܬܐ processit.

d) Terminatio diminutivorum ܘܢ in verbum recipitur uti in ܐܬܓܒܪܘܢ *virum fieri*, quod redit ad ܓܒܪܘܢܐ diminutivum vocis ܓܒܪܐ vir. Similis forma est ܐܬܦܓܪܫ a ܦܓܪܐ *corporalem fieri*, cujus tamen šin explicare non possum.

e) Porro eo procedit lingua ut e vocibus compositis, originis formarum prorsus oblita, tanquam e radicibus simplicibus nova

---

1) Vocis origo aeque ut hebraei נָכְרִי referenda est ad نُكْر = נֵכָר *quod ignotum est,* unde per ܝ relationis procedit ܢܘܟܪܝܐ = נָכְרִי i. e. *is cui competit* نُكْر, *status ignoti essendi.* Ignotus vero est *alienus.*

verba fingat, qua in re voces, quae basin verborum efficiunt, quod etiam in praecedentia cadit, vario modo sunt mutilata. Talia verba sunt ܐܬܒܪܢܫ *homo factus est* a ܒܪܢܫܐ = ܒܪ ܐܢܫܐ *homo;* ܐܬܒܠܚܘܕ *solitarie vixit* a ܒܠܚܘܕ = ܚܘܕ + ܠ + ܒ *solum, in eo quod (pertinet) ad solitudinem;* ܕܠܩܘܒܠ Ass. B. O. III. I. 114. II. 417. B. H. Chron. 36 *adversatus est*, ܐܬܕܠܩܘܒܠ id. a vocibus ܕܠܩܘܒܠܐ = *qui obviam (it);* ܐܬܒܣܬܪ *retro gressus est*, a ܒܣܬܪ *retro*, proprie tergum versus. Vox tralata vocali ex ܒܣܬܪܐ deinde ܒܣܬܪ ut ܠܟܣܝ ex ܠܟܣܝܐ est exorta §. 35. II. c. et significat *in occulto*[1]). Itaque ܒܣܬܪܐܝܬ est ita ire, ut tergum appareat et ut facies in oppositam partem sit directa Gen. 9, 23. = אֲחֹרַנִּית. Insignis denique est vox ܫܬܐܣ a Bar Šinåyå allata, *fundamenta ponere* a ܫܬܐܣܬܐ.

f) Denique a nominibus graduum ecclesiasticorum et mundanorum iisque graecis nova verba derivantur, uti a ܦܛܪܝܪܟܐ *patriarcha* exoritur ܦܛܪܝܪܟ *patriarcham instituit* et ܐܬܦܛܪܝܪܟ pass. Praeterea ܐܬܐܦܣܩܦ *episcopum fieri*, ܩܬܠܝܩ *catholicum constituit*, ܩܬܪܣ *sede episcopali dejecit* Ass. B. O. II. 214, a καθαίρεσις, ܩܐܬܪܣܝܣ ib. 76, pass. ܐܬܩܬܪܣ ib. diss. de Monoph. p. 127. Quibus adde simili modo exorta: ܩܛܓܪ *accusavit*, a κατήγορος, ܐܬܩܘܒܪܢ *gubernatus est* a κυβερνήτης, ܛܟܣ *ordinavit* a τάξις, ܐܬܟܪܣܛܢ *christianum fieri* a χριστιανός. Denique a persico ديو fit ܐܬܕܝܘ *a daemone cruciari*, cui subjacet adjectivum ܕܝܘܢܐ *daemoniacus*[2]).

Nec tamen ab omnibus nominibus dignitatum talia verba derivari adnotat Sciadrensis cum dicat p. ܡܘ non formari a ܩܢܛܪܩܘܡܟܐ vocem ܐܬܩܢܛܪܩܘܡܟ neque a ܩܢܛܪܘܢܐ *centurio*, ܐܬܩܢܛܪ.

g) Verba secundaria a formis verborum auctis procedentia, quorum retinent incrementa, sunt ܐܟܣ *objurgavit*, a stirpe taφ͑el

1) Notio *occulti* etiam in phrasi latina *vulnera coeca* ad tergum transfertur; vulnera in tergo sunt coeca h. e. non possunt cerni. Ceterum ܒܣܬܪ compositum est ex ܣܬܪܐ et ܒ, vocalis deinde in praepositionem rejecta est ut in ܠܟܣܝ cf. §. 35. II. c.

2) Cum hoc derivationis genere conspirat usus Arabum, qui stirpe V. a nominibus propriis tribuum verba fingunt, quae indicant *pertinere ad hanc vel illam tribum.* Expl.: تَنَشَّبَ pertinere ad tribum نَاشِبٌ, تَعَبَّسَ pertinere ad عَبْسٌ, تَعَمَّرَا ad عَمْرٌو, تَقَيَّسَ ad قَيْسٌ. Cf. Noeldeke 'Urwa p. 314. Ita et تَمَسْلَمَ Moslimum esse.

rad. ܣܡܣ §. 56. I. A., et, quod mihi probabile videtur, ܐܫܘܣܪ a forma ܫܘܣܪ, šaφ͗el rad. ܐܣܪ.

h) A participiis passivis et adjectivis formae ܡܩܛܠ, ܡܩܛܠ, nova verba praefixo ܐܬ exoriuntur, quae similia sunt formae ʼEϑpe͗el. Expl.: ܐܬܡܟܪܗ *morbo affici* De Lagarde Didasc. apost. p. 80, 16, ܐܬܡܣܓܪ *augeri* ib. 5, 17, ܐܬܡܦܣܣ *permissum est* a ܡܦܣܐ *licitum* Bernst. Lexid. Huc pertinet etiam ܐܬܛܘܦܣ *persuasum habere* a τύπος procedens.

II. Vox ܗܝܡܢ *credidit* ex hebraeo הֶאֱמִין desumpta extranea est, ideoque verbis secundariis adnumeranda.

III. Verba plurilitteralia vera, quae non geminationibus oriuntur verum variis consonis ad radicem accedentibus, uti ܦܪܢܣ *educavit*, ܦܠܚܕ *dissipavit* BH. Chr. 166, ܙܠܚܢ pass. ܐܙܕܠܚܢ *diminui* Ephr. I. 94. BH. Chr. 232 non in grammatica sunt recensenda sed in lexico, dummodo in grammatica canones generales, secundum quos plurilitteralia exoriuntur sunt propositi. In flexione personali et temporali haec verba propter vocalium indolem (activa *a. e.*, passiva *a. a.*) cum pa͗el aut si accuratius definitur cum par͗el prorsus convenire vix est quod moneamus.

§. 58.

De variis verborum classibus secundum radicis indolem distinctis.

Postquam paragraphis 49—57 praecedentibus totam theoriam cum flexionis tum derivationis proposuimus, jam eo procedendum est, ut paradigma exhibeamus, quod omnes formas, quas subeunt verba, contineat et aeque formationem stirpium atque earum cum praefixis et affixis conjunctionem doceat. At hic adtendendum est ad naturam radicis, quae si continet inter radicales consonas ܐ, ܘ, ܝ, propter horum sonorum indolem specialem mutationibus quibusdam afficitur, quae e legibus §. 37. prolatis procedunt.

Distinguuntur igitur radices, quae hasce radicales non continent, a reliquis, quae eas continent, et suo nomine appellantur *verba sana* (صَحِيحٌ seu فِعْلٌ سَالِمٌ), reliquae radices vero dicuntur *verba infirma* (غَيْرُ سَالِمٍ sive مُعْتَلٌّ). Infirmorum deinde tres oriuntur classes, secundum locum quem inter radicales habent ܐ, ܘ, ܝ. Itaque si primo loco ponuntur, habes verba primae (radicalis) ܐ, primae ܘ et primae ܝ, si secundo loco ponuntur, verba mediae

ܐ, ܘ, ܝ, si tertio loco inveniuntur, tertiae ܐ, ܘ, ܝ. In Aramaismo vero tertia classis in unam conjungenda est, cum discrimen radicalium in flexione non amplius cernatur, et ubique ܐ aut ܝ pro formae natura ponatur; simili modo etiam verba primae ܘ et ܝ non distinguuntur, ܘ enim cum ܝ commutatum est, denique verba mediae ܝ prorsus paene exstincta sunt. Re vera igitur recensendae sunt hae tantum classes: Verba primae ܐ aut ܝ, verba mediae ܐ, ܘ, verba tertiae ܐ. Hisce vero classibus jam accedunt duae aliae in formatione apud Aramaeos sibi invicem simillimae quamvis radicum indoles prorsus sit diversa. Scilicet prima radicalis ܢ post praefixa vocali instructa insequenti consonae assimilatur, ita ut formae contractae procedant, deinde etiam verba quarum media et tertia radicalis eadem est (verba mediae geminatae) hasce consonas conjungunt et defectum tali modo exortum geminatione primae consonae compensant §. 15. II. Ita fit ut hae classes in formis praefixis instructis prorsus conveniant atque ex. gr. ܐܶܕܩ 'addeq a ܕܩܩ derivatum externa forma non distinguatur a ܐܶܦܶܩ 'appeq, quod pertinet ad radicem ܢܦܩ. Hae duae classes igitur praecedentibus verbis infirmis adnumerandae sunt, easque propter hanc similitudinem conjunctim primo loco proponemus.

Veteres grammatici Arabum morem secuti a paradigmate usitato فعل primam radicalem appellaverunt *pe*, mediam *ʿe*, tertiam *lâmaδ*, dixerunt itaque verba tertiae ܐ proprio termino verba ܠܐ (lâmaδ-'aleφ) etc. §. 54. V. Receptum hunc usum servantes nos postquam verbi sani paradigma exhibuerimus §. 59. ac de gutturalium in vocalismum radicum effectu egerimus §. 60. hoc ordine verba infirma proponemus, ut describamus verba ܦܢ §. 61. ܥܥ §. 62. ܦܐ §. 63. ܦܝ §. 64. ܥܐ §. 65. ܥܘ §. 66. ܠܐ §. 67. Denique §. 68. verborum, quorum binae radicales infirmae sunt, explicabitur indoles, quo facto sub finem de verbis defectivis erit sermo §. 69. Absolutam tali modo enumerationem singularum classium excipiet doctrina de compositione suffixorum pronominalium accusativum indicantium §. 45., quae varia est pro natura ultimae radicalis. Paradigma igitur in qua ultima radicalis contractionem non admittit continebit §. 70., formae vero verborum ܠܐ contractae §. 71. proponentur.

Appendicis loco addetur descriptio formarum, quibus lingua neosyriaca flexionem verborum, quam prorsus fere amisit, studuit compensare.

	Peฺal.		’Eϑpeฺel.
Perfect. Sgl. 3. m.	ܦܩܰܕ	ܕܚܶܠ	…ܕ
3. f.	ܦܶܩܕܰܬ	ܕܶܚܠܰܬ	…ܕܰܬ
2. m.	ܦܩܰܕܬ	ܕܚܶܠܬ	…ܕܬ
2. f.	ܦܩܰܕܬܝ	ܕܚܶܠܬܝ	…ܕܬܝ
1. c.	ܦܶܩܕܶܬ	ܕܶܚܠܶܬ	…ܕܶܬ
Plur. 3. m.	ܦܩܰܕܘ . ܘܢ	ܕܚܶܠܘ . ܘܢ	…ܕܘ . ܘܢ
3. f.	ܦܩܰܕ . ܝ . ܝܢ	ܕܚܶܠ . ܝ . ܝܢ	…ܕ . ܝ . ܝܢ
2. m.	ܦܩܰܕܬܽܘܢ	ܕܚܶܠܬܽܘܢ	…ܕܬܽܘܢ
2. f.	ܦܩܰܕܬܶܝܢ	ܕܚܶܠܬܶܝܢ	…ܕܬܶܝܢ
1. c.	ܦܩܰܕܢ . ܢܢ	ܕܚܶܠܢ . ܢܢ	…ܕܢ . ܢܢ
Imperfect. Sgl. 3. m.	ܢܶܦܩܽܘܕ	ܢܶܕܚܰܠ	…ܕ
3. f.	ܬܶܦܩܽܘܕ . ܝ	ܬܶܕܚܰܠ . ܝ	…ܕ . ܝ
2. m.	ܬܶܦܩܽܘܕ	ܬܶܕܚܰܠ	…ܕ
2. f.	ܬܶܦܩܕܺܝܢ . ܩܘܕܝܢ	ܬܶܕܚܠܺܝܢ	…ܕܺܝܢ
1. c.	ܐܶܦܩܽܘܕ	ܐܶܕܚܰܠ	…ܕ
Plur. 3. m.	ܢܶܦܩܕܽܘܢ	ܢܶܕܚܠܽܘܢ	…ܕܽܘܢ
3. f.	ܢܶܦܩܕܳܢ	ܢܶܕܚܠܳܢ	…ܕܳܢ
2. m.	ܬܶܦܩܕܽܘܢ	ܬܶܕܚܠܽܘܢ	…ܕܽܘܢ
2. f.	ܬܶܦܩܕܳܢ	ܬܶܕܚܠܳܢ	…ܕܳܢ
1. c.	ܢܶܦܩܽܘܕ	ܢܶܕܚܰܠ	…ܕ
Imperat. Sgl. m.	ܦܩܽܘܕ	ܕܚܰܠ	…ܕ
f.	ܦܩܽܘܕܝ	ܕܚܰܠܝ	…ܕܝ
Plur. m.	ܦܩܽܘܕܘ . ܘܢ	ܕܚܰܠܘ . ܘܢ	…ܕܘ . ܘܢ
f.	ܦܩܽܘܕܝ . ܝܢ	ܕܚܰܠܝ . ܝܢ	…ܕܝ . ܝܢ
Infinitiv.	ܡܶܦܩܰܕ	ܡܶܕܚܰܠ	…ܕܳܘ
Particip. act.	ܦܳܩܶܕ ܦܳܩܕܳܐ	ܕܳܚܶܠ	
pass.	ܦܩܺܝܕ	ܕܚܺܝܠ	…ܕ

Caput quintum.

Conspectus classium sive conjugationum cum adnotationibus.

§. 59.

Paradigma verbi firmi.

Paradigmatis loco verbum ܦܥܰܠ *facere* secundum usum arabicum adhibere haud conveniens videtur propter mediam gutturalem, nec magis placet ܩܛܰܠ *interficere*, quo propterea ante usi sumus, quod ejus consonae radicales nullis aspirationis affectionibus sunt obnoxiae. Hic vero, ubi schema harum quoque affectionum proponendum est optime adhibebitur verbum ܟܬܰܒ *scripsit*, cujus tres radicales secundum leges §. 16. enumeratas subeunt aspirationem. Quae de singulis formis seorsim monenda restant, neque inter leges universales formationis potuerunt referri, ea omnia in adnotationibus ad paradigma additis proponentur.

Puncta antiqua vocales indicantia, deinde quodammodo diacritica facta §. 21. omissa sunt, ne lectorum oculi nimiam punctorum copiam offendant.

Adnotationes.

I. Perfectum.

1) Forma duplici utuntur *omnes omnium* verborum stirpes in Plur. pers. 3. m. et f. et in pers. 1. Itaque habes ܩܛܰܠܘ juxta ܩܛܰܠܘܢ, ܩ̈ܛܰܠ sive ܩܛܰܠ̈ܝ, quod discrimen est graphicum §. 50. IV B., juxta ܩܛܰܠ̈ܝܢ, ܩܛܰܠܢ juxta ܩܛܰܠܢܢ. Nam si Sciadrensi fides est et Amirae, etiam in formis verborum ܠܐ, quae exeunt in ܘ ut ܐܫܬܝܘ, ܐܫܬܝ juxta ܐܫܬܝܘ et ܐܫܬܝܘ adhibetur ܐܫܬܝܘܢ et ܐܫܬܝܘܢ, licet raro hoc fit[1]). De origine harum formarum cf. §. 50. III. C.

1) Hoffmannus negavit in verbis ܚܕܐ et in 'aφʾel et šaφʾel verborum ܠܐ duplicem hanc formam inveniri, Amira tamen p. 319 de paʾel contrarium affirmat. Et si in paʾel locum habet cur in 'aφʾel et šaφʾel non adhibeatur non intellegi potest, praesertim cum Sciadr. p. ܩܢܘ doceat: ܐܫܬܝ ܡܠܟܐ ܦܘܠܚܢܐ ܡܢܗܘܢ ܐܫܬܝ . ܐܫܬܝ . ܐܘܕܝ . ܐܩܪܝ . ܐܫܠܡ ܘܗܘ, inter quas sunt formae 'aφʾelicae, ac deinde pergat ܘܐܝܟ ܕܟܬܝܒܐ ܕܐܝܟ ܡܠܦܢܐ ܢܦܩܬ ܠܡܠܦܘ ܕܡܬܢܐ ܦܘܫܩܐ ܕܐܬܐ ܕܚܕ ܕܗܢܐ ܡܫܡܠܝܐ ܠܐ ܡܬܚܠܦܝܢ ܥܠܘܗܝ ܐܝܟ ܐܫܬܝܘ ܐܣܟܡܐ ܕܡܬܚܠܦ ܒܦܘܫܩܐ ܐܝܬܝܗ. Unde sequitur formam quidem reperiri aliquando, sed raro.

1) Scribarum incuria ܘ formae ܩܛܠܘ interdum omissum est cum non proferatur, quae scriptio apud Mandaeos est regularis, apud Syros ipsos vero improbanda. Itaque habes ܥܠ ܓܢ̈ܒܐ *intraverunt fures* Kirsch Bernst. Chrest. p. 3 cf. p. 16 l. 1; 13 l. 1. Hexpl. libri Judicum ed. Roordam 1, 11, 16; 2, 12 al.[1]), qua in re tamen, quod Bernst. Chrest. p. 3 adnotavit, usus syntacticus, quo verba in singulari ad consequentia nomina in plurali referuntur, potest latere[2]). — Cum hac scribendi neglegentia alia illa cohaeret, qua etiam in Sing. falso ܘ tertiae personae appingitur cf. Bernst. Chrest. p. 15 l. 3, ubi pro ܘܐܬܐܡܪ codd. praebent ܘܐܬܐܡܪܘ ib. 40, 5; 122, 13; 128, 10, et Hexpl. Judd. 2, 14. ܐܬܟܢܫܘ Wright Syr. Apocr. p. ܡܗ et vice versa ܡܠܟ̈ܐ ܠܐ ܐܬܟܢܫ ib. p. ܣܘ.

3) Prorsus alia est ratio propter quam ܝ in 3. pers. fem. Plur. saepissime deest, eamque §. 50. IV. B. explicuimus, restat ut addamus, in recentioribus et jacobiticis libris hoc locum non habere, verum in antiquis et nestorianis. Itaque habes Curet. Spicil. p. ܠܐ: ܐܙܕܥܙܥ ܫܬܐܣܘ̈ܗܝ *ejus fundamenta commota sunt* sine Yud et sine Ribbuy, eodem modo in ejusdem Ancient Docum p. ܢܒ ܒܪ̈ܝܬܐ ܕܐܙܕܥܙܥ ܗܘܝ ܒܩܛܠܗ ܘܐܬܒܗܠ ܗܘܝ ܒܚܫܐ ܕܡܘܬܗ, *creaturae quae commotae sunt caede ejus et territae passione mortis ejus*, ib. p. ܠܐ ܫܡܥ ܐܕܢ̈ܝܟܘܢ *aures vestrae audiverunt.* Ib. p. ܣܒ habes quidem Ribbuy at juxta unam formam Ribbuyo ornatam posita est alia eo carens ܚܙ̈ܝ ܗܘ̈ܝ ܥܝ̈ܢܝܗܘܢ ܘܫܡܥ ܗܘ̈ܝ ܐܦ ܐܕܢ̈ܝܗܘܢ *viderant eorum oculi atque audiverant eorum aures,* ib. l. ultima ܚܙ̈ܝ ܗܘܝ *viderant*, ib. p. ܣܗ, ܐܬܦܬܚ ܗܘ̈ܝ, p. ܣܚ, ܒܪ̈ܝܬܐ ܘܐܦ ܢܦܠ ܗܘ̈ܝ. Cf. praeterea Ephr. Carm. Nisib. ed. Bickell. p. 112, [55] ܚܙ̈ܝ ܥܝ̈ܢܐ ܗܘܝ ܥܕܬ, p. 3 [117] ܡܠܟ ܩܢ̈ܬܐ ܕܐܬܩܛܠ et ܒܛ̈ܠܢ ܕܠܐ ܐܬܩܪ̈ܝ, p. 109 [81], ܥܡ̈ܐ ܕܡܫܚܘ ܗܘܝ ܡܫܟܚܢ, Matth. 25, 1 ed. Urm. et Mossul. .. ܢܦܩ .. ܢܣܒ ܗܘ̈ܝ .. ܢܦܩ, ubi nostrae editiones (Schaaf. Gutbier.) habent, ܢܣ̈ܒ, ܢܦ̈ܩ, ܗܘ̈ܝ.

His praemissis totius rei conditio haec est: Antiquissimo tempore forma fuit ܩܛܠ, cui deinde Ribbuy appositum est ܩ̈ܛܠ, primum tamen Ribbuy in verbis ܠܝ videtur esse adhibitum ܚܙ̈ܝ, ܗܘ̈ܝ, deinde etiam in reliquis radicibus. Hunc morem servaverunt

1) Roordam ipse in textu hoc ܘ semper addidit, quod non probamus, quia tali modo scribendi usus oblitteratur, quem cognitum habere necessarium est.

2) Si vero subjectum praecedit neglegentia est manifesta ut ܡܘܬ̈ܢܐ ... ܐܬܡܪ Wright Syr. Apocr. p. ܡܗ; ܡܘܬ̈ܢܐ ܐܬܩܪܒ ib. p. ܠܗ.

Nestoriani (Orientales), ab altera vero parte Maronitae insuper signum graphicum ܝ addiderunt §. 32. II. quo facto forma scribebatur ܟܬܰܒ̈ܝ. In paradigmate hanc ipsam ob caussam exhibuimus ܟܬܰܒ̈ et ܟܬܰܒ̈ܝ; forma ultima ܟܬܰܒܶܝܢ denique per inclinationem vocalis est exorta. §. 50. IV. C.

4) De ܟܬܰܒܬܽܘܢ cujus ܘ habet ʒesâsâ karyâ, et quae keϑaβton antiquo tempore pronunciabatur, deinde ܟܬܰܒܬܽܘܢ keϑaβtun cf. §. 13. A. V.; 44. III. adnot. 2.

5) Consona ܝ formae ܟܬܰܒܝ diacriticum femininorum est; eodem modo sed raro in 3. pers. fem. ܟܬܰܒ݂ܬܝ tale ܝ scribi §. 50. IV. B. observavimus.

6) Formae 1. pers. Pl. ܐܶܬܬܢ̈ܰܝܢ Act. 19, 40 ܐܶܬܒܰܗܬܢܶܢ 2. Cor. 9, 3, quas Hoffmannus sanas habuit, ex errore typographico sunt exortae, quem vero nec ed. Schaaf. nec Gutb. neque Urmiensis habet. Forma vero ܙܒܰܢ Luc. 9, 13 recta est, scilicet pro ܙܒܰܢܢ scribitur, omisso *nun*, et pronuncianda est zeβannan.

7) De usu lineae Mehaggyânâ in Perf. ʼEϑpeʒel cf. §. 18. III. de assimilatione consonae ܬ in ʼEϑtaφʒal et de metathesi consonae ܬ in ʼEštaφʒal cf. §. 26. III., 25. I. c., ubi etiam de metathesi consonae ܬ in ʼEϑpeʒel et ʼEϑpaʒal radicum a sibilantibus incipientium, deque mutatione hujus ܬ in ܕ aut ܛ locuti sumus.

8) Forma paragogica ܟܬܒܘܢ utrum punctum super ܘܿ (o) an infra ܘܼ (u) habeat, exemplis destitutus nescio.

9) Vocales, quarum notio est functionalis §. 54. I. i. e. de quarum usu pendet significatio verbi, sive est transitiva sive intransitiva, activa sive passiva, nunquam mutari ex rei natura sequitur. Itaque in verbo activo cujus media radicalis vocali *a* utitur, omnes personae, in quibus tale *a* non propter syllabae conditionem §. 13. A. X. corripitur, ubique servant *a*, et in verbo intransitivo *e*. Itaque habes ܟܬܰܒ et ܕܚܶܠ. Simili modo in stirpibus auctis, quarum vocales exortae sunt per mutationem flexionalem §. 55. II. activorum vocalis *e*, passivorum vocalis *a* et in ʼEϑpeʒel vocalis *e* servatur, ܐܶܬܟܬܶܒ, ܟܰܬܶܒ, ܐܶܬܟܰܬܰܒ, ܐܰܟܬܶܒ, ܐܶܬܬܰܟܬܰܒ etc. Quod inde facile explicatur, quia haec quoque flexionalis mutatio ad formae quasi characterem pertinet.

Quid vero sentiendum sit de origine vocalium, quae si tertiam personam masc. sing. respicis, novae videntur §. 36. I. et 50. IV. uberius exposuimus.

10) Cum rei natura tum analogia pronunciationis arabicae docet, verbi consonas finales, ܕ, ܬ, ܛ insequenti ܬ affixi personalis assimilandas esse, quo facto etiam consonas ܕ, ܬ, finales signo qušâyâ instruendas esse patet. Itaque ܨܒܝܕܬ non *sçyeδt* sed *sçyett* legendum est et ܒܗܬܬܘܢ proferendum *behetton*. Cf. infra IV. 1.

II. Imperfectum et Imperativus.

1) Antiquior et melior vocalismus scriptione ܢܶܟܬܘܒ etc. exprimitur, quae proferri jubet *niχtŏβ,* quod recentiore tempore abiit in ܢܶܟܬܽܘܒ = *neχtuβ*. Idem cadit in formas plur. ܢܶܟܬܒܘܢ, ܬܶܟܬܒܘܢ *niχtęβōn, tiχtęβōn,* quarum ܘ̇ ex analogia dialectorum est longum[1]).

Ceterum addendum est in libris impressis aeque atque in codicibus hac in caussa magnam cerni librariorum inconstantiam. Ita in editione Vet. Test. Leeiana semper forma est ܬܶܫܬܡܠܘܢ, ܬܶܠܒܫܘܢ, ܬܠܒܫܘܢ, ܬܬܦܪܣܘܢ cet. in edit. Urmiensi Nov. Test. vero habes ܬܶܕܪܫܘܢ Luc. 5, 24 ܬܶܠܒܫܘܢ, ܕܢܶܨܘܡܘܢ vs. 34, ܬܶܐܟܠܘܢ, ܬܶܚܨܕܘܢ 6, 7, ܬܶܣܒܥܘܢ 6, 17, ܬܣܒܥܘܢ 6, 21. In verbis ܠܐ vero, sicuti etiam scriptio aramaismi judaici יִגְּלוּן postulat, nihil nisi ܘ̇ deprehendisse mihi videor. Itaque talibus in vocibus pronunciationis mutatio recentissimo demum tempore apud Maronitas incepit. Scribitur ergo ܢܶܗܘܘܢ Urm. Joh. 20, 31, ܢܶܬܐܣܘܢ Luc. 6, 17 al.

Quae de ܘ̇ Imperfecti dicta sunt, ea etiam ad Imperativum pertinent, in quo antiquior vocalismus postulabat *ŏ* et *ō*, recentior vero *ŭ* et *ū*. Tali modo legitur ܟܬܘܒ = *kęϑŏβ* in Ordine baptismi[2]) p. 4, ܫܟܘܟ p. 10, ܦܪܘܩ p. 12, ܫܒܘܩ p. 6, ܢܨܘܒ *planta* p. 22, ܦܘܩ Mrc. 5, 8 Urm. Alibi vero inveni ܩܛܘܠܘ Exod. 32, 27 Lee, ܗܦܘܟ 4, 19, nec tamen apud ipsum Lee desunt exempla melioris scriptionis ut ܦܪܘܩ ps. 12, 1. Caute tamen de puncto inferiore in Impf. et Imper. judicandum est, quis enim confirmare poterit hocce punctum non esse diacriticum §. 21. et revera designare vocalem?

1) Cum ܘ̇ tum ܘ̣ est *δίχρονον* h. e. aeque ad designandam scriptione vocalem longam ac brevem adhibetur §. 11, II.; 13. A. V.

2) Cod. Orphanotrophei Hallensis egregie scriptus et diligentissime omnibus punctis ornatus, qui insignitur B. 2. Quamquam anno demum 1580 est exaratus praestantissimis speciminibus librorum syriacorum *punctis ornatorum* adnumerandus est.

Si vero ad terminationem ܘܢ accedunt suffixa nihil nisi ܗ me invenisse memini. Itaque habes ܫܡܥܘܢܝܗ, ܦܪܩܘܢܝܗ[1], ܢܟܬܒܘܢܝܗ ps. 17, 11, (ܫܡܥܘܢ ܠܗ *audiunt illud*), ܢܫܒܩܘܢܝܗ, ܢܦܪܩܘܢܝܗ; in Singl. vero scribitur e. gr. ܢܕܒܪܘܢܝܗ.

2) In Impf. interdum praefixum vocali *i* instructum legitur, ut ܢܡܫܚܘܢܝܗܝ Jac. 5, 14 (Gutb.), ܢܛܪ 1. Petr. 3, 10, ܢܚܙܘܢ Act. 15, 6, ܢܗܘܐ Act. 21, 14 (Widm.), ubi aliae editiones *e* praebent. Editio Urmiensis semper *i* adhibet in praefixis, quae grammatici Maronitae per *e* pronuntiari jusserunt, uti ܢܦܪܩܘܢ Act. 1, 4, ܢܫܡܫܘܢ 6, 2 etc., sicuti etiam in aliis vocibus ut ܐܢ, ܐܝܠܢܐ etc. quod est discrimen dialecti orientalis et occidentalis, qua in re occidentales cum aramaismo judaico convenientes pronunciationem antiquiorem servaverunt. Ceterum in usu utriusque vocalis inconstantiam, e varia variorum temporum et locorum pronunciatione exortam cerni, jam supra §. 11. II. 3.; 13. A. III. indicavimus, at iis quae ibi proposuimus addendum est, non in vocibus med. ܐ tantum hanc inconstantiam cerni, sed etiam in aliis, quarum sat magnum numerum exhibet Nov. Test. Urm. e. gr. ܡܠܐ, ܡܫܡܫܝܢ al. De ܼ in Syrorum Urmiensium scriptura = *i* cf. §. 11. III. Duae igitur sunt formae dialectorum ܢܶܩܛܘܠ et ܢܶܩܛܘܠ.

3) In 2. et 3. pers. fem. Singl. ܝ additum est diacriticum feminini, quod raro in ܬܩܛܠܝܢ, saepe in ܬܩܛܘܠܝܢ obvium est, in utroque vero supervacaneum. E contrario in imperativo Sing. ܝ vocalis emortuae est vestigium quod e formis קְטֻלִי et أُقْتُلِي et ቅትሊ፡ sequitur. Cf. §. 32.

4) Imperativi formae paragogicae ܩܛܘܠܘܢ et ܩܛܘܠܝܢ eodem modo in omnibus verbis adhibentur uti formae paragogicae Perfecti, quarum analogiam sequuntur. Exempla sint ܣܡܘܟܘܢ BH. Chron. p. 370 l. ult., ܫܠܘܚܘܢ 148 al.

5) De usu lineae Marheṭânâ in Imperat. 'Eϑpeʒel, 'Eϑtaφʒal et 'Eštaφʒal vide §. 18. II. ubi etiam de Mehaggyânâ Imperat. 'Eϑpaʒal locuti sumus.

6) *a.* In formandis de radice Imperfecto et Imperativo locum habet mutatio vocalium flexionalis scilicet transitiva, quorum

1) E folio manuscripto bibl. or. germ. in quo Imperat. Singl. alibi scribitur ܦܪܘܩ.

vocalis functionalis est *a* §. 54. I. in Imperf. et Imperat. assumunt plerumque ܘ, intransitiva vero, quorum vocalis functionalis est *e*, assumunt *a*. Itaque a ܩܛܰܠ, ܟܬܰܒ, ܢܟܰܣ fit ܢܶܩܛܽܘܠ, ܢܶܟܬܽܘܒ, ܢܶܢܟܽܘܣ, ܩܛܽܘܠ, ܟܬܽܘܒ, ܢܟܽܘܣ cum notio *interficiendi, scribendi, mactandi* sit transitiva, a verbo ܕܚܶܠ *timere* vero fit ܢܶܕܚܰܠ et ܕܚܰܠ, a ܒܛܶܠ *otiosus fuit* ܢܶܒܛܰܠ, ܒܛܰܠ, a ܕܗܶܢ *pinguis fuit* ܢܶܕܗܰܢ, a ܟܦܶܢ *famelicus fuit*, ܢܶܟܦܰܢ. Eodem modo ܕܡܶܟ *dormivit*, ܢܶܕܡܰܟ; ܓܚܶܟ *risit*, ܢܶܓܚܰܟ; ܢܩܶܦ *adhaesit*, ܢܶܩܰܦ; ܫܟܶܒ *jacuit* ܢܶܫܟܰܒ et verba med. ܐ uti ܫܐܶܠ quaesivit, ܟܦܰܪ *negavit*, ܕܥܶܠ *sudavit* Ass. I. 97 (non ܕܥܰܠ quod habet Cast. Mich.) al.

b. Praeter hanc vocalium mutationem, quam longe plurima verba subeunt, alia etiam est, qua Perfecti *a* in Imperf. et Imperat. abit in *e*. Verba huic classi accensenda sunt ܙܒܰܢ *emere*, ܢܶܙܒܶܢ; ܓܪܰܫ *trahere*, ܢܶܓܪܶܫ; ܢܦܰܠ *cadere*, ܢܶܦܶܠ; ܢܦܰܣ sortitus est ܢܶܦܶܣ; ܡܚܳܐ *percussit*, ܢܶܡܚܶܐ; ܥܒܰܕ *facere*, ܢܶܥܒܶܕ, quibus adde ܢܶܬܶܠ *dabit*.

c. Denique verba quaedam in Perf. *e* habent et in Imperf. et Imper. ܘ ex. i. ܣܓܶܕ *sese projecit, adoravit* ܢܶܣܓܽܘܕ; ܢܚܶܬ *descendit* ܢܶܚܽܘܬ; ܩܪܶܒ *propinquus fuit* ܢܶܩܪܽܘܒ; ܫܬܶܩ *tacuit* ܢܶܫܬܽܘܩ.

d. Singulorum verborum formas usu discendas esse, neque hic enumerari posse patet, addendum tamen est, esse verba, quae pro notionis diversitate, diversis Imperf. et Imperat. utantur formis. Ex.: ܫܠܰܚ *misit* et *exuit*, Imperf. ܢܶܫܠܽܘܚ *mittet*, ܢܶܫܠܰܚ *exuet*; ܢܶܥܪܰܒ *occidet sol*, ܢܶܥܪܽܘܒ *ventilabit*, ܛܒܰܥ *demersit* et *obsignavit*, ܢܶܛܒܽܘܥ *obsignabit*, ܢܶܛܒܰܥ *immersus erit;* ܓܡܰܪ *perfecit*, ܢܶܓܡܽܘܪ *perficiet alios*, ܢܶܓܡܰܪ *se ipsum*, ܚܪܶܒ *vastatus fuit*, ܢܶܚܪܰܒ, at ܢܶܚܪܽܘܒ *pessumdabit* Curet. Anc. Doc. p. ܪ pertinet ad ܚܪܰܒ.

e. Vice versa sunt verba, quae duplici Imperf. et Imperat. gaudent forma sine notionis discrimine, uti ܚܕܰܪ *circumdedit*, ܢܶܚܕܽܘܪ et ܢܶܚܕܰܪ, ܢܒܰܚ *latravit*, ܢܶܢܒܰܚ et ܢܶܢܒܽܘܚ, ܚܪܰܙ *transfixit*, ܢܶܚܪܽܘܙ Bernst. Lexid. et ܢܶܚܪܰܙ Jos. Acur.

f. Denique sunt verba, quorum vocalis eadem est in Perf. et Imperf. Ex.: ܨܒܰܥ, ܢܶܨܒܰܥ *variegatus fuit;* ܕܠܰܦ, ܢܶܕܠܰܦ *stillavit;* ܢܣܰܒ, ܢܶܣܰܒ *sumpsit*, ܢܦܰܚ, ܢܶܦܰܚ *flavit*, ܥܡܰܕ, ܢܶܥܡܰܕ *demersus, baptizatus est;* ܟܒܰܫ, ܢܶܟܒܰܫ *subjecit*, ܡܪܰܕ, ܢܶܡܪܰܕ *rebellavit* al. Quibus in verbis statui potest, mutationem flexionalem locum habere تقديرا sive *κατα δύναμιν.*

Quomodo vero mutatio vocalis flexionalis in verbis infirmis instituatur, insequentibus §§. in singulis classibus describetur.

7) Imperf. et Imperat. formas energicas et Imperf. formam nasbatam et ǵezmatam Syri non habent, nec possunt habere quia breves vocales in fine vocis positas omiserunt, quo facto *yaqtulu* jam distingui nequit a *yaqtula* et *yaqtul*. De ܠܗܘܐ etc. pro ܢܗܘܐ cf. §. 68, de formae energicae in Aramaismo vestigiis §. 70.

8) In stirpe 'Eϑtaφ῾al feminina Imperf. non tribus sed duobus tantum ܬ solent scribi, quamquam interdum etiam tria inveniuntur.

9) Quodsi in dialecto, quae dicitur Hierosolymitana sive Syro-Palaestinensis, quod placuit Landio Anecd. syr. I. p. 43, ubique Imperf. praefixum ܝ habet pro ܢ, uti ܝܗܝܡܢܘܢ Mth. 24, 23, ܝܦܩܘܢ ib. v. 26, 44, ܝܐܬܘܢ 27, 64, ܝܚܐ Luc. 23, 35, ܝܚܘܬ, ܝܐܣܐ Joh. 4, 47, haec est formatio, qua docemur pertinere hanc versionem ad Aramaismum occidentalem. At cum in codice etiam 1. pers. Sing. praefixo ܝ imo ܢ utatur, ut in ܝܣܝܒܪ pro ܐܣܝܒܪ Mth. 17, 17, ܝܣܝܡ pro ܐܣܝܡ 22, 44, ܝܫܒܩ pro ܐܫܒܩ 27, 17, 21, ܢܥܒܕ vs. 22, ܝܐܚܫܡ ܘܡܥܫܐ Luc. 17, 8, ܢܟܪܘܙ pro ܐܟܪܙ Mrc. 1, 38 patet, codicem neglegenter ac secundum pronunciationem corruptam exaratum esse[1]. — Nihilo minus vero ex hac scriptione sequitur in Syria occidentali 1. et 3. Pers. Imperf. formatum quondam esse in regionibus quibusdam ܢܩܛܠܘܢ, quod quomodo potuerit fieri explicatione eget. Et hac in caussa quidem notum est, etiam in versione aramaeo-judaica Proverbiorum Salomonis utramque formam יִקְטוֹל et נִקְטוֹל civitate esse donatam[2], tale targum vero a Judaeis confectum esse nemo facile negabit. At si in hujusmodi libro usum utriusque formae ex fusione dialecti occidentalis et orientalis explicandum censemus, cum interpres modo analogiam orientalem modo occidentalem sequeretur, ex eadem caussa etiam formae יקטול usus in versione Hierosolymitana erit explicandus. Hic vero redeundum est ad historiam formae, de qua agimus, in aramaismo universali.

Antiquissima Aramaismi monumenta, quae exstant in libro Ezrae et in inscriptionibus cuneatis[3], praefixo utuntur *ye* itaque

1) Cf. Adler Verss. syr. p. 146. Bibl. krit. Reise p. 119. Noeldeke, D. M. Z. XXII. 468, 497.

2) Primis octo capitibus decies ter deprehendi formam נקטול. Cf. praeterea נִסְחוּף 10, 3; נִרְגַּל 16, 10; נִרְחוֹן 28, 25.

3) Exempla sunt: *y d q u* hoc est يَدُقُّ contrivit

homines illa aetate a regibus Assyriorum et Babyloniorum in Palaestinam deducti, qui in ipsam Palaestinam dialectum aramaeam introduxerunt necessario hanc formam adhibuerunt[1]). At in ipsa Palaestina Judaei hebraice loquentes cum manserunt, tum eo redierunt, et tali modo factum est, ut libri eorum, quos hodie falso chaldaicos nuncupant, formam imperfecti *yiqṭol* adhibuerint. E contrario in ipsa aramaea terra alia forma *niqṭol* usu venit, quae aut dudum juxta alteram illam usitata erat, aut in ejus locum, postquam in desuetudinem cecidit, suffecta est. Nova haec forma in Aramaismum, qualem Palaestina fovit non est recepta, quod tribuendum est vi linguae hebraeae vitali, quae effecit, ut forma nimium in modum ab hebraea recedens respueretur. Tali modo in Aramaismo orientali receptum est *niqṭol* in Aramaismo occidentali vero usque ad hunc diem (Maʿlulae)[2]) servata forma antiquior *yiqṭul*, quae analogiam reliquarum dialectorum sequitur. Talem formam praebent monumenta Palaestinensia, ut liber Danielis et Talmudis hierosolymitani particulae aramaeae aeque ac specimina linguae samaritanae, in quibus forma per *n* efficta inaudita est. Hanc ipsam formam etiam Judaei babylonici servaverunt et adhibuerunt, postquam schola Tiberiensi dissoluta novas sedes sibi quaerere coacti sunt, ac tali modo in ipsam Gemaram Babylonicam forma *yiqṭul* invasit, quam ipsi Aramaei in illis regionibus degentes non amplius solebant adhibere. Ita factum est, ut in Aramaismo judaico, quod ex usu linguae hebraicae apud Judaeos non penitus exstincto explicatur, forma antiquior sit servata, cum in Aramaismum christianum, cujus grammatica secundum normam linguae Edessenae est confecta, altera illa forma invaserit[3]). Quae qui reputat non

---

Bisit. l. 42, cujus vocis Imperativus exstat ib. l. 48 in forma d. u. q. = دُقّ,
y par r as = יפרש mentitus est cf. p. 182 et multa alia.

1) Cf. Dissert. mea Cur in libro Danielis juxta hebraeam aramaea adhibita sit dialectus. Halle 1863 p. 32 seq.

2) Cf. adnotationes Noeldekii et meas in Ztschrft. d. d. m. G. XXI. p. 183, XXII. p. 271.

3) Tempore secundi templi etiam in rebus sacris lingua aramaea passim videtur adhibita esse, cf. Talm. Jer. Tract. שקלים Cap. IV., ubi alter quidem doctor tradit, quatuor in templo fuisse sigilla hebraica, alter vero Ben ʿazzaj contendit: חמשה הותמות היו וארמית כתוב עליהם עגל דכר גדי חוטא דל. Aramaica lingua plebi consueta, in talibus sigillis hebraeae praestabat.

mirabitur aliquoties etiam in libros Judaeorum chaldaicos invasisse formam *niqtol*, sermone quotidiano Aramaeis consuetam, quod monstrat Targum proverbiorum, ac vice versa non est quod offendamus, cum in libris in ipsa Palaestina exaratis formam *yiqṭul* inveniamus, quam etiam apud Samaritanos solam adhiberi constat.

III. Infinitivus et Participia.

1) Infinitivus stirpis simplicis nullis vocalium, quae in perfecto cernuntur, mutationibus adstrictus est ܡܶܩܛܰܠ sicuti ܡܶܫܟܰܚ et ܡܶܦܪܰܫ, in reliquis vero stirpibus mutatio vocalium locum habet[1]). Scilicet antiqua forma nominis actionis, in qua syllaba mediae radicalis vocali *ā* utebatur, uti in arab. إِقْتَالٌ, إِقْتِتَالٌ, قَتَّالٌ et אַקְטָלָא, אִתְקְטָלָא, קַטָּלָא quae in Aramaismo judaico adhibentur, etiam formis syriacis subjacent. At cum significationem horum abstractorum etiam distinctius exprimere studuerint, non solum ab initio ܡ praeposuerunt, cujus ope nomina instrumenti et loci formantur, verum etiam terminationem abstractorum ܘܬܐ, in statu indeterminatio in ܘ apocopatam, addiderunt. Tali modo exortae sunt formae, ܡܒܥܒܕܢܘ, ܡܓܕܢܘ etc. Idem ܡ apparet in lingua amharica cum aethiopica comparata.

Quae aliquoties inveniuntur exempla Inf. stirpis simpl. cum ܘ in fine sunt aut ex errore scribarum profecta, aut vocales mutandae sunt, uti Ps. 109, 16 ܡܶܕܟܪܘ Lee et Luc. 9, 33 ܡܶܙܥܘܗܘ (Gutb.) imo ܡܶܙܥܘܗܘ (Schaaf.) quod etiam edit. in usum Mossulensium comparata ܡܙܥܘܗܝ exprimit, nam edit. Urm. praebet ܡܙܥܘܗܝ et cod. Psalt. Hall. ܡܶܕܟܪ[2]). Legendum est in 'aφ3el ܡܰܙܥܘܗܘ.

---

1) In lingua arabica infinitivi, seu potius nominis actionis, varietas vocalium cohaeret cum usu vocalium functionali in perfecto; e. gr. لَبَسَ et n. a. لَبْسٌ *obscurum reddidit,* لَبِسَ et n. a. لُبْسٌ *indutus fuit.* Syri vero praefixo ܡ usi hanc vocalium mutationem aeque non adhibent, uti Arabes in formatione nominum vasis et instrumenti eam non curant.

2) Quae Amira p. 114 dicit: „*Quamvis quidam docere videantur posse addi* ܘ *cum* ̊ *infinitivo habenti* ܠ: *ut a* ܙܳܥ *motus est* ܠܡܶܙܳܥܘ *moveri; sed quidquid sit de hoc, auctores fere omnes sine* ܘ *utrâque voce (scilicet cum* ܡ *tantum et cum* ܡ *una cum* ܠ) *utuntur*", haec, quod e tenore Amirae sequitur, ad verba med. ܘ et ܝ tantum pertinere conicio.

2) Participium act. seu potius nomen actoris simplex, de cujus formis vide §. 55. III. c. cum pronominibus personalibus, quae subjectum efficiunt, solet conjungi ac tum exprimitur status durans nec cito periens. Utrum vero talis status sit *praesens* an *futurus* an *perfectus* ex solo nexu totius enunciati dijudicatur. Ita si de die resurrectionis diceretur ܒܝܘܡܐ ܗܘ ܡܫܒܚܝܢܢ ܠܟ ܡܪܢܐ futurum exprimendum esset: *Illo die erimus extollentes te domine,* in hoc vero exemplo ܫܬܩܟܝ ܡܠܦ ܠܡܢ ܕܡܝܐ ܐܢܬܝ praesens: *Silentium tuum docet, cuinam sis similis* Ass. B. O. I. 116, denique in hocce ܠܐ ܡܨܥܪܬܝ ܒܥܪܛܠܝܘܬܟܝ praeteritum: *nuditate tua non contumelia affecta es.* Ass. l. l. Imo si praeteritum certo exprimendum est, accedit partic. verbi ܗܘܐ cum pron. ad aliud participium uti in hoc exemplo: ܕܡܠܦܝܢ ܚܢܢ ܒܡܠܐ ܒܥܒܕܐ ܗܘܝܢ ܡܫܡܠܝܢ ܠܗ i. e. *eam rem quam docebamus* (*docentes eramus*) *verbis, eam opere semper perfecimus,* proprie *eramus perficientes omni tempore praeterito.*

Haec conjunctio participii cum pronomine, cum Syri plurimum ea uterentur, levi contractione mutata est, cujus hae sunt formae:

	Sing. m.	f.	Plur. m.	f.
3. Pers.	ܩܛܠ ܗܘ	ܩܛܠܐ ܗܝ	ܩܛܠܝܢ ܗܢܘܢ	ܩܛܠܢ ܗܢܝܢ
2.	ܩܛܠ ܐܢܬ	ܩܛܠܐ ܐܢܬܝ	ܩܛܠܝܢ ܐܢܬܘܢ	ܩܛܠܢ ܐܢܬܝܢ
	sive ܩܛܠܬ	sive ܩܛܠܬܝ [1])	sive ܩܛܠܝܬܘܢ	sive ܩܛܠܬܝܢ
1.	ܩܛܠ ܐܢܐ	ܩܛܠܐ ܐܢܐ	ܩܛܠܝܢ ܚܢܢ	ܩܛܠܢ ܚܢܢ
			sive ܩܛܠܝܢܢ	sive ܩܛܠܢܢ

In pers. 2. fem. Sing. ܝ diacriticum feminini potest deesse, et haud raro deest, in pers. 1. plur. msc. et fem. est ܩܛܠܝܢܢ.

Syri qui participia tali modo cum pronominibus conjuncta appellant ܙܒܢܐ ܕܩܐܡ, *tempus stans,* hoc nomine non *praesens* voluerunt designare qua voce Amira terminum illum latine haud accurate reddidit, sed potius *tempus durans* sive *stans.* Hoc ex Barhebraei versibus (p. 43 ed. Berth.) sequitur cum dicat:

ܘܡܫܡܗܝܢ ܐܦ ܕܟܠܕܝܐ ܒܫܡܐ ܘܡܥܪܒܝܐ ܡܬܕܟܪܝܢ ܗܢܘ
ܐܡܪ ܐܢܬ ܐܙܠ ܗܘܐ ܘܐܡܝܢ ܠܡܥܒܪ ܥܠ ܕܝܠܗ
ܘܩܐܡܝܢ ܠܘܬ ܗܘܐ ܠܟܠܗ ܘܩܐܡܝܢ ܥܒܪ ܥܠ ܡܪܕܝܬ

1) Per se intellegitur ܝ diacriticum fem. in hac forma posse omitti.

i. e. tempora stantia et futura distinguntur usu (adverbii accedentis) nunc et cras etc. Dicis: *he is eating now* et *he will be eating to morrow from the honey* et *he will eat now with us* et *he will eat to morrow, when he is invited*[1]). Hic Barhebr. tempori stanti ܐܶܦܢܳܐ ܕܩܳܐܶܡ aeque vim praesentis nostri ac futuri tribuit, ita ut appareat nomine ܩܳܐܶܡ tempus durans designari neque praesens. Amira contra adeo sua opinione, ܐܶܦܢܳܐ ܩܳܐܶܡ esse praesens, delectatur ut p. 268 eo usque procedat, ut errare eos contendat, qui formam ܩܳܛܶܠ non pro praesente sed pro participio habeant.

Quodsi etiam adjectiva omnium generum cum pronominibus modo supra descripto, omissa tamen contractione, componuntur, haec materia in syntaxi erit tractanda, de participiorum vero constructione hoc loco est agendum, quod eorum ope conjugatio periphrastica efficitur, cujus formae speciali usurpantur significatione.

3) Participia passiva seu adjectiva descriptiva §. 52. II. si a verbis formantur, quorum significatio est intransitiva in linguis nostris saepe participiis activis redduntur. E. gr. ܐܰܒ݂ܺܝܠܳܐ = *πενθῶν* Jes. 61, 2; ܡܟ݂ܰܡܢܳܐ = *ἐνεδρεύων* Job. 38, 40; ܬܟ݂ܺܝܠܳܐ = *πεποιθώς* Jes. 28, 17; ܢܩܺܝܦܺܝܢ ܠܺܝ *ἐπιπεπτώκασί με* Job. 6, 16, ܩܒ݂ܺܝܥܳܐ *πεπηγώς* Eccl. 12, 11 (omnia in versione hxpl.); ܡܳܢܳܐ ܕܕܡܺܝܟ݂ ܐܰܢ̱ܬ *quid dormis* Jon. 1, 6, praeterea ܫܩܺܝܠܳܐ = ܫܳܩܠܳܐ, ܡܰܘܒ݂ܠܳܐ = ܡܰܘܒ݂ܠܳܐ, ܛܥܺܝܢܳܐ *portans* proprie *onustus*, ܐܰܚܺܝܕ *tenens*, ܫܩܺܝܠ *portans*, ܒܛܺܝܢܳܐ *gravida* B. A., ܠܒ݂ܺܝܟ݂ *prehendens* Ass. B. O. I. 30. 371. de Nest. 242, ܚܕܺܝܪ *circumdans* B. H. Chr. 216, 4 rg. 6, 15 hxpl., ܪܟ݂ܺܝܒ݂ *inequitans* Theoph. I. 44., ܟܡܺܝܢ *insidians* Kirsch. Chr. ed. I. 30, 15, ܕܕܒ݂ܺܝܪܺܝܢ = *ἄγοντες* Act. 21, 16. Hic vero usus ex eo, quod de significatione hujus formae §. 52, II. diximus, satis illustratur.

4) Quod Hoffmannus docuit, partic. ܩܛܺܝܠ in prima syllaba etiam ܰ- habere, non est rectum, nam ܫܰܬܺܝܩܺܝܢ *taciti* Mrc. 9, 34, ܕܰܒ݂ܺܝܩܺܝܢ *adhaerentes* 6, 1, ܢܰܦܺܝܩ *egressus* 7, 30, sunt adjectiva formae قَتِّيل, quae arabice plerumque in قَتِيل deprimitur, quod ex qušâyâ mediae radicalis intellegitur, eamque ob caussam huc non pertinent.

5) Hoc quoque participium cum pronominibus hunc in modum potest contrahi: ܬܟ݂ܺܝܠܰܬ m. ܬܟ݂ܺܝܠܰܬܝ f.[2]) *confidis*, ܬܟ݂ܺܝܠܺܝܬܽܘܢ m.

---

1) Anglice haec expressimus qui latine similis periphrasis non adhibetur.

2) Fem. etiam sine ܝ scribitur ܬܟ݂ܺܝܠܰܬ.

ܬܬܟܠܬܝܢ f. *confiditis*, ܬܬܟܠܢ c. confidimus. Si fem. scribitur ܬܬܟܠܬ dubium interdum potest esse, utrum sit partic. cum pronomine an status constr. e. gr. ܡܒܪܟܬ ܒܢܫܐ Luc. 1, 28, ܩܛܠܬ ܢܒܝܐ ܘܪܓܡܬ ܠܗܿܢ ܕܫܠܝܚܝܢ ܠܘܬܗ̇ Mth. 23, 37. At cum hic in textu graeco legatur εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶν in priore exemplo ܡܒܪܟܬ cum quš. ܬ scribendum est, quod est part. cum pronom., in altero vero, ubi graece legitur ἡ ἀποκτείνουσα καὶ λιϑοβολοῦσα, status est constr. cum ܬ aspirato scribendus ܩܛܠܬ݂ et ܪܓܡܬ݂. Tali enim statu constructo ante praepositiones Syri delectantur, si nexum vocum arctissimum volunt exprimere, e. gr. ܒܬܘܠܬܐ ܡܩܕܫܬ ܒܟܠ *virgo in omnibus rebus sancta* = παναγία Eus. Mart. of Pal. p. ܡܒ; ܚܪܢ ܡܕܝܢܬ ܚܢܦܐ ܘܡܠܝܬ ܦܬܟܪܐ *Carrae urbs paganorum et repleta simulacris* quod est fere ut εἰδωλοχαρής. Ass. B. O. I. 51.

IV. De stirpibus.

1) Consona ܬ praefixi ܐܬ insequentibus dentalibus assimilatur, eamque ob caussam in talibus vocibus signo qušåyå instruitur ܐܬܕܟܪ, ܐܬܛܫܝ. In sermone vulgari ܬ praefixorum ab antiquissimis temporibus insequenti consonae assimilari potuisse docet forma ἔφφαϑα = ܐܬܦܬܚ Mrc. 7, 34 praeterea etiam Chaldaismus et Mandaismus similes formas praebet, quod in appendice hujus paragraphi demonstrabitur.

2) *'Eϑpe̥ʿel. a.* Antiquiorum grammaticorum opinio, qua perfectum exhibuerunt ܐܶܬܩܛܶܠ pro ܐܶܬܩܛܶܠ, ܐܬܩܛܠܬ et ܐܬܩܛܠܬ pro ܐܬܩܛܠܬ et ܐܬܩܛܠܬ cum Syrorum ipsorum scriptione non convenit, ac falsa et jure explosa est. Idem valet de forma Impr. ܐܬܩܛܠ pro ܐܬܩܛܠ. — Nestoriani scribunt pro *e* suum *i* ܐܙܕܩܦ Mth. 28, 5, ܐܫܬܒܩ Luc. 7, 43 cf. b.

b. Quodsi in Impf. interdum praefixum vocali *i* instructum est, uti ܢܫܬܒܚ 2 Cor. 3, 1, ܬܬܡܪܡ 1 Tim. 5, 5 Widm. hoc ad eandem confusionem vocalium *i* et *e* pertinet, de qua supra ܐ II. 2. egimus. Nestoriani Urm. in omnibus formis scribunt *i* e. gr. ܢܬܩܛܠܘܢ Luc. 23, 32, ܐܬܕܟܪܝܢܝ, 42.

3) *Paʿel* et *'Eϑpaʿal. a.* Nestoriani in secunda syllaba ponunt *i* ut ܡܟܝܟ Phil. 2, 8, idemque etiam in formas 'aφʿel et šaφʿel cadit, in quibus a primitivo vocalismo §. 55. II. alienum fuit, sed etiam in aramaismo judaico locum habet, in quo formae ut חַכִּימוּ,

אַרְגִישׁ reperiuntur. Hunc Nestorianorum usum interdum antiquiores editiones N. T. sequuntur ut ܒܰܪܶܟ *benedixit* Mrc. 10, 16, ܩܰܕܶܡ *praecessit* vs. 32.

b. Ex scriptionis singularitate §. 12. II. explicata in prima syllaba interdum ܐ ponitur uti ܐܰܪܺܝܡ *sustulit* Tychs. El. 52, 4, ܐܰܨܪܝ *scidit* B. H. Chron. 28, 1, ܐܰܢܒܰܚ *latravit*, ܐܰܟܣܝ *reprehendit*, ܐܰܗܡܶܢ *fidei jussit* Cast.

c. Imper. ʼEϑpaʽal duplex est forma ܐܶܬܦܰܩܰܕ et ܐܶܬܦܰܩܕ cf. §. 18. II. itaque in versibus dicit Abr. Ecch. p. ܣܘܛ:

ܢܶܠܡܰܕ ܐܶܢܐ ܘܶܐܬܠܰܡܰܕ · ܘܰܡܫܰܡܫܳܢܳܐ ܐܶܬܡܰܠܰܟ

et Ephremus cantat:

ܡܳܪܝ ܒܰܡܰܠܟܳܐ ܐܰܘ ܠܰܡܠܰܟܳܘܳܐ ܘܶܐܬܡܰܠܰܟ ܒܰܡܠܰܟܰܝ ܦܘܡܟ

eodemque modo ܡܶܬܩܰܛܠܳܢܳܐ ܐܶܬܩܰܛܰܠ.

4) *ʼAφʽel* et *ʼEϑtaφʽal.* *a.* Post praefixa ܐ characteristicum haud raro servatur, quae consuetudo tamen et jure quidem a Sciadr. p. ܡܚܒ vituperatur[1]). Itaque habes ܡܰܐܣܩܶܡ Rom. 12, 9 a ܣܩܡ, ܠܰܐܫܠܶܡ Act. 23, 20 a ܫܠܡ, ܠܰܐܚܳܢܳܐ 1 Cor. 7, 16 a ܚܝܐ cet. quorum magnam copiam collegit Agrell Otiol. p. 50.

b. In ʼeϑtaφʽal assimilari ܐ characteristicum cum ܬ §. 25. I. c. docuimus, tamen haec assimilatio scriptione non ubique exprimitur, ita ut interdum legatur ܐܶܬܐܰܟܶܒ *laesus est* pro ܐܶܬܬܰܟܶܒ a ܟܐܒ B. H. Chr. 276, 8, ܐܶܬܐܰܪܙ pro ܐܶܬܬܰܪܙ *clam edoctus est* ib. 209, 13, ܐܶܬܐܰܣܠܺܝ *turpe videtur* a ܐܰܣܠܺܝ, inf. ܡܰܐܣܠܳܝܘ B. H. Chr. 588, 4 quod est ʼaφʽel radicis ܣܠܐ eliso ʼAleφ. Neh. 2, 10 B. H. Chr. 451, 6. Eundem in modum in verborum primae ܐ ʼEϑpeʽel assimilationem inter ܐ et ܬ locum habere §. 63. II. observatur.

V. De aspiratione.

a. In paradigmate secundum Amirae p. 278 et Sciadr. praecepta in ʼEϑtaφʽal ܬ primum rukåχå insignivimus, secundum vero qušåyå, id quod eodem modo in ʼEϑpeʽel verborum med. ܘ et ܝ instituendum esse, Sciadr. contendit[2]). Hunc tamen usum non ubique scribae sequuntur, de quorum orthographia cf. §. 16. X.

---

1) Docet ܐ tollendum esse, quamvis scribae multi inepti hanc regulam confundant nec servent.

2) Sciadr. p. ܡܚܒ dicit: ܡܶܠܠ ܕܡܶܬܡܰܪܓ ܣܠܩܝܢ ܡܢ ܗܘܝܢ ܣܡܘܟܬܐ ܢܩܫܐ ܬܘܪܬܝܢ ܡܬܡܪܓܢ ܬܪܬܝܢ ܬܪܝܨܬܐ ܡܩܫܝܫܬܐ ܡܢܩܫܬܐ ... ܐܝܟ ܕܝܢ ܐܬܩܫ

b. De qušåyå primae radicalis in 1. pers. Imperf. Paʿel ܐܦܰܩܶܕ cf. §. 16. V. 2. Reliqua omnia a legibus primariis §. 16. propositis non recedere patet.

Appendix.

De formis verbi sani in dialectis aramaeis.

Appendicem ad praecedentem verbi firmi dilucidationem efficiat brevis enumeratio formarum earum quae in dialectis aramaicis a lingua Syrorum litteraria recedunt. Itaque primo loco de antiquissimo aramaismo i. e. biblico agendum videtur.

A. Chaldaismum

vel potius *Aramaismum biblicum* non linguam Mesopotamiae exhibere sed dialectum aramaeam in ipsa Palaestina nuncupatam hodie inter omnes constat, qui artem criticam non omnino spernendam censent. Itaque loci Dan. 2, 4 — 7, 28, Ezr. 4, 6 — 6, 18 tanquam monumenta linguae Palaestinensis tractandi sunt, inter quos epistulae quaedam praefectorum persicorum fortasse e Mesopotamia oriundorum cum responsis ad illas datis sunt insertae Ezr. 4, 12 — 16, 17—22; 5, 8—17; 6, 6—12. His scriptis accedit denique locus Jeremiae 10, 11 suppositus, quem pro aramaico orientali habere propter formam ארקא *terra*, Mandaeis[1]) tritam non dubito. — Quod adtinet ad vocalismum, vocales finales, quas Syri seriore tempore omiserunt cf. p. 120, pronunciantur, praeterea *ĭ* breve, quod Nestoriani quoque servaverunt, non ut in Syriasmo Maronitarum in *e* est depressum. Res vero in qua major hujus dialecti proprietas est posita haec est, quod loco spiritus lenis (ʾAleφ) spiritum asperum (He) in praefixis stirpium adhibent, Hiϑpeʿel, Haφʿel cet. dicentes pro ʾiϑpeʿel, ʾaφʿel, quam aspirationem in Haφʿel

ܐܬܬܩܘܡ. Eodem modo aspirationem usu venire in ʾEϑpeʿel verb. med. ܘ et ܝ addit p. ܩܘܡ. Tota res mihi vero dubia est, et e canonibus potius universalibus lex videtur mihi derivata, quam e natura rei. Nam in formis ut ܐܬܬܕܝܢ geminum ܬ graphice exprimit, sonum geminandum esse §. 66.; quod si locum habet non proferendum est ʾ*eϑteδîn*, sed ʾ*etteδîn* eodemque modo in ʾEϑtaφ. ʾ*ettakki* neque ʾ*eϑtakki*, quod scriptione ܐܬܬ confirmatur. In paradigmate vero Syrorum grammaticos recte exprimere consultissimum habui.

1) Mandaeorum dialectum ad aramaismum orientalem pertinere formatio 3. pers. Imperf. suadet in qua praefixum *n* cernitur.

etiam post praefixa Imperfecti retinent neque contractione perdunt. Aramaeos enim occidentales voces ab *h* incipientes imprimis adamare non solum pronomina et particulae quaedam monstrant, quae ab *h* incipiunt, cum quae syriace iis respondent, ʾAleφ habeant, uti הֵיךְ = أيك, הִנּוּן, إنّون al. verum etiam pronomen ܗܢܬ (profer *hač*) ܗܢܬܘܢ (profer *hačûn*) = ܐܢܬ *tu*, ܐܢܬܘܢ *vos* hodie in Libano usitatum[1]). Denique res omnium gravissima in qua aramaismus occidentalis differt ab orientali, quae etiamnunc in dialecto Maɜlulensi oculis cernitur haec est, quod praefixum 3. pers. Sing. et Plur. Imperf. Yuδ est, neque Nun in oriente pervulgatum. Cf. supra III. 8.

De orthographia denique monendum est more hebraeo vocales *a, e* saepe per ה exprimi, ubi consuetudo aramaea postulat א, praeterea etiam usus consonarum ו et י ad indicandas vocales vel breves (imo Šeβata quae dicuntur in Targumis et in libris Mandaeorum) latius extenditur, quam in Syriasmo proprie dicto. In Targumis, quorum editio fide digna adhuc desideratur saepe vocales ָ et ַ contra omnem analogiam et regulam inter sese commutatae sunt.

His praemissis schema verbi sani exhibemus vocibus compositum, quas ex ipsis textibus collegimus. Aliquando analogiae demonstrandae caussa etiam verba infirma inserta sunt.

I. *Peɜal. Perf.* Singl. 3 msc. רְשַׁם, קְצַף, בְּנַס, סְגַר; סְגִד, פְּרַס, זְעֵק; קְרֵב, שְׁלֵט, תְּקֵל, תְּקִיף. fem. סִלְקַת, סִלְקַת, תִּקְפַת; נֶפְקַת, (נִפְקָה hebraizat); בְּטֵלַת, קְטִילַת, נְטִילַת; 2 msc. רְשַׁמְתָּ, תְּקִלְתָּא; יְכֵלְתָּ, תְּקֵפְתְּ, יְהַבְתְּ fem. deest. 1 com. נִטְרֵת, נִטְלֵת, קִרְבֵת, יִדְעֵת, שִׁמְעֵת, שְׁמַעַת; עֲבָדֵת; Plur. 3 msc. כְּתַבוּ, שְׁלַחוּ, קְרִבוּ, שְׁלִטוּ, כְּפִתוּ, סְלִיקוּ, פְּתִיחוּ; fem. נְפַלוּ keϑîβ, נְפַלָה qerî, נְפַקוּ keϑîβ, נְפַקָה qerî Dan. 5, 5.; 2 msc. שְׁלַחְתּוּן, fem. deest. 1 com. שְׁלַחְנָא, אֲמַרְנָא, שְׁאֵלְנָא.

Imperfectum. Sing. 3 m. יִסְגֻד, יִלְבַּשׁ, יִשְׁפַּר, יִסְבַּר, יִשְׁלֵט in pausa Dan. 5, 7, ubi alia exempl. יִשְׁלַט, fem. תִּשְׁלַט Dan. 2, 39; 2 mscl. תִּרְשֻׁם, תִּשְׁבֹּק, תִּלְבַּשׁ, תִּשְׁלַט, תִּשְׁלָט in pausa Dan. 5, 16, fem. deest; 1 com. אֶבְעֵא; Plur. 3 msc. יַחְלְפוּן, יִפְלְחוּן, יִסְגְדוּן, fem. יִשְׁבְּקָן; 2 msc. תִּסְגְדוּן, תִּשְׁמְעוּן, fem. deest; 1 com. נִסְגֻד, נִכְתֻּב.

Imperativus. Singl. msc. פְּרֻק, fem. אֲכֻלִי; Plur. msc. שְׁבֻקוּ, fem. desunt.

1) Cf. Z. d. d. m. G. XXI. p. 187, XXII. p. 278.

Infinitivus. מִשְׁבַּק, מִפְשַׁר.

Participium act. אָנֵם, עָבֵד, נָחִת, יָהֵב; ***pass.*** שְׁלִים, זְהִיר, יְדִיעַ, קְטִיל.

Formae ***Hiϑpe̥ʒel*** sunt hae: *Perf.* Singl. 3 m. הִשְׁתְּכַח fem. הִתְגְּזֶרֶת, 2 m. הִשְׁתְּכַחַתְּ; Plur. 3. fem. (א)אֶתְעֲקָרוּ. *Imperfectum.* Sgl. 3 msc. יִתְיְהִיב, 2 msc. תִּשְׁתְּבִק. Plur. 3 msc. יִתְּשָׂמוּן, 2 msc. תִּשְׁתַּמְעוּן, תִּתְּרְמוּן. *Infinitivus* הִתְבְּהָלָה, הִתְקְטָלָה. *Participium* מִתְעֲבֵד, מִתְבְּנֵא, fem. מִתְעַבְדָא.

Paʒel. *Perfectum* Singl. 3 msc. קַבֵּל, שַׁכֵּן, מַלֵּל, מַלִּל Dan. 6, 22 in pausa, בָּרִךְ, קַטִּיל; 2 msc. הַדַּרְתְּ, שַׁבַּחְתְּ; 1 com. הַדְּרֵת, בָּרְכֵת, שַׁבְּחֵת; Plur. 3 msc. בַּטִּלוּ, חַבִּלוּ, בַּקַּרוּ, שַׁבַּחוּ; 2 msc. הַזְדְּמִנְתּוּן. *Imperfectum.* Singl. 3 msc. יְמַלִּל, יְבַקַּר, יְמַגַּר; 2 msc. תְּקָרֵב; 1 com. אֲחַוֵּא; Plur. 3 msc. יְקַבְּלוּן, 2 msc. תְּקַבְּלוּן, 1 com. נְחַוֵּא. *Imperativus.* Plur. קַצִּצוּ, בַּדַּרוּ. *Infinitivus* חַבָּלָה, בַּקָּרָה, כַּפָּתָה, נַסָּכָה; מְשָׁרֵא, מְפַשַּׁר Dan. 5, 12, קַטָּלָה, תַּכָּפָה, בַּטָּלָא. *Participium*, act. מְהַלֵּךְ, מְשַׁבַּח, מְהַדַּר, מְמַלֵּל et מְמַלִּל Dan. 7, 8, 20, מְכַפְּתִין; pass. מְבָרַךְ, מְפָרַשׁ. Partc. Pauʒel est מְסוֹבְלִין.

Hiϑpaʒal. *Perf.* Singl. 3 m. הִתְחָרַךְ, Plur. הִתְנַדַּבוּ, אִתְיָעַטוּ. *Imperfectum* Singl. 3 msc. יִתְבַּקַּר, יִצְטַבַּע, 2 msc. תִּתְחַבַּל. *Infinitiv.* הִתְנַדָּבוּת Ezr. 7, 16. *Particip.* מִתְנַדַּב, מִשְׁתַּדַּר, מִשְׂתַּכַּל, plur. מִתְנַדְּבִין, מִשְׁתַּבְּשִׁין, מִתְקַטְּלִין. Hebraismum sapit מִתְחַנַּן.

Haφʒel, Šaφʒel. *Perf.* Singl. 3 msc. הַשְׁלֵם, הַצְלַח, שֵׁיזִב, שֵׁיזִב, שֵׁיצִיא, 2 msc. הַשְׁפֵּלְתְּ, 1 com. הַשְׁכַּחַת, Plur. הַרְגִּזוּ, הַכְרִזוּ, הַקְרִבוּ, הַלְבִּישׁוּ, הַרְגִּישׁוּ, שַׁכְלִלוּ, 2 msc. הַזְמִנְתּוּן[1]), 1 com. הַשְׁכַּחְנָא. *Imperfect.* Singl. 3 msc. יְהַשְׁפִּיל, יְהַשְׁנֵא, יְהוֹבֵד, אבד $\sqrt{}$, יְשֵׁיזִב; fem. תְּטַלֵּל, 2 msc. תְּהַנְזִק, תְּהַשְׁכַּח, 1 com. אֲהוֹדַעְנֵהּ; Plur. יְהַתִיבוּן $\sqrt{}$ תוב, יְהוֹבְדוּן, יַחְסְנוּן, 1 com. נְהַשְׁכַּח. *Imperativ.* אַתַּרוּ $\sqrt{}$ נתר. *Infinitiv.* הַשְׁפָּלָה, הַשְׁמָדָה, שַׁכְלָלָה sed etiam cum וּת in הַצְלוּת et ante suffixa שֵׁיזָבוּתָךְ, שֵׁיזָבוּתֵהּ, שֵׁיזָבוּתָנָא, הֲקָמוּתֵהּ, הֲתָבוּתָךְ. *Partic.* מְהַקְרְבִין (plur.) מַשְׁפִּיל, מוֹדֵא.

Hiϑtaφʒal aramaismus biblicus non habet, cujus loco, quod dictionem hebraizantem prodit, adhibetur ***Hoφʒal***, forma ***Hištaφʒal*** vero in usu est. Rara exempla nantia in gurgite vasta haec sunt: *Perf.* Singl. msc. הֻעַל $\sqrt{}$ עלל, fem. הוּסְפַת, הָחָרְבַת, 1 com. הָתְקְנַת; Plur. הֻעַלוּ. *Imperf.* יִשְׁתַּכְלְלוּן.

---

1) Dan. 2, 9 ke̥ϑiβ, ubi qe̥ri jubet הִזְדַּמִּנְתּוּן quod אִזְדַּמַּנְתּוּן in trg. Jonath. Gen. 18, 5 scribitur, quod est Hiϑpaʒal.

II. Formas modo enumeratas, si quis comparat cum syriacis, quae adhibentur in libris recentiore tempore inde a secundo post Christum natum saeculo conscriptis, non infitiabitur summam redolere antiquitatem. Primum enim vocales finales תְּקִלְתָּא, כְּתַבוּ, נְפַלָא sunt servatae, et antiquius *i* loco serioris *e* scriptum זְעִק, נְחִת, מְמַלִּל al., deinde vero etiam vestigia quaedam passivi Peꜥal, quod respondet arabico فُعِلَ servata sunt, quae forma postea prorsus in desuetudinem cecidit. Scilicet antiquius *quꜥila* ex §. 13. A. III., VII., §. 36. aramaice mutandum erat in *peꜥil* deinde in *peꜥel*, et re vera hae formae significatione passiva in Aramaismo biblico reperiuntur, ubi syllaba secunda modo *i* scriptione plena et defectiva, modo *e* habet. Exempla sunt מְרִיטוּ *evulsae sunt* Dan. 7, 4, סִפְרִין פְּתִיחוּ *libri aperti sunt* Dan. 7, 10, קְטִילַת חֵיוְתָא = قُتِلَتِ ٱلْحَيَّةُ *bestia occisa est* Dan. 7, 11, לַהּ יְהִב *datum est ei* Dan. 3, 21, יְהִיבַת *datum est* ib. 5, 28, כְּפִתוּ *conjecti sunt* Dan. 3, 21, נְטִילַת *elata est* ib. 7, 4, תְּקִלְתָּא *libratus es* ib. 5, 27, פְּרִיסַת *divisum est* ib. 5, 28, יְהִיבוּ לְשֵׁשְׁבַּצַּר *data sunt Šešbassaro* Ezr. 5, 14. Secundum hanc analogiam etiam תְּקֵל Dan. 5, 25 pro passivo habendum erit, quod si rectum est, etiam מְנֵא non tanquam participium passivi verum tanquam perfectum intellegendum est, ita ut locus nobilissimus מְנֵא תְּקֵל וּפַרְסִין vertendus sit: *numeratum est, ponderatum est et divisiones.* — Gesenius Thes. s. v. תקל formam תְּקִלְתָּא conflatam vult ex partic. pass. cum pronomine אַתְּא, at tum non *teqîltâ* esset exortum, sed *teqîlattâ* vel *teqîlatt* cf. supra §. 59. III. 5. praeterea etiam formae reliquae uti פְּתִיחוּ, יְהִיבוּ, נְטִילַת ex tali compositione explicari omnino non possunt. Nos has formas supra inter activa peꜥal commoditatis caussa recepimus.

III. Mirum in modum summa hujus aramaismi antiquitas infinitivis stirpium auctarum confirmatur, quorum hoc est paradigma antiquissimum הִתְקְטָלָה, קַטָּלָה, הִתְקַטָּלָה, cum suffixis הִתְקַטָּלוּת, הַקְטָלָה, שַׁקְטָלוּת, quorum de ratione, qua cum syriacis cohaereant conferatur supra §. 59. III. 1. Scilicet מ illud accedens, quo utitur Syriasmus proprie dictus, etiam in hac dialecto passim reperitur, sicuti terminatio וּת, ita ut apud Judaeos aramaizantes maximam formandi libertatem inveniamus, cujus loco Syri in libris, non autem in vulgari sermone, quem monstrat Mandaismus, unam eandemque semper adhibent formam. Ita habes infinitivos stir-

pium auctarum per מ formatos מְפַשַּׁר, מְשָׁרֵא Dan. 5, 12, מַבְאָשָׁא, מְהַלָּכָא, מִתְכַּנָּשָׁא, מִסְתַּלָּקָא, מַפָּקָה Trg. hieros. Gen. 4, 16, מְסַבָּרָא Ps. 40, 1, מְשֵׁיזָבָא, מְכַסָּיָא, מִשְׁתֵּיצֵי, מְסוֹבְלָא[1]), מִפָּרְעָא juxta מִתְפָּרְעָא, מוֹבָדָא, (haec 7 ultima in Targ. Jonath. Genesis), et vice versa Inf. Peͦʒal cum *a* finali, e. gr. מִסְּבָה *λαμβάνειν* Trg. II. Esth. fol. סו[a] ed. Basil. 1607.

At sicuti antiquiori formae in ־ָא exeunti מ potuit addi, ita etiam tota formatio in ־ָא potuit neglegi, quo facto infinitivi simplicis formae עַיֵּן Trg. Hieros. Gen. 3, 15, הִתְפָּרַע ib. 3, 24, אִתְפָּרַע ib. 4, 8, thren. 3, 28 exoriuntur, qui deinde terminatione feminini augentur הַנְזָקַת מַלְכִין Ezr. 4, 44. Ita elementa quibus compositi sunt Aramaeorum infinitivi apud Judaeos omnia adsunt, מ scilicet praefixum et affixum ות ante suffixa pronominalia, quae seriore aetate in dialecto orientali (syriaca) in unum conjuncta adhibentur.

IV. Stirps simplex Peͦʒal praeter formam regularem מִקְטַל (juxta מְדַבַּר scribitur etiam cum *y* מִידְבַּר) infinitivo מִקְטוֹל, מִפְטוֹר, מֶחֱטוֹ, מִקְבֵּל et מִקְטוֹלָא utitur, quibus accedit per hebraismum קְטוֹל Gen. 9, 5, Jonath. et c. suff. לְנִטּוֹרְהָא denique forma Syris inaudita מֶעְבְּדֵי (Targ. Jonath.) quacum posset conferri forma ܡܶܥܒܕܘ §. 59. III. 1. si vera esset forma syriaca.

V. Difficultatem haud levem praebent formae לֶהֱוֵה, לֶהֱוֹן et לֶהֱוְיָן, de quibus diligenter et sagaciter egit Fr. Dietrich[2]), et eo cautius de hac forma videtur judicandum, cum in antiquissimo Aramaismo usitatissima sit, deinde in recentioribus libris rarissima[3]) denique in Talmude iterum maximopere adamata. Cum hoc temporum discrimine aliud discrimen convenit usus. Primum enim negari non potest has et similes formas, uti לומר, לימר, ליתן, ליזור (rad. נזר), sensu impersonali tanquam Gerundium adhiberi, at eaedem formae simul sicut Imperfectum adhibentur et pluralis formam nansciscuntur, e. gr. דליתנו לי *ut dent mihi.* Tali modo Gerundivum inveniri in formulis הָיָה לָהֶם לוֹמַר *dicendum est illis,*

---

1) Hebr. מִנְּשֹׂא Gen. 4, 13 in trg. Jon. redditur מִלְּמְסוֹבְלָא in editione Basileensi 1607. At vocalismus מְסוֹבְלָא sicut מִפָּרְעָא, qui ibi legitur, haud dubio in מְסוֹבָלָא et מְפָּרָעָא emendandus est.

2) Abhandlungen zur hebr. Grammatik. Leipzig 1846. P. 180 sq.

3) E targumis duos tantum locos Dietrichius potuit afferre Exod. 10, 28 hierosol.: צָבֵי הוּא פַּרְעֹה לְמְמוֹת וְלָא לֶהֱוֵא שָׁמַע לְמַלְךְ et Exod. 22, 24 Jonathan: לָא תְשַׁוּוֹן עֲלוֹי דְּלֶהֱוֵי עֲלוֹי סָהֲדִין.

נִכְנָסִין לוֹכַל *conveniunt ad edendum*, וְעַל בִּתּוֹ לֵישֵׁב בְּקוּבָּה *et de ejus filia* (*decreverunt*) *sedendum esse*[1]) *in lupanari* primo obtutu patet, at vice versa in דְּלָא לִיפְלוּג לִישָּׁנַיָא *ne discrepent linguae* Imperfectum videtur latere. Locis compluribus inter sese comparatis denique Dietrichius docet in Rabbinismo formam nostram praecipue sensu Gerundivi usurpari, in libris Chaldaicis vero sensu Imperfecti.

Postquam de significatione formae egimus, de origine quaerendum est, de qua variae prolatae sunt sententiae. Rabbini, Buxt. Gr. chld. p. 142, 317, Guarinus, L. de Dieu, Sennertus eam ex infinitivo cum ל compositam censent, ita quidem, ut praefixa מ et א (ה) elisa sint. Quibus obstat, quod terminationes pluralis ו et ָן accedunt, quae si infinitivus esset, accedere non possent. Praeterea quoque, si infinitivus esset, rabbinice non לוֹמַר et לוֹכַל dici posset, sed לֵימַר et לֵיכַל ex אֱמַר et אֱכַל. Forma chaldaica לֵיכוּל (Dukes Sprüche 148) omnino ex infinitivo exorta esse nequit, cum eliso מ praefixo nihil nisi לֵיכַל procedere potuisset, nec certe לֵיכוּל. Itaque post Cellarium alii ut Danzius (Rabbinismus enucleatus §. 55.) docuerunt, ל tertiae personae Imperfectorum praefigi, quo facto proprium Imperfecti praeformativum elidatur, donec Beerius[2]) eo usque procederet, ut ל ex primitivo י praefixi exortum censeret, dum syriacum ܢ iterum ex hoc ל mutatum videretur, ita ut Winerus in sua Gr. chald. propriam Imperfecti formam להוא statuerit. Fuerstius (Lehrgebäude der aram. Spr. p. 114 adn.) Beerium sequitur, at p. 148 לוֹמַר et לוֹכַל infinitivos esse contendit. Beerii sententiam improbandam esse inde colligitur, quod etsi fortasse ל aliquando in י abiit p. 148, tamen exempla non allata sunt, quibus י in ל mutari demonstratur. Winerus propriam Imperfecti formam statuens de explicatione desperavit, nihil igitur restat quam Cellarii opinio, quam novis argumentis Dietrichius studuit confirmare.

Scilicet uti עַד Jes. 47, 7, 1 Sam. 1, 22, Job. 14, 6 al., licet sit praepositio, tamen omisso אֲשֶׁר sive כִּי, in modum conjunctionis

1) De forma לֵישֵׁב cf. Geiger Lehrbuch zur Sprache der Mischna p. 45. Sicuti hoc in exemplo לֵישֵׁב ad femininum rediens necessario est infinitivus ita et in לֶהֱוֵי Dukes Sprüche p. 245.

2) Inscriptiones et papyri Semitici p. 19. Ceterum in papyro Taurinensi non legendum esse להוי sed יהוי imago docet apud Gesenium Mon. Phoen. III. Tab. 30 repraesentata.

adhibitum est, ita et ל cum Imperfecto potuit conjungi, qua in re vix operae pretium est invocare analogiam arabici ل, cum Imperf. naṣbato; itaque forma, de qua agimus, ex Imperfecto processit, ac לוֹמַר nihil est nisi לְיֹאמַר, qua in conjunctione י post praecedens ל resorptum est[1]). In phrasibus vero uti תַּלְמוּד לוֹמַר = תַּלְמוּד הוּא לְיֹאמַר, *doctrina haec* (*est*), *ut* (*quis*) *dicat* = *dicendum est*, eo magis analogia veteris infinitivi לֵאמֹר efficax fuit, quod tertia persona saepe ad designanda subjecta indefinita (germanice *man*, gallice *on*) adhibetur, itaque factum est, ut haec Imperfecta cum ל conjuncta paullatim gerundivi partes susceperint. Quod ubi factum est modo originis memores pluralem effinxerunt, e. gr. דְּלִיתְּנוּ modo infinitivi instar solum singularem adhibuerunt e. gr. נִכְנְסִין לוֹכַל pro לוכלו, unde recte concludendum videtur, totam hanc formulam tempore exortam esse, quo subtilior de linguae indole judicium apud homines hebraice scribentes dudum emortuum erat. — Quod denique contra hanc explicationem afferri solet, solam tertiam personam secundum hanc theoriam cum ל conjunctam inveniri, ideoque, cum hoc a veri similitudine abesse videatur, praestare loco Imperfecti re vera Infinitivum tanquam formae basin accipere, unde per falsam analogiam Plur. in ו factus sit, — id si rectum esset, nihil fere ad rem faceret, sed praeterea rectum non est. Nihil ad rem faceret, quia in forma ad Gerundivi naturam accommodata, necessario longe plurimis in exemplis tertia persona, quae subjecti indefiniti vices gerit, adhiberi deberet; rectum non est, nam ל cum negatione בל conjunctum etiam ante praefixum ת et א habes his in exemplis נֶפֶשׁ נְבָלָה חַיָּבָה עַצְמָהּ לְבַל תָּמוּת עֲדֵי תָרַע לְמַשְׁלִימָהּ נֶפֶשׁ יְקָרָה חַיָּבָה עַצְמָהּ לְבַל תָּמוּת עֲדֵי תֵּיטִיב לְמַכְלִימָהּ h. e. *anima ignobilis obstringit se, quod non morietur donec laeserit benefactorem suum, anima nobilis obstringit se, quod non morietur donec benefecerit obtrectatori suo.* Dukes Rabbinische Sprüche G. 75. הָא כִּתְבֵית אִנּוּן לְאוֹדְעָנָךְ קוּשְׁטָא וּמִלֵּי דִתְרִיצוּתָא *En scripsi haec, ut doceam te veritatem et verba rectitudinis* Prov. Sal. 22, 21, ubi אוֹדְעָנָךְ cf. ps. 32, 5 est 1. pers. Imperf. Quibus addo exemplum mandaicum, in quo etiam prima persona Imperfecti cum hoc ל finali conjuncto cernitur, quod eam ob caussam ad rem nostram facit, quia dialectus

1) Cum י scriptam inveni formam לֶיהֱוֵי Trg. II. Esth. 1, 2 fol. זס[a] ed. Basil. 1607.

mandaica arctissimo cum aramaismo judaico conjuncta est vinculo scilicet utraque dialectus vulgare dicendi genus reddit. Legitur enim in Sidr. rab. ed. Petermann Pars sinistra p. 136 l. 10: כּוּלְהוֹן שֶׁיבְקִית וְאַסְקִית אַבְאַתַאר מַאנְדָא דְחַיֵּיא לְעַיְאפְרֶישִׁינְכוֹן מֶן בִּישַׁיָּא, h. e. *omnia reliqui et ascendi ad locum τοῦ λόγου τῆς ζωῆς ut separem vos a malis.* In his ultimis exemplis ad Impf. figuratum velim adtendas.

His Dietrichii observationibus jam addendum videtur, ubivis in Aramaismo biblico Imperfecto cum ל conjuncto inesse vim quandam finalem, latine saepe per *ut* reddendam, itaque fieri, ut in edictis regum, ad quorum genus dicendi pertineat usus formularum solennium, auctoritatem regiam inculcantium, saepenumero adhibitum sit. Ita habes Dan. 2, 20: Dixit Daniel לֶהֱוֵא שְׁמֵהּ דִּי אֱלָהָא מְבָרַךְ = *sit nomen dei benedictum;* 4, 22 Pellent te ex hominum societate וְעִם חֵיוַת בָּרָא לֶהֱוֵא מְדֹרָךְ *et ut sit cum animalibus agri habitatio tua;* Ezr. 4, 12 יְדִיעַ לֶהֱוֵא למלכא *notum sit regi;* 6, 10 Date sacerdotibus, quae opus habent דִּי לֶהֱוֹן מְהַקְרְבִין נִיחוֹחִין *qui ut sint offerentes piacularia;* Dan. 5, 17 Dixit regi Daniel מַתְּנָתָךְ לָךְ לֶהֶוְיָן *dona tua ut sint tibi.*

B. Chaldaismus recentior.

Cf. Fürst Lehrgebäude der aram. Idiome. Leipzig 1835. p. 110 sq.

I. Loco vocalis *e* apud Syros Judaei aramaizantes plerumque antiquius *i* servaverunt. Itaque scribunt Imperf. תִּקְטוֹל, תִּרְשֹׁם, Infin. מִתְבַּע, Reflex. מִסְתַּכַּל, ubi plerique Syrorum pronunciant *teqṭul, teršum, metbaɜ, mestakkal* cf. §. 59. II. 2. In prima vero Imperf. persona Singl. *e* pronunciari propter א initiale per se intellegitur.

Etiam in ultima syllaba stirpium 'Iϑpeɜel, Paɜel et 'Aφɜel hoc *i* adhibetur, imo contra rectam analogiam in 'Iϑpaɜal et Iϑtaφɜal intensum est cf. IV.

II. In Perfecto Peɜal praeter vocales functionales *a* et *i* (*e*) etiam *o*, ex *ŭ* exortum, haud raro cernitur, cujus in Syriasmo unum tantum adest exemplum ܫܦܘܪ. Ita habes דְּמֹךְ *requievit,* חֲרֹב *siccatus fuit,* שְׁרוֹךְ *quietus fuit,* רְגוֹשׁ juxta רְגִישׁ *tumultuatus est,* תְּרוֹךְ *expulit,* תְּכוֹל *orbatus est.* Verba mediae *i* saepe etiam praeter formam Syriasmo convenientem per *e* pronunciandam, aliam habent

in qua *i* legendum est, prout postulant puncta in libris tradita, e. gr. סְגִיד, סְלִיק juxta סְלֵיק Exd. 19, 8, קְרִיב juxta קְרֵב, קְרֵיב, שְׁכִיב juxta שְׁכֵבְתָּא imo שְׁכַב. Tamen diversarum vocalium significatio functionalis nimium in modum neglegitur, cum in eadem voce duae imo tres vocales vario modo locum habeant, uti in דְמַךְ, דְמִיךְ, דְמוּךְ, אֲחִיד Trg. II. Esth. 1, 2, אֲחַדוּ[1]). Nec mutationes flexionales, secundum quas vocali *a* in Imperfecto respondet *u*, *o*, vocali *e*, *i* vero *a* in neglegentissimo hoc idiomate accuratius tractantur. Nam etsi Intransitiva plerumque habent *a* יֶחֱרַב, יִטְעַם (Perf. טְעֵם, טְעִים at יטעום Bab. bat. Jer. f. 17a), alibi tamen *e* et *u* cernitur, יִרְגֵז, יִרְגּוּז (Perf. רְגִיז, רְגַז *iratus est*), יִתְקֵף (Perf. תְקֵף, תְקִיף *robustus fuit*), ac juxta יִתְקַל Prov. 24, 17 invenitur יִתְקֵל Jer. 50, 32, juxta יִקְרַב Jes. 5, 19, יִקְרֵב Num. 1, 15; denique דְמוּךְ in Imperf. est יִדְמוּךְ; שְׁכִיב, יִשְׁכּוּב. Denique quemadmodum in eadem voce Imperfectum jam *a* habet, jam *e*, ita etiam *a* et *o* inter sese commutantur, qua in re discrimen notionis transitivae et intransitivae quod deprehendisse Fürstius sibi videtur, vix concedi potest. Exemplo sint יִשְׁלַט, יִשְׁלוֹט; יִשְׁבַּק, יִשְׁבֹּק; יִקְבַּל, יִקְבֹּל; יִרְהַט, יִרְהוּט; יִשְׁתַּק, יִשְׁתּוּק; יִשְׁנַג, יִשְׁווּג. Sub finem commutationis *e* et *o* affero exemplum יִתְקֵף, יִתְקוּף. Etiam verba quibus proprie competit *u*, *o* in Imperf. accipiunt *a* יִקְבַּר Gen. 23, 4; 50, 5 (syr. ܢܩܒܘܪ) cujus tamen Imperat. est. קְבוֹר Gen. 23, 6. Cf. C. IV.

III. Vocales functionales sedem suam post secundam consonam tenacius in hoc Aramaismo defendunt quam in Syriasmo, nam etsi analogia syriaca in formis ܩܛܠܬ et ܩܛܠܬ semper potest adhiberi ac dici סְלְקַת, סִלְקֵת, תִּקְפַּת, נִטְּרַת, tamen verba med. *i* et *u* suam vocalem servare student, cujus rei exempla jam in paradigmate Aramaismi biblici supra attulimus. Itaque dicitur סְלִיקַת, בְּשִׁילַת, אִתְנְסִיבַת, סְלֵיקַת 3. f., סְלֵיקֵת, סְלִיקִית 1. c.; קְרֵבַת, קְרִיבַת, שְׁכִיבַת 3. f.; דְחֵילִית, שְׁכִבֵית 1. c.; חֲרוּבַת 3. f.; רְגוּשֵׁת 1. com.; יְדַעֵית, טְמָעֵית ps. 69, 2. דְמַכֵּת 1. c.; אֲמַרַת 3. f.; שְׁמָעִית, יְהָבִית 1. c. Imo in 3. fem. legitur דְבָרֵת Gen. 16, 3, כְשֶׁרֵת Jud. 14, 3, אֲמֵרַת Trg.

---

1) Cave tamen hisce de vario vocalismo observationibus ad constituendum idiomatum discrimen nimiam vim tribuas. Nam ab altera parte inconstans est usus Targumorum, ab altera parte in Syrorum libris non dialectum vulgarem habemus sed scholarum ope excultam. Idioma potius mandaeum, quod pro syriaco vulgari habendum est, linguae targumicae et talmudicae simillimum esse in eligendis vocalibus mox intellegetur.

II. Esth. סט a 1 3. fm. imo אִתְגְּזָרַת. Eodem modo in Plurali vocalis servatur אִיתְכְּנִישׁוּ *congregati sunt* 1 Chr. 19, 8, נְפָקוּ ib. vs. 9, תַּקִּיפוּ vs. 10, אִתְּבָרוּ ib. vs. 19, אַשְׁלְמוּ, פְּלָחוּ.

Praeter formas syriacis respondentes קְטָלַת, קְטֶלֶת etiam aliae passim occurrunt, quarum prior syllaba vocali *a* instructa est uti כַּשְׁרַת, כַּנְשַׁת.

IV. Usus consonae י ad indicandam vocalem *e*, *i* latius etiam extenditur in praefixis quam in Aramaismo biblico[1]), imprimis post א praefixorum Reflexivorum uti איתבלע et post א primae personae Imperfecti etiam in Paʒel scribitur, ubi אֵימַלֵּי Deutr. 32, 1 Jon. אֵימַגַּר Ez. 22, 12 Ven., אֵישַׁוֵּי, אֵיטַלְטֵילִנּוּן, praeter נְהַדֵּר = נֵיהַדֵּר et defective אֲקַיְימִנּוּן 1 Chr. 17, 9 occurrit. Idem in Peʒal תִּיקְטוֹל, תֵּישְׁפַּר fieri per se intellegitur. Idem י et in Paʒel, 'Aφʒel et in 'Iϑpeʒel in syllaba ultima adhibetur, in quibus designando *e* vel *i* inservit. Expl.: הַלֵּיךְ 1 reg. 19, 4, קַבֵּיל Ps. 40, 1, תַּקֵּין ib. 3, עַתֵּידַת Prov. 9, 1 Ven., חַכִּים Trg. II. Esth. 1, 2, חַכֵּימְתְּ Ps. 40, 10. קַבִּילָן Imperf. fem. pl. apud Pseudo-Jon. Genes., אִתְיְלִיד ib., אוֹבִיל Thren. 3, 2, אוֹרִיךְ ib. vs. 25, אִתְיְהִיב, אִשְׁתְּפֵךְ Trg. II. Esth. 1, 2, יוֹלִיד Qoh. 6, 3, נַסְהִיד. Imo in Imperativo Singl. masc. habes עִיבֵּד Genes. Jon. fem. עֲבִידִי. Denique analogia hebraei Hiϑpaʒel effecisse videtur, ut ultima syllaba aramaei 'Iϑpaʒal per *e* vel *i* pronunciata, eamque ob caussam interdum per י scripta sit, cujus rei exempla sint אִתְהַפֵּךְ Ps. 32, 4, אִתְפַּטִּים *saginatus est* Hos. 4, 16, אִתְקַפְּתָא, Thren. 2, 20 מִסְתַּכֵּל. Per se intellegitur etiam in aliis formis e. gr. 'Aφʒel et in Perf. et Imperf. Peʒal med. *e* hoc י tanquam אם קריאה saepissime adhiberi תַּעֲבֵיד Exod. 18, 23 Onk. אַפֵּיק, אַסְהֵיד Exod. 19, 17. 21, vel ex sueta targumorum seriorum in recte servandis gutturalibus neglegentia אַסְעֵיד Thren. 2, 13, דְּחִילוּ *timebant*, רְחִים *amavit* Trg. II. Esth. 1, 2. — Passivum est בְּשִׁילַת Gen. 9, 20 *cocta est* cf. p. 253.

V. Uti in Syriasmo terminationes personales ܘܢ et אן suum *n* amiserunt, ita et in seriore Aramaismo *n* in 2. pers. Perf. plur. ־תּוּן et ־תֵּין et 2. pers. Singl. Inf. ־ין apocopatum est[2]). Habes

1) Vel ad א quod dicitur prostheticum hoc י additur, e. c. 1 Chr. 18, 6 אִיסְטְרַדְיוֹטִין = στρατιῶται, al.

2) Etiam in Plurali nominum ן saepe apocopatur e. gr. Bab. batr. Jerus. f. 17a: חברייא רברבייא אָמְרֵי עדים . חברייא זעירייא אָמְרֵי אין עדים כלום פְּלִיגֵי אלא על העדים; ita etiam Trg. II. Esth. f. סח a2: אַרְבְּעַת אַלְפֵי כָּהֲנֵי בְּחִירֵי,

igitur Perf. 2. pl. msc. קְטַלְתּוּ, fem. קְטַלְתֵּי; Imperf. 2. pers. Singl. f. תִּדְמוּכִי, תֵּעוּלִי, תְּגַלְּיאִי Ruth 3, 4 juxta תֵּדְעִין ib., תֵּימְרִין ib. vs. 3, תִּשְׁמְעִי *audis* fem. juxta תֵּעֲלִין *intrabis* Targ. II. Esth. fol. סט[a1], imo hoc י finale omittitur e. gr. תֵּיעוּל fem. ib. סח[a2], nisi hoc inter errores scribarum est referendum, quod tamen ideo vix crediderim, quod in Mandaismo idem locum habet.

Ab altera vero parte etiam formae in ן exeuntes servatae sunt, itaque habes Perf. 3. masc. מְטוּן, אֲתוּן, עֲנְאוּן *responderunt*, סָהֲדוּן; 3. fem. הֲוָיָן. Etiam forma ܡܢܰܢ cum duplicato affixo haud raro adest, uti הֲוֵינַן *fuimus*, at in verbis sanis ad emolliendam duritiem sonorum inter terminationem *nan* et inter radicem vocalis *e*, *i* interdum inserta est, cf. App. C. IV. 4, 5, quo facto exoriuntur formae אִיתְמְסָרֵינַן *traditi sumus*, אַשְׁכְּחִינַן *invenimus* etc. Alibi et saepius formae קְבִילְנָא, קְטַלְנָא adhibentur Targ. II. Esth. סח[a2].

De terminatione 3. pers. fem. Plur. *ân* in Imperativo monendum est primum consonam ן apocopari, e. gr. נְשֵׁי לֶמֶךְ אֲצֵיתָא לְמֵימְרִי Onkl. Gen. 4, 24, sed etiam servatur, קַבִּילַן, אֲצִיתַן Jonath. ib.; deinde etiam per Hebraismum נא adhibitum invenimus e. gr. אִתְפַּקְּדְנָא Ruth 1, 16. Praeterea etiam in Perf., ubi plerumque אָ— terminatio femininorum est ןָ— invenitur, quamvis haec forma propter vocalismi inconstantiam saepe ad participia videtur pertinere. Nam si Ruth 1, 14 Buxt. legitur וְנָטְלָן קָלְהֵן וּבָכְיָן de participio non est cogitandum sed de perfecto, ideoque legendum נְטַלָן et בְּכָיָן, in qua voce י loco consonae א inter duas vocales primum pronunciatum p. 10 deinde etiam scriptum est. Alibi enim legitur קְרָאָן et חֲוָאָן Fürst Lehrgeb. p. 182, et de י loco א scripto cf. VII.

Hebraismis deinde accensenda est forma 1. pers. Perf. קְטַלְתִּי quam passim in Targumis observavimus, e. gr. חַוֵּיתִי *ostendi* 1 Chr. 17, 10, עֲדֵיתִי *perdidi* vs. 13. Eodemque pertinet usus Cohortativi in *a*, quem monstrat phrasis אִתְקַף וְנִתְקְפָה *fortis esto et fortes simus* 1 Chr. 19, 13 et stirps Puʿal מְזֻמָּן 2 Chr. 2, 4.

VI. Antiquior et recentior Aramaismus Palaestinensis, quod supra docuimus p. 250, praefixa stirpium auctarum *'a* et *'iϑ* saepius per *h* pronunciabat, at Aramaismus Babylonicus semper fere con-

---

ib. f. סחb2: מָאנֵי דְבֵית מַקְדְּשָׁא. Ita etiam ם omittitur קָאֵי = קָאֵים Gen. 18, 10 Jon. et in קא = קאם. Eodem modo ן apocopatur radicale e. gr. סַנְהֶדְרֵי = *συνέδριον* 1 Chr. 18, 17.

sona 'Aleφ aeque ac Syriasmus utitur. Itaque etsi interdum formae ut מְהוֹדַע Targ. II. Esth. 1, 2, יְהוֹבְדוּן Gen. Jon. לְהוֹדָעָא 1 Chr. 17, 19 inveniuntur, longe saepius omisso ה legitur מוֹדַע, ac reflexivarum stirpium ab *h* incipientium usus fere nullus est.

VII. Dissimilationem mediae radicalis in Paʒel geminatae paullo largior copia est in vulgari Judaeorum Aramaismo quam in Syriasmo puro. Itaque dissimilatio efficitur 1) per *n* נַגְדַּר *volvit* √ גְּדַר Gen. 29, 10. מְחַנְגִין Exod. 15, 19 Jon. √ חגג = מְחַנְגִין contractum in מְחַגִּין, resolutum in מְחַנְגִין; 2) per *r* עַרְגֵּל *volutavit* שַׁרְנֵק = שַׁנֵּק *suffocare, strangulare,* קַרְסֵם absumere √ قسم? קַרְצֵף *pectinare, abradere,* כַּרְבֵּל *tegere* cf. כַּבֵּל *ligare* etc. Cf. §. 56. I. B. 3. Loco syriaci Pauʒel apud Judaeos Poʒel adhibetur e. gr. סוֹבַר = ܣܰܘܒܰܪ *pertulit* Onk. Deutr. 1, 31, סוֹפֵיק *sufficere* Deutr. 2, 7 Jon., רוֹקֵן *evacuavit* Gen. 24, 20 Jon., סוֹכַר *obturavit,* אִשְׁתּוֹתַף *consociatus fuit,* אִתְמוֹרַק *abstersit* 2 Reg. 4, 35 (*nares emunxit* quod pro sternutando interpres posuit). Denique pro Paiʒel formam contractam Pêʒel adhibent e. gr. שֵׁיחַן *calefecit* Fürst Lehrg. p. 129 et fortasse שֵׁיזֵיב cf. شرب *durus* et *gracilis* fuit.

VIII. In Participiis distinctionem activi et passivi non satis accurate observari Fürstius p. 133 monuit, מְשֵׁיזֵיב enim Jer. 44, 14 et מְתַקֵּן Jes. 2, 1 sunt passiva, cum e contrario sensu activo cum vocali *a* adhibentur formae uti מְמַנַּן in phrasi שַׁלִּיטִין מְמַנַּן עֲלֵיהוֹן *dominatores praeposuit illis* 2 Chr. 2, 2.

Infinitivorum formae sunt sine incremento כַּפָּרָא Levit. 16, 20, סַיָּעָה *adjuvare* 1 Chr. 18, 5, cum ו abstractorum c. suff. לְבָרָכוּתֵיהּ *ad ei benedicendum,* לְנָחָמוּתֵיהּ *ad consolandum eum* 1 Chr. 19, 2, ibid. 13, 10, sine suff. כַּפָּרוּ Exod. 29, 36 Onk., אַבָּדוּ Ez. 13, 20, et cum *ê* קַבָּלֵי, קַבּוֹלֵי[1]). Accipiunt etiam מ ab initio מְסוֹבָרָא Lev. 4, 9 Jon. juxta מְסוֹבְרָא Gen. 45, 1 Jon., מְנַסְבָא Num. 18, 7, et uti in ultima forma *ā* mediae radicalis elisum est, ita et in forma simplice habes הַלָּכָא Cant. 1, 6, מַלָּלָא Obadj. 12, et cum *u* קַשְׁיוּ Exod. 1, 14. Infinitivi in 'Iϑpaʒal sunt simplices אִשְׁתַּלָּמָא Jes. 42, 9, אִשְׁתֵּיזָבָא 2 reg. 19, 11, אִסְתַּכָּלָא Exod. 3, 6 Onk., et cum elisione vocalis אִסְתַּקְּפָא

---

1) Forma imprimis ut videtur in radicibus tertiae 'Aleφ adhibita סַיּוֹעֵי, רַצּוֹיֵי צַלּוֹאֵי Ps. 22, 25, עַנּוֹאֵי Exd. 1, 11, c. suff. תַּנּוֹיֵי, עַנּוֹאֵיהוֹן juxta תַּנָּאָה, Ps. 89, 16, צַלּוֹיֵי Trg. II. Esth. 3, 8. Recte Noeldekius vocales *o-e* ex antiquiore *ā-ā* exortas censet. Ueber die Mundart der Mandäer p. 138.

Cant. 1, 6, compositi vero מִתְכַּנְּשָׁא Deutr. 32, 1 Jon., מִסְתַּלְּקָא ib. Jerus., et cum ו abstractorum אִסְתַּכָּלוּ Ps. 119, 6, אִתְכַּנָּשׁוּ 102, 23. Rarius *ê* adhibetur אִתְעַכְּבֵי Jud. 3, 36; אִסְתְּכוּלֵי *intellegere.* אִשְׁתְּעוּיֵי Num. 12, 9, et solum מ praefixum cernitur in מִזְדְּוַג Ps. 37, 1.

IX. ʼAφ̥ʼel eandem inconstantiam in usu ultimae vocalis monstrat, quam in ʼIϑpe̥ʼel et Paʼel observavimus, scilicet juxta אַפֵּף et אַשְׁפֵּל formas cum *i* habes אַחִית *deduxit,* אַבְטִיל *cessare fecit,* et aeque atque in Pe̥ʼal haec vocalis contra Syrorum morem saepe servatur אַבְטְלוּ Jes. 30, 11, אַבְטִילוּ 24, 5, אַדְלִיקוּ Ps. 74, 7, quamvis eam elidere liceat אַבְטְלִית Jer. 48, 33. Ante gutturales etiam *a* exstat אַפְלַחוּ Exd. 1, 13 Onk. Infinitivi formae praeter regularem אַקְטָלָא enumerandae sunt מַשְׁמְעָא, אַקְטָלוּ c. suff. אַטְמָרוּתֵיהּ Exod. 2, 3. אַשְׁמִיעוּ, אַפּוֹקֵי, אַנּוֹחֵי *collocare,* אַקְסוֹמֵי *divinare,* denique simplex אַקְטֵל, אַקְטִיל et מַקְטֵל (מַשְׁכַּח).

X. Sub finem agendum est de Reflexivis. Consona ת praefixi את cum Sibilantibus transponitur eisque assimilatur §. 25. I. b., ut אִצְטְנַע, אִזְדַּבַּן, אִשְׁתְּכַח; in radicibus a ד, ט, ת incipientibus, hisce consonis assimilatur. Expl: תִּדַּחְלוּן Trg. II. Esth. yª², אִדַּנְּרוּ *congregata sunt* Thren. 2, 11, אִדַּבְּרַת *ducta est* Trg. II. Esth. ככb², אִדְּלֵי *attollitur* Bab. batr. 16, 2, יִדַּנְקוּן *gement* Ez. 6, 9; אִתְּבָרָא יִתְּבַר *frangendo frangetur* Exd. 22, 13, מִיתַּקְפִין 1 Chr. 19, 12, אִתְּבַע *inquisitum est* Esth. 2, 23, יִתְּלוּ *suspendantur* Gen. 4, 24, אִתְּלֵי *suspensus est* 2 Sam. 18, 9, אִטָּרֵף *discerpitur*, אִטַּמָּרָא *occultari* 1 reg. 22, 25. At hac in re adtendendum est ad peculiarem consonae ט indolem, qua fit ut saepe non geminetur, sed geminatio legitima producta vocali praecedente compensetur. Expl.: אִיטְמַר Perf., אִיטְמְרָא Perf., מִטְמַר Partic. Gen. 3, 6, 7 Jon., אִיטְרֵד ib., אִיטַּמַּר 1 prs. Impf.

Hae assimilationes, quae e rerum natura profectae sunt, nihil miri habent, ac dubium non est, quin Syri quoque eas adhibuerint, quamvis scribendo non expresserint cf. §. 59. IV. 1.; at ejus quoque assimilationis, quam in ἐφφαθά = ܐܶܬ݁ܦ݁ܰܬ݂ܰܚ vidimus, exempla apud Judaeos aramaizantes occurrunt, uti אִיכְּתִיב *scriptum est* pro אִתְכְּתִיב, אִיבְּסַמַת *odoribus praeparata est* pro אִתְבְּסַמַת Targ. II. Esth. ככb² cf. etiam אירמם pro אִתְרְמֵם, איגיר pro אִתְגַּיַּר, מיבעי pro מִתְבְּעֵי al.

Denique adjiciendum videtur in radicibus infirmis post את reflexivorum interdum primam radicalem elidi, expl. gr. אִתְבֵּשַׁת *exsiccata est* pro אִתְיַבֵּשַׁת Gen. 8, 14 Jon., quod etiam in Mandaismo

fit, ac in radicibus primae נ consonam initialem cum ת praefixi coalescere e. gr. אִתַּפַּח pro אִתְנַפַּח Job. 19, 26, איתפח Sanhedr. 96a, יִתַּגַּח Exod. 17, 16 al.; quamquam hic de forma 'Iϑtaφ϶al cogitari potest. Nam simili modo ת praefixi cum א stirpis 'aφ϶el et radicum primae א coalescit אִתּוֹכַל pro אִתְאוֹכַל *cibo alitur*, תִּתַּסַּק *educeris* pro תִּתְאַסַּק rad. סלק, אִתַּחַד *unitus est* pro אִתְאַחַד, אִתַּגְּרָא *mercede conduci* pro אִתְאַגְּרָא.

C. Mandaismus.

Cf. Noeldeke Ueber die Mundart der Mandäer in Actis societatis litterarum Gottingensis. Classis hist. phil. Vol. X. P. 108 sq.

Ex ejus collectione nos formas quasdam depromsimus, quas in textibus invenire non contigit.

Ad plane perspiciendam Mandaeorum conjugationem primum quidem ad propriam eorum orthographiam, qua vocales etiam breves, imo brevissimas (šeβå)[1]) consonis א, י, ו, ע exprimunt, animum adtendas necesse est, deinde vero etiam hoc memoria tenendum est, scriptam inveniri in eorum libris linguam vulgarem, et ita quidem sicuti re vera auribus percipiebatur, neque sicuti ad doctam et historicam grammaticorum eruditionem cum in sonis tum in litteris conformata erat.

In reddenda lingua Mandaeorum nos litteris hebraeis utimur, cum propria Mandaeorum signa sculpta hodie non exstent. At hac in re duplex potest iniri ratio. Nam primum omnes vocales, uti ipsi Mandaei rem instituerunt, consonis א, ו, י, ע possunt exprimi litteris hebraeis, id quod Noeldekius fecit, ab altera vero parte hae vocalium signa omitti ac punctis possunt compensari hebraeis, id quod Petermannus mihi suasit. Tamen utramque rationem lectoribus vix satisfacturam esse censeo, cum si Noeldekium sequor, species orthographiae Mandaeae quidem servetur, pronunciatio dubia maneat, si vero Petermanni auctoritati cedo, pronunciatio quidem pateat, at orthographiae proprietas deleatur. Mediam igitur inii rationem, accurate etiam vocalium signa א, ו, י, ע

1) Šeβå certe per ו, י reddi multis comprobatur exemplis שׁוּמיא = ܫܡܝܐ *coelum*, בְּשׁוּמָאיהוֹן = ܒܫܡܗܝܗܘܢ *in nominibus eorum*, שׁוּמא = ܫܡܥ *audivit*, שׁוּבא *septem*, chald. etiam שׁוּבַע al. Memoriae dignum videtur exempla omnia ab שׁ incipere, ceterum *ŭ* et in Syriasmo litterario contra correptionem in *e* defendi p. 50 adjecimus. De י cf. infra IV. 3. et ex. gr. לִיחְדָאדִיא juxta לְחֲדָדֵיא *sibi invicem* Sidr. rab. Dxt. 120, 8. קאיִמָאנָא בָּא juxta קָאיְמִינָא et קָאיְמִינָא 264 l. 23 var. lect.

transscribens, quibus praeterea puncta hebraea addidi, ita ut nunc omnia plene, ut ajunt Grammatici hebraei, scripta exstent. Denique ne conjectanea mea lectoribus viderer exhibere, Petermannum rogavi, ut quae minus recte scripsissem emendaret, qui quae est ejus humanitas, nec litteris orientalibus nec mihi, suo quondam auditori, voluit deesse et me docuit, sese quamvis adminiculis litterariis ad tempus destitutum, ita ut singula quaeque ad amussin non posset excutere, graviora tamen peccata non vidisse.

I. In formatione personarum vocales finales *u* et *a*, quas neque ipsi Syri etiam pronunciabant, non amplius scribuntur. Deinde in affixo syriaco *nan*, ܩܛܰܠܰܢ, cujus vocalis certe pro brevitate sua saepe tanquam *ä* (uti *a* in anglico h*ä*ppy) pronunciata est[1]), sonus hic ad *e* et *i* inclinatus plerumque non per consonam א sed per י exprimitur, ita ut נין pronunciandum sit *nĕn* sive *nĭn*, haud dubie pro cujusvis hominis et regionis more ac consuetudine; נאן ut diximus rarius invenitur. Denique distinctionem generis in secundis personis, quam luxuriante quasi linguae fertilitate exortam esse p. 194 docuimus, Mandaei tollunt[2]), itaque forma ܩܛܰܠܬܶܝܢ

1) Alia hujus vocalis *ă* inclinationis exempla sunt: שְׁימוּוִיא = ܫܡܰܥܘܗܝ, קֶרְיוּוִיא Sinist. 3, 23 = ܩܪܰܘܗܝ pro ܩܪܳܘܗܝ, שיבקו = ܫܰܒܩܘܗܝ Dxt. 73, 3, 9. praecipue אֲנֵין, אֲנֵען Sin. 5, 11 nos pro אֲנַן; נֵיצְרָאת = Nazareth Dxt. 56, 16, בירכא = ܒܘܪܟܗ Dxt. 72, 17. Chld. טִיבוּ = ܛܰܝܒܘ, בֵיתָא = ܒܰܝܬܐ 1 Chr. 17, 1; 19, 2.

2) Arabes quoque in sermone vulgari 2. et 3. prs. feminina masculinis compensare notum est, Wahrmund Hdb. der neu-arab. Sprache, Giessen 1861 p. 186. Exempla sunt 1001 Noct. I., ۲۸۸ ed. Habicht: رايت اربعين جارية كانهم الاقمار لا يشبع من النظر اليهم وهم لابسين افخر الثيابات فلما راونى قالوا باجمعهم etc. ubi deinde de iisdem puellis adhibetur, بَعْضُهُنَّ, قَدَّمْنَ al. Etiam lingua tigritana fem. 2. prs. plur. amisit cf. opusculum meum Vocabulary of the Tigré Language, Halle 1868, p. 10, 11. Idem linguae amharicae accidit Isenberg Gram. of the Amhar. Lang. p. 63, denique ipsum Hebraismum, eumque antiquissimum, eadem neglegentia laborare docent loci Mich. 1, 13; Jesaj. 32, 11; Cant. 8, 4. Et in targumis תְּקַיְּמוּנַּהּ 2. Plur. fem. *servate eam* Exd. 1, 16 Onk. אוֹחֵיתוּן ib. 2, 10 *festinastis* fem. et in suffixo פְּרַקִּנּוּן *defendit eas* ib. 2, 18. אִמְּהָתָא קוּמוּ *surgite matres* II. Targ. Esth. פסח b 1 יִשְׁמְעוּן אוּדְנָךְ *audiant aures tuae*, כּוּלְהוֹן בְּתוּלָתָא *omnes virgines* ib. פסח b 2.

Itaque linguae omnes neosemiticae formas supervacaneas rejecerunt, quod etiam in Duali locum habet, qua in re legem illam in natura rerum universalem liceat agnoscere, qua res sero exortae, quae quasi summam vis vitalis continent fructum, simulac haec vis imminuta est, primo etiam tolluntur.

rarissima est, formas ܬܩܛܠܢ 2 f. pl., ܬܩܛܠܝܢ 2. f. sgl. nondum inveni; in Prf. sgl. utroque genere adhibetur ܩܛܠܬ, nam etiam in Syriasmi litterarii forma fem. ܩܛܠܬܝ solo ܝ diacritico femininorum §. 32. II. est ornata, quod mandaice scribendo omnino exprimi non posse, ex iis quae supra diximus intellegitur.

II. Praeter formam, quae syriacae ܩܛܠܘ respondet, etiam ditior illa ܩܛܠܘܢ adest, et ejus exempla, אַפְּרִישׁוּן *docent*, עְתְבַאדְרוּן *dispersi sunt* et נִפַּאלוּן *cadunt*, deprehendi (Sidr. rabb. ed. Petermann Pars dextr. 96, 25; 88, 21; 177, 2), plerumque tamen ex finali verbi consona *y* parasiticum procreatur, quo facto exoriuntur formae כְּתַאבְיוּן *keϑaβyun*, *scripserunt*, רְגַאזְיוּן *reγazyun*, *irati sunt;* eodem modo et in fem., ubi ܩ̈ܛܠܝܢ ex primitivo *qetalân* processisse vidimus, idem *y* parasiticum invenimus in voce דְּפְרַאשְׁיָאן . . שְׁכִינָאתָא, *šeχinae quae emanaverunt* (Noeld. p. 109). Plura de origine et effectu hujus *y* parasitici disputavi in Z. d. d. m. G. XXII. p. 273 sq., ubi in omnibus linguis neosemiticis ejus vestigia deprehendi docui. Cf. etiam supra p. 204 adnt. Estne lectio בְּרֵכְיָתָא Targ. 1 Chr. 17, 27 ed. Wilkins error an Yuδ parasiticum?

III. Praefixum את, quod cum per *e* pronuncietur, עת scribendum est, in stirpibus reflexivis solemni modo metathesin atque assimilationem consonae ת concurrentis cum sibilantibus subit, עֶשְׁתְקֵיל *sublatus est*, עְזְדַאהַאר *cavete* Sid. rab. D. 20, 17, עְצְטְבָא *baptizatus est*, מִזְדַאקְרְיָא *conjuncti*, qua de assimilatione conferatur etiam ratio inversa, quam §. 24. VI. d. descripsimus.

Porro ת, si sequuntur dentales ד, ת, ט, cum his contrahitur eodem modo uti in Aramaismo judaico recentiore, cujus proprietas ת omnino ejiciendi (cf. supra App. B. VIII.) etiam in Mandaismo observatur. Expl.: מִידַאמִין = ܡܬܕܡܝܢ Sidr. rabb. P. D. 47, 20; 117, 14, עְתֵרִיץ = ܐܬܬܪܝܨ P. D. 173, 13, עְטַארַאשׁ *obturati sunt*, תִיפְּסִיק = ܬܬܦܣܩ 72, 10 *separaberis*, עְדַאכַּאִיתוּן = ܐܬܕܟܝܬܘܢ *depurati estis;* נִיצְלִיב 58, 15 *crucifixus est;* נִיגְטִיל vel נֵעְגְטִיל *occisus est* Sid. rab. D. 37, 9; 39, 11; 44, 9 = ܐܬܩܛܠ, מִיגְזִיל = ܡܬܓܙܠ *privatur* 38, 5; מִיבְּעְיָא fem. Sin. 6, 1 *postulatum;* מִיחְשִׁיב = ܡܬܚܫܒ *cogitatum est*, Dxt. 41, 15; מִיהֵיבְלוּן = ܡܬܝܗܒ ܠܗܘܢ *datum est eis;* בֵּית דִינָא מִיחַאיַאב *judicii condemnatus* = ܡܬܚܝܒ ܕܝܢܐ ܒܝܬ 43, 18; עְכְלִית juxta עְתִיכְלִית *impeditus sum* = ܐܬܟܠܝܬ Pars sinistr. 134, 16. Quibus Noeldekii addo

exempla: עֶסַּאדַּאר = ܐܫܬܕܪ, עֶתְאמְבַאל = ܐܬܩܒܠ, עֶלַּאבַּאש = ܐܬܠܒܫ, עֶנַּאנְדַּאיְתוּן = ܐܬܢܕܝܬܘܢ *commoti estis*, qui imprimis in Participiis hanc assimilationem inveniri observavit e. g. מֶיחְשֶׁיב = ܡܬܚܫܒ Dxt. 41, 15, מֶיהַּשֶׁימִינֶין = ܡܬܚܬܡܝܢܢ *signati sumus*, מֶיפְּסֶיק = ܡܬܦܣܩ *remotus*, מֶיפַּאסְרֶיא *dissoluti*, מֶיבַּאיְרֶיא = ܡܬܒܗܬܝܢ *pudore affecti*.

IV. Dissimilationes uti in Chaldaismo recentiore ita et apud Mandaeos inveniuntur in Paзel et 'Eϑpaзal e. gr. מֶיתַאנְגְרֶיא *mercede conducti* Dxt. 72, 15, ubi Cod. C. Partc. pass. Paзel praebet מַאנְגְרֶיא pro מְאַגְּרִין cf. Append. B. VII. et §. 25. II. 2. Cf. שַׁאמְבְשַׁאת Dxt. 115, 17 Var. lect.

V. De ratione vocalismi verborum in hac dialecto haec habeo, quae dicam:

1) Vocales functionales in Perfecto non plane cum syriacis conveniunt, nec tamen tam libera earum commutatio cernitur, quam apud Judaeos aramaice scribentes. Nam etsi voces quaedam per *i* (*e*) pronunciantur, quae syriace vocali *a* utuntur uti נְסֶיב *sumsit*[1]), מְזֶיג *miscuit*, נְחֶית *descendit*, tamen hic usus in iisdem vocibus non est constans, cum etiam נְסַאבְתְּ occurrat Sidr. rab. Dxt. 181, 6. Exempla vocalis *u* (*o*), רְחוּם *amavit* juxta רְחֶימְנֶין ib. 176, 4, חֲאשׁוּךְ *obtenebrantur* 3 prs. Pl. Prf. ib. 8, 16, שְׁפוּר *nitescunt* 177, 2 rara sunt, neque ego duo posteriora pro certis habuerim, cum 3. personae Plur. forma primitiva קְטַלוּ vocalem suam finalem interdum in ipsam radicem recipiat[2]), קְטוּל *interfecerunt*, quod in hisce exemplis eo magis credendum est, quod Impf. נֶיחְשֶׁיךְ legitur l. l. 181, 12. Cf. supra B. II.

2) Mutationes harum vocalium flexionales in Imperfecto et Imperativo a consuetudine Syriasmi litterarii haud raro recedunt, qua in re pronunciationem dialecti vulgaris habemus[3]), quam tamen

---

1) Cf. formam chaldaicam נְסֵיבַת *sumpsit* Exod. 2, 3.

2) Scite Noeldekius l. l. p. 110 observavit, interdum in lingua talmudica vocalem finalem ו etsi amissam, tamen praecedentis colorem immutasse, qua in re equidem receptionem vocalis finalis in ipsam radicem cognoscere malim cf. p. 174 not. 2. Ex formis Mandaeorum addo עֱבוּד et עְובוּד Dxt. 67, 16 (Var. lect.) *facitote*, secundum legem universalem enim עבאר dicendum esset cum Impf. sit ניבאר Dext. 92, 3; at vocalis finalis receptione haec forma exorta est, cujus Singl. est עבאר et עיביר 93, 24.

3) Prorsus aequalem vocalismi inconstantiam etiam in nominibus inveniemus, in utroque verum vocum genere vocalismum Mandaeorum saepissime cum Judaeorum aramaizantium convenire, primo obtutu patet.

omni lexicorum adminiculo destitutus ab omni parte vix potero describere. Itaque habes *a*) Perf. *i*, Impf. *u* שְׁכִיב, נִישְׁכּוּב (ܢܶܫܟܽܘܒ) רְחֵים *amavit*, נֵירְחוּם, אֶבְטוּן *concipiam*. *b*) Perf. *u* (?), Impf. *i* חֲאשׁוּךְ, נֵיחְשֵׁיךְ. *c*) Perf. *i*, *a*, Impf. *a*, *i*, נְסַאב, נְסֵיב; נֵיסֵיב, נֵסַאב *sumsit;* לְגֵיט, לְגַאט; נֵילְגַאט *collegit*. *d*) Perf. *i*, Impf. *i*, נְחֵית, נֵינְחֵית (ܢܶܚܽܘܬ) *descendamus* l. l. 186, 3.

Exempla mutationum Perf. *a*, Impf. *u;* Perf. *a*, Impf. *a;* Perf. *u*, Impf. *u*, quarum priores duae etiam apud Syros sunt regulares, colligenda non videntur. Ceterum ex tota hacce vocalismi inconstantia nihil concludendum esse censeo, nisi agi hoc loco de dialecto, cui grammaticorum indigenarum opera semper defuit, sine quorum labore etiam Arabismus non ad miram illam perfectionem grammaticalem perductus esset. Nam si desunt qui sermonem hominum perpoliant ac liment, sermo manet impolitus ac non limatus, neque audiendi sunt, qui perfectionem linguarum grammaticalem pro solo effectu virium linguam formantium accipiunt, nam etiam grammaticorum studia ad linguam suam popularem accedere necessarium est, ceteroquin falsae analogiae, vocalium inclinatio, consonarum enervatio, multa alia perpetuam commutationem efficiunt. Quae omnia experientia docet, ita ut non liceat statuere, nostra quidem aetate linguas mutationibus facilius esse obnoxias, quam nescio ante quot saecula, prudens enim observator easdem in linguarum commutatione leges semper et ubicunque invaluisse censebit, una enim eademque semper fuit hominum natura. De lingua primitiva omni numero absoluta meo quidem judicio desperandum est, etiam lingua primitiva liberrima fuit, et ex ipsa hac libertate explicatur, quomodo linguae filiae exoriri potuerint, quod si eam negas fieri omnino nequit.

3) In Impf. Pe̥ʒal tam saepe in iis personis, in quibus prima radicalis vocali non utitur et secunda per e̥ pronunciatur, hoc e̥ ad primam radicalem rejectum, et pronunciatione dilatata, per י scriptum est, ut haec pronunciatio in dialecto nostra pro regulari haberi possit[1]). Itaque pro *neqte̥lûn*, *neqte̥lån*, *teqte̥lûn*, *teqte̥lån*, dicitur *neqetḷûn*, *teqetḷûn*, תֵירֵיחְמוּן l. l. 178, 7 *amabitis*, תֵיגֵיחְכוּן

1) Prorsus eandem proprietatem phoneticam serior Chaldaismus monstrat, cum pro ܡܫܰܪܝܳܬܳܐ scribatur מַשִׁירְיַית 1 Chr. 18, 9, pro מַדְנְחָא, *oriens*, מַדִינְחָא; syriace in talibus vocibus Me̥haggyånå adhiberetur.

ridebitis, תֵינֶיחְתוּן *descendetis*, sed cum suff. נִילְגִיטוּנָא *eligent eum* 180, 17.

4) In 'Eϑpeˁel, ubi Syri primae radicali, si vocali utitur, semper *a* tribuunt, sive propter vocalis inclinationem vel falsa analogia commoti, Mandaei semper fere י (*e*) adhibent, imo *e* auxiliare simili modo ut etiam in Impf. ad consonam refertur, cui proprie omnino competere non potest, scilicet post ת praefixi ponitur. Ita habes עֶתֶיבְרֶיךְ Dxt. 72, 18 *benedicti sunt*, מֶיתֶימְלֶיא pro ܡܬܡܠܝܐ Dxt. 45, 4, מֶתֶנִיצְבִין pro ܡܬܢܨܒܝܢ, מֶיתֶנִיבְלֶיא = ܡܬܢܒܠܐ, deinde etiam עֶתֶירְחֶיצְנִין 176, 5; 178, 15 *confidimus*, מֶיבֶילְאָ *necessarium illi* = ܡܬܒܥܐ ܠܗ Sin. 5, 6, denique juxta תֶיתְבֶישְׁלוּן 178, 7 legitur etiam cum Syrorum pronunciatione conveniens תֶיתְכַאשְׁלוּן *vacillabimini* 178, 14 et עֶתְמְלֶיא 90, 10. Verba primae Gutturalis pro *e* adhibent *a* e. gr. מֶיתְאַחְזִילוּן *visi illis* Dxt. 51, 20.

5) Etiam alibi, nec tamen ex certa lege, vocalem auxiliarem in pronunciatione interpositam litteris expressam invenimus e. gr. לְגַאטֶית *collegisti* pro לְגַאטַת Noeld. אַלְבֶישֶׁיתִין *vestivistis* Dxt. 184, 21, אַחֶיתֶית *deduxi* pro אַחְתֶית ib. 191, 24, et in forma suffixo instructa pro ܦܪܘܩ *redime nos* פַארְקֶינָאן Dxt. 62, 5. Cf. p. 260.

6) Consona vocalem *e* exprimens ע post praefixa in stirpibus reflexivis plerumque cum י commutatur נִיתֶתְנְסִיב etc., interdum vero etiam ע retinetur, ex. c. נֶעְתְיַאיַאר, נֶעתְקְרֶיא Dxt. 49, 7, 15, נֶעצְטְבָא 54, 4 *baptizatur*. Etiam in Impf. Peˁal tale ע invenitur e. c. נֶעסַאק *ascendet* Sinist. 3, 14, eodemque modo in nominibus quoque adhibetur e. gr. נֶעשִׁימְתָאךְ *anima tua* Sin. 4, 21. Ab altera parte ע reflexivarum stirpium post copulam ו positum aliquando omittitur וְתְהַאשַׁאב Dxt. 93, 15, cod. B.

VI. Expositis Mandaismi cum Syriasmo comparati proprietatibus restat, ut paradigmata exhibeamus, in quibus tamen solum temporum et personarum formationem propondituri sumus, varias stirpes, de quarum derivatione nihil adnotandum videtur, non amplius distincturi. Formae ex analogia fictae in sequenti catalogo non insunt, omnes ex Sidra rabba sunt haustae.

Perfectum. Singularis.

3. m. שְׁכַאן *habitavit*, רְגַאז *iratus est*, גְנַאב *furatus est*, סְהֶיד *testatus est*, קְרֶיב *accessit* Peˁal; עֶשְׁתְקֶיל *portatus est*, עֶתְנְצֶיב *positus est*, עֶתֶירְחֶיץ *fisus est* 'Eϑpeˁel; כַאזֶיב *mentitus est*, בָארֶיךְ *benedixit*,

קַאבֵּיל *accepit* Paзel; עֶתְלַאבַּאשׁ *vestitus est*, עֶסְתַאכַּאר *occlusus est*, עֶתְחָארַאף *pudore affectus est*, עֶשְׁתַאגַּאשׁ *commotus est* 'Eϑpaзal; אַפְרֵישׁ *distinxit*, אַסְבַּאר *sustinuit*, אַדְכַּאר *commemoravit;* si לָא, *non*, praecedit, א omittitur לארכאר = lå 'aδkar Dxt. 185, 22, in 1. Pers. Imperf. vero ע pro א praefixi scribitur ib. 185, 21. 'Aφзel; עַתאכְשַׁאל 178, 8 *ad vacillandum perductus est*, 'Eϑtaφзal.

3. fem. נֵיפְקַאת *exivit*, לֵינְטַאת *sumsit*, בוּטְנַאת *concepit* Peзal; עֶתְנֵיצְבַאת *exaltata est* 'Eϑpeзel; אַלְפַאת *docuit* Dxt. 183, 4, Paзel: אַחְדְרַאת *sese convertit* 'Aφзel.

2. com. נְסַאבְתְּ *sumsisti*, סְגֵידְתְּ *adorasti;* fem. 136, 3 דְרַאשְׁתְּ (scil. נישאמתא anima) *inquisivisti* Peзal; עֶתֵינְצֵיבְת *positus es* 'Eϑpeзel; שַׁאמֵּישְׁת *servivisti*, חַאשֵׁיבְת *cogitasti* Paзel; עֶתְפַארַאקְת *liberatus es* 'Eϑpaзal; אַלְבֵּישְׁת *vestivisti* 'Aφзel; עֶשְׁתַאחַאבְת *liberatus es* 'Eštaφзal.

1 Pers. com. נֵיפְקֵית *exivi*, לֵינְטֵית *collegi* Peзal; שַׁאלְטֵית *vim tribui* Paзel; עֶשְׁתַאלְטֵית Dxt. 76, 15, עֶסְתַאבְרֵית *occlusus sum* 'Eϑpaзal; אַחֵיתֵית *deduxi*, אַזְבְרֵית *extuli* 'Aφзel.

Pluralis.

3. msc. נְפַאל *ceciderunt*, בְּהֵית *pudore affecti sunt*, שְׁפוּר *pulchri fuerunt*, חֲאשׁוּךְ *obscurati sunt*, נְפַאלוּן *ceciderunt*, אַבַאדְיוּן *fecerunt* Dxt. 67, 15, לְנַטְיוּן *sumserunt*, כְּתַאבְיוּן *scripserunt*, סְלֵיקְיוּן *ascenderunt* Peзal; עֶתֵירְסֵין *constricti sunt*, עֶתֵירְכֵין. *inclinati sunt*, עֶתְבַאחְרוּן *electi sunt* Dxt. 58, 3, עֶדְנַאר = אֶתְדְּנַרָא *congregatae sunt* fem. 175, 23, 'Eϑpeзel; מַאלֵיל *locuti sunt*, פַאקֵיד, פַאקַאד *jusserunt*, תַאקְנֵין *erexerunt*, קַאבֵּילְיוּן *acceperunt* Paзel; עֶתְלַאבַּאשׁ *vestiti sunt*, עֶתְבַאדַאר *dispersi sunt* 'Eϑpaзal; אַלְבֵּישׁ c. suff. אַלְבְשׁוּא *vestiverunt*, לָא עֶפְשֵׁיט *non extenderunt* Dxt. 179, 15, 'Aφзel; עֶתאפְרַאשׁ *emanaverunt* 'Eϑtaφзal.

3. fem. plerumque cum masculino convenit, formam פראשיאן cum *y* parasitico supra attulimus.

2. msc. רְחֵימְתוּן *amavistis* Peзal; עֶתְרֵיצְתוּן *erecti estis* 'Eϑpeзel; פַארֵיקְתוּן *redemistis*, חַאשֵׁיבְתוּן *cogitavistis* Paзel; עֶשְׁתַאגַּאשְׁתוּן Dxt. 175, 2 *perturbati estis*, עֶתְאַפַאכְתוּן *vos convertistis* 'Eϑpaзal; אַלְבֵּישְׁתוּן *vestivistis* 'Aφзel.

2. fem. haud raro a masculino non distinguitur, interdum vero terminatio תין adhibetur, ita ut Noeldekii exemplo נְפֵילְתֵין addi possit פַארֵיקְתֵין, אַלְבֵּישֵׁיתֵין, כַּאסִּיתֵין, עֶהאבְתֵין Dxt. 184, 21, 22, ubi aliorum codicum hae sunt lectiones: פֵירֵיקְתֵין, אַלְבַאשְׁתֵין, כַּאסִּיתַאן, cf. Petermann Sidr. rab. Tom. II. p. 70, 12.

1. com. נְסאבְנֶין *sumsimus*, רְחֻימְנֶין *amavimus* Pe̥ʒal; עֲתֻירְחֻיצְנֶין *confisi sumus* juxta עֲתְרְחֻיצְנֶין 176, 6 var. lect. ʼEϑpe̥ʒel; פַארֻיקְנֶין *redemimus*, קַאבֻילְנֶין *accepimus* Paʒel; עֲתְרַאדַאפְנֶין *ἐδιώχϑημεν* ʼEϑpaʒal; אַסְבֻילְנֶין Dxt. 61, 14, אַסְבַאלְנֶין Sinist. 137, 8, ubi cod. Paris. D. iterum אסבילנין praebet, *intelleximus*, אַלְבֻישְׁנֶין *vestivimus*, אַדְכַארְנֶין *commemoravimus* ʼAφʒel.

Pro נֶין etiam terminationem נאן inveniri etsi rarius docent lectiones הֲוַאינַאן *sumus* Dxt. 185, 14 cod. D., אנאן *nos* 72, 8 cod. A. pro אנין. Imo חֲזַאינָא *vidimus* cum Nun apocop. exstat Dxt. 66, 6, et haec pronunciationis inconstantia nihil est, nisi neglegentia etiam in aliis formis obvia, uti אסכאלנין pro אסבֻילנין, כאסיתַאן pro כַאסיתֶין, imo in pronomine הֻינֶין pro הָאנֶין Dxt. 187, 10 cod. C. D. et in Participio ניטיל *interficiens* pro נָאטֻיל Dxt. 122, 6 Cod. B. Sed ad hanc rem digito indicavisse sufficit, plura enim colligere taedet in lingua, cujus summa his in rebus est inconstantia.

Imperfectum. Singularis.

3. msc. נֶישְׁקוּל *sumet*, נֶישְׁכוּב *jacebit*, נִירְוַאז *hilaris erit*, נֶיסַאב *accipiet*, נֶיחְשֵׁיךְ *obtenebrabitur*, נֶיפֻּיל *cadet* Pe̥ʒal; נֶישְׁתֻּיפֻיל *humiliabitur*, נֶישְׁתֻיבֻיק *remittetur*, נֶיתֶינְסֻיב *sumetur*, נֶיתֻיכְרֻיךְ *evolvetur* ʼEϑpe̥ʒel; נֶידַאמֵּא *similis erit* = نَمَثّل, נֶיצַאפֵּית *effinget*, נֶימַאכֵּיךְ *planum reddet* Paʒel[1]); נֶישְׁתַאיַאל *quaeretur*, נֶיתְנַאפַּאש *animatus erit*, נֶיתְכַאמַּאר *occultatus erit*, נֶיתְפַאקֻּיד Dxt. 87, 11 *jubetur* ʼEϑpaʒal; נַאשְׁלֻים *tradet*, נַאפְרֵיש *exponet* ʼAφʒel; נֶיתַאכְשַׁאל *praecipitabitur* ʼEϑtaφʒal.

3. fem. תֶינְהַאר *illuminabit*, תֶיבְטוּל *cessabit*, תֶיבְחוּש *quaeret*, תֶיפּוּק *exiet*, תֶיהְוֵיא *erit* Pe̥ʒal; תֶיתְּרֻיץ *erigetur* rad. תרץ ʼEϑpe̥ʒel; תֶישְׁתַאלַּאט *dominetur* Dxt. 60, 24, תֶיתְיַאקַּאר *honoratur* Sinist. 1, 4 תֶיתְקַאבַּאל *accipietur*, תֶישְׁתַאלַּאט *potestatem accipiet* ʼEϑpaʒal.

2. com. תֶירְחוּם *amabis*, תֶישְׁבוּק *remittes*, תֶיגְחֵיךְ *ridebis*, תֶירְגַאז *iraberis* Pe̥ʒal; תֶיחַאלֵּיף *mutabis*, תֶיחַאמְבֻיל *perdes* Paʒel; תֶיתְיַאקַּאר *honoraberis* ʼEϑpaʒal; תַאגְזַאר *dijudicabis*, *constitues* ʼAφʒel.

1. com. עֶפֻּיל *cadam*, עֶחוּת *descendam*, עֶשְׁכוּב *jacebo* Pe̥ʒal; עֶתְּרֻיץ *praeparavi* Dxt. 57, 22 Var. lect. ʼEϑpe̥ʒel; עֶכַאדְּבָאךְ c. suff. *mentiar coram te* Dxt. 190, 16, עֶכַאסֵּיא *tegi* 57, 22 Paʒel; עֶתְכַאמַּאר *occultabor* ʼEϑpaʒal; in stirpe ʼAφʒel praefixum א saepissime servatur

---

1) In praefixis stirpis Paʒel longe in plurimis vocibus še̥βå̊ in breve e elatum est, quod per י exprimitur cf. supra p. 263 Not.

et ita quidem ut inter praefixum primae personae ע et praefixum stirpis א euphoniae caussa י inseratur, ideoque ex *'e—a* procedat *'eya*. Itaque habes עֱיאפְּרֵיש *separabo* Sinist. 136, 11, עֱיַאסְנֵיא *veniam* Dxt. 190, 23 et a verbo med. ו cum suff. עֱיַאקְמֵינכון 175, 10 *ponam vos* rad. קום, a verbo primae נ cum suff. עֱיאפְּקָא *eduxi eum* Dxt. 57, 20, ubi etiam עֱיַאסְקָא *produxi eum*, rad. סלק, et עֱיַאלְבֵישָׁא *vestivi eum* ib. l. 21. Alibi tamen nihil nisi א legitur e. gr. אַדְכֵירלון = ܐܶܕ݂ܟܪܗܘܢ 180, 9 *commemorabo iis*, et ubi ו copula praecedit in voce וֱיַאקְמֵינכון 175, 9, ע omissum est quod eodem loco l. 10 post copulam ו scriptum est, 'Aφɜel; עֱתַאכְשַׁאל Sin. 134, 10 *labefactatus sum* 'Eϑtaφɜal.

Pluralis[1]).

3. mscl. נֶישֵׁיפְלון *humiles erunt*, נֵיסְקון *ascendent*, נֶינֶיהְרון *nitescent*, נֶיסֶיהְדון *testabuntur*, נֶינֶיצֵיבון *ponent* Pe̥ɜal; נֶישְׁתֵיקְלון *capientur*, נֶיתֵיבְרון *frangentur* 'Eϑpe̥el; cum suff. נֶיכַאסוּנָא *tegent eum* 180, 18 Paɜel; נֶיתְנַאפְּשׁון *animantur* Dxt. 49, 19, נֶיתְפַּארְקון *servati sunt* ib. 50, 2 'Eϑpaɜal; נֶישְׁתַאבְּדון = ܢܶܫܬ݁ܥܒ݁ܕ݂ܽܘܢ *subjecti sunt* Dxt. 50, 11, 'Eštaφɜal.

3. fem. נֶירֶימְזָאן *oculis innuent*, נעהויאן = ܢܶܗܘ̈ܝܳܢ *erunt* Dxt. 12, 19, saepius vero sine ן finali, נֶינֶיטְלָא *interficient* Pe̥ɜal; נֶיתְקַארְבָא *prope admovebuntur*, נֶיתְכַאמְּרָא *occludentur* 'Eϑpaɜal.

2. com. תֶיסֶיהְדון *testabimini*, תֶירֶיחְמון *amabitis*, תֶיגֶיחְכון *ridebitis* Pe̥ɜal; תֶיתְכֶישְׁלון juxta תֶיתְכַאשְׁלון Dxt. 178, 7, 14 *vacillabimini* 'Eϑpe̥ɜel; תֶיזַאבְּנון *vendetis*, תֶיטַאלְמון *opprimetis* Paɜel; תֶיחַאשְׁבון cum ת assimilato, *excogitabitis* Dxt. 41, 12, תֶיתְפַּארְקון *redimemini* 'Eϑpaɜal.

1. com. נֶינְחֵית *descendemus*, נֶישְׁבוק *omittemus* Pe̥ɜal; נֶיתְרֵיץ *erigemur*, נֶיצְטְבָא 186, 3 *nosmet baptizabimus* = ܢܶܨܛܒ݁ܥ, 'Eϑpe̥ɜel; נֶפַארַאק *redimemus*, Paɜel.

Imperativus. Singularis.

com. לְגוט *sume*, כְּדאב *mentire*, פְּראס *extende*, סְגֵיד *procumbe* Pe̥ɜal; עֶתֵיכְפַּאר *apage* 'Eϑpe̥ɜel; קַאבֵּיל *accipe*, חַאלֵיל *profana*, מַאלֵיל *loquere* Paɜel; עֶתְפַּארַאק *redemtus esto*, עֶתְחַאמְבַאל *perditus esto* Sin. 4, 9, עֶתְרַאחַאם *miserere* Dxt. 61, 17 'Eϑpaɜal; אַדְכַאר *commemora*, אַחֵית *deduc*, הַאימֵין *crede* 'Aφɜel; עֶתַאפְּרַאש *disce* 'Eϑtaφɜal; עֶתְרַאורַאב *celebratus esto* Dxt. 71, 2 'Eϑpalpal. Etiam cum *e* prosthetico legitur in Pe̥ɜal עֶשְׁבוק לִיא *remitte mihi* Sinist. 134, 18.

1) De vocalium in 3. et 2. persona transpositione cf. supra V. 3.

Pluralis.

com. a Singulari non distinguitur, itaque אֱכוּל *edite,* דְרוּשׁ *quaerite,* תְרוּץ *pandite,* דְחוּל *timete,* נְהַאר *illuminate,* סְגוּד *adorate* Dxt. 41, 2 Peȝal; עֶתְרֶיץ *firmi estote* 'Eϑpeȝel; קַאבֶיל *accipite,* רַאחֶיק *removete* Paȝel; עֶתְפַארַאק *redemti estote,* עֶזְדַאהַאר *cavete,* עֶזְדַארַאז *accingite vos* Dxt. 20, 17 'Eϑpaȝal; אַזְבַאר *sustinete* Dxt. 18, 8, אַנְהַאר *illuminate* 'Aφȝel; עֶתַאפְרַאשׁ *discite* 'Eϑtaφȝal.

Etiam in hac forma ditior terminatio ון invenitur, at sicuti in Perfecto, ita hic quoque י parasiticum ex ultima radicali processit. Itaque exoriuntur formae סְגוּדִיוּן *adorate* Dxt. 227, 3 Var. lect., אַחְרֶיבְיוּן *devastate,* וְתְרַאחַאמְיוּן *et miseremini.*

Participia[1]). *Activa.*

mscl. תָאבֶיל *fisus,* נָאפֶיל *cadens,* נָאשֶׁים *odoriferans,* fem. אָמְרָא *dicens,* כָאפְנָא *esuriens* Peȝal; מְשַׁאבֶישׁ *perturbans,* מְרַאחֶיק *amovens,* מְפַאטַאר *abstergens* 190, 12, מַאמְלֶיל (sic!) *loquens* Dxt. 53, 9; 60, 6, מְפַארֶיק *redimens* Paȝel; מַאפְרֶישׁ *docens,* מַאשְׁפֶיל *humilians,* מַאמְלֶיךְ *regnaturus* Dxt. 61, 4, מַאסְכֶיל *intellegens,* מַאבְשַׁאל *labefactans* Dxt. 20, 16, מְהַאימַאן, מְהַאימֶין *credens* Dxt. 53, 10, 14, fem. מֶינֶיהְרָא *illuminans* Sinist. 135, 3 juxta Plur. מַאנְהְרִין Dxt. 176, 10 et מַאנְהֶירֵיא Sinist. 136, 2 et מַאנֶיהְרֵיא 135, 12 'Aφȝel.

Passiva.

תְרִיץ *erectus,* כְתִיב *scriptus* Peȝal; מֶיתֶינְסֵיב *sumtus, captus,* מֶיתֶיגְטֶיל *occisus,* מֶישְׁתְפֶיל *humiliatus,* מֶיתֶיקְרֵיא *dictus,* מֶישְׁתֶיבֶיק *remissus* 'Eϑpeȝel; מְתַאקַּאן *firmatus,* מְשַׁאלַּאם *traditus,* מְפַארַאק *redemtus* Paȝel; מֶיסְתַאכַּאר *occlusus,* מֶישְׁתַאלְפֵיא *exuti* 'Eϑpaȝal; מַאלְבַאשׁ *indutus,* מַאדְכַאר *commemoratus* Dxt. 18, 1, מַאפְרַאשׁ *expositus* 'Aφȝel; מֶיתַאשְׁפַאל *humiliatus,* מֶיתַאנְבֵיא *vaticinans* Dxt. 61, 7, מֶיתַאפְרַאשׁ *explanatus* Sinist. 135, 13, 'Eϑtaφȝal.

Adnot. 1. Participia Paȝel post praefixum מ vocalis signo י non ornantur, cujus in Imperfecto latissimus usus. Hoc י vero in 'Eϑpeȝel et 'Eϑpaȝal non omitti solet, unde fit, ut in iis stirpium harum participiis, in quibus ת stirpis characteristicum insequenti consonae assimilatum sive omissum est, hoc י ad distin-

1) Variae formae e flexione nominali procedentes hoc loco non enumerantur.

guendum ’Eϑpe̥ɜel et ’Eϑpaɜal ab Paɜel plurimum faciat, מיחאשבין tali modo esset ’Eϑpaɜal, מחאשבין Paɜel.

Adnot. 2. Quae de notione activa participii ܡܗܝܡܢ §. 59. III. 2. adjecta sunt, etiam in Mandaismo valere, patet. Ex. c. שידקא נטירנא למישריא באיינא 189, 7 *silentium observo, ut solvam quaero.*

Infinitivi.

מֶישְׁבַאן *habitare,* מֶיגְטַאל *interficere,* מֶיפַּאק *egredi,* מֶישְׁלַאם *salvum esse,* מֶיסְלַאק pro ܡܣܩ *ascendere* מֶיגְבֵיל *formare* Dxt. 79, 6 Var. lect. פַּלוֹגֵיא פַּלַאגוּנוּן *distribuendo distribuerunt* Dxt. 112, 17 Pe̥ɜal; בַארוֹכֵיא *benedicere,* יַאקוֹרִיא *honorare,* שַׁאיוֹלֵיא *interrogare,* שַׁאבוֹחֵיא *celebrare,* שַׁאדוֹרֵיא *mittere* Sinist. 2, 8, quae prorsus cum Infinitivis Aramaismi recentioris judaici (cf. supra B. VIII.) conveniunt, Paɜel; אַסְבוֹרֵיא *putare* Sinist. 3, 20, אַרְמֵיא *extollere* ’Aφɜel; לֶיתֶיגְלוֹיֵיא *ad revelandum* ’Eϑpe̥ɜel; עֶשְׁתַאפּוֹיֵיא *profundi* rad. ܫܦܐ cujus ܐ ex §. 24. VI. f. 2. transit in י, עֶתְאַרוֹבֵיא *permisceri* rad. ערב, ’Eϑpaɜal. Praeterea vero etiam מ hisce formis praefigitur, de quo conferendum est App. A. III., itaque exoriuntur מְפַאקוֹדֵיא *jubere* Sinist. 2, 7, מֶיתְיַאתוֹרֵיא *augeri,* מֶיתְכַאנְ נֵיא *circumligari,* denique formae simplici B. VIII. מְזַדֵּיג respondet מֶישְׁתְאַיֵיא = מִשְׁתָּעֵי *enarrare,* Targ. Cant. 5, 10, mutato ע in י.

Denique radices tertiae א a forma syriaca ܡܩܪܐ recedentes in ultima syllaba *e* adhibent, quod cum „Chaldaismo" convenit. Itaque forma est מֶיקְרֵיא Sinist. 2, 7 *vocare,* מֶיגְלֵיא *revelare* 3, 19. Sed exstat etiam forma מֶיקְרָא *clamare* Dxt. 88, 11, eademque etiam chaldaice usurpatur.

VII. Sermonis vulgaris elisiones et synaloephas a Mandaeis etiam scribendo exprimi, nemo erit qui miretur. Itaque, quod haud dubie reliqui Aramaei eodem modo instituerunt, 1) ante praepositiones ב et ל consona ן terminationum ון et תון eliditur, ac dicitur לָא תֶיהַאיְמַאנוּבָא *Ne credatis in eum* Dxt..54, 16, קְרוֹלָא *vocate eum* Sin. 2, 12, נֶעבְדוּבָאךְ *facient in te* ib. 2, 18, נֶישְׁבְקוּלָא *relinquent eum,* אֲמַרְתוּלָא *dixistis ei.*

In 3. persona Plural. Perf. et Imperativi raro forma vocali destituta invenitur Dxt. 72, 11 נְצַאבְלָאךְ juxta עֶנְצַאבְלָאךְ et נְצַאבוּלָאךְ Var. lect., אֲמַארְלוּן *dixerunt eis* Sin. 3, 18, plerumque forma in ון cujus ן ex praecedente lege apocopatur in usu est, הַאיְמַאנוּבָא Dxt. 67, 2, *credunt in eum,* אַפְּרֵישׁוּלָא *docete eum* Dxt. 52, 6, Sin. 2, 19,

אֲמַארוּלִיא *dixerunt mihi* Dxt. 53, 24, אסְגוּבָא *ambulaverunt in ea* Sinist. 1, 11. Etiam in Imperf. וּן eliditur uti ex. c. אֱזִיל לַבֵית רְבֵיא דְנִימַארְלָאךְ *mea ad domum magnorum, ut tibi dicant* Dxt. 77, 1, 13.

2) In 1. pers. Perf. Plur. non נַן adhibetur ante ב et ל sed נָא, ac dicitur דְעֶצְטְבֵינָאבָא *in quo baptizati sumus.*

3) Sicuti vel consona radicalis ל interdum ante ל apocopatur e. gr. Dxt. 56, 19 בְמִיתָא מַאיֶלוּן pro מַאיֶלְלוּן *in mortem introducet eos* ita etiam ת in 1. pers. Sgl. Perf. eliditur, cum conveniat cum ב et ל e. gr. אֲמַארִילְכוּן *dixi vobis* Dxt. 55, 6, 7; 76, 10, טַארִיבָא *vinxi circa eum* 90, 18, פְלַאגִילָא, *distribui ei* ib. 24, תְרַאצִיבָא *posui in eo*, 91, 5, אַשְׁלֵימִילוּן *tradidi eis* 91, 9. Eadem apocope, etiam ubi non ל et ב sequuntur, in lingua talmudica obvia est[1]).

4) In 2. pers. Singl. Perf. inter ת affix. et radicem vocalis auxiliaris aliquando inseritur cf. supra IV. 5, itaque pro מְסַארְתְלוּן dicitur מְסַארַאתְלוּן *tradidisti eis,* לְגִיטַאתְלָא *cepisti eum.*

5) In participiorum Plurali terminationes status absoluti ־ִין mscl. ־ָאן fem. ante ב et ל positae suum ן perdunt e. gr. מְסַאהְדִילוּן *testimonium dantes illis* Dxt. 48, 17, מְפַאשְׁטִיבוּן *extendentes in eis,* מַאלְפִילוּן *docentes eos* ib. 51, 16, פָאסְקִילוּן *abscindentes eis* ib. 55, 17. Imo ם radicale eliditur in דְקָאיִיבָא *in quo stat.*

6) Mera orthographiae est consuetudo, eaque rectissima, quod in vocibus in *e* et *i* exeuntibus, quod per יא exprimitur, consona א in arcta compositione cum pronominibus et cum ב et ל non scribitur, e. gr. מְחַאוִילוּן *exponens illis* Dxt. 53, 11, אֲנָא לָא מֵיתְגְלֵינָא *ego non revelatus sum*, ib. 52, 19.

7) Etiam ab initio vocum synaloephe locum habet, ubi post לָא *non* immediate vox ab א incipiens posita est, e. gr. Dxt. 58, 21, מְפַאקְדִילוּן וְלָאבְדִין = ܦܳܩܕܺܝܢ ܠܗܽܘܢ *jubent illos et (hi) non faciunt*, ib.

---

1) Eodem modo in lingua talmudica בי גמליאל cet. dicitur pro בית ג׳ *schola Gamalielis*, אֵיכָא *existit* pro איתבא. לֵיכָא *non existit* pro לית בא, quorum prius mand. עֲבָא (עת sive עית = ܐܺܝܬ) scribitur. In בית etiam Targum Jonath. ת omittit Gen. 22, 19; 40, 3, Num. 16, 16, *Βεζεθά* porro est בית זיתא cf. Assem. Bibl. or. III. II. 729, qui docet Chaldaeos, i. e. Aramaeos orientales saepissime pro ܒܰܝܬ pronunciare ac scribere arabice بَا. Denique ex hac apocopa explicatur forma status absoluti ܡܰܠܟܽܘ, ܢܶܣܒܽܘ ex ܡܰܠܟܽܘܬܳܐ, quam etiam in Inf. Syrorum invenis, et quae a plerisque non pro apocopata habetur sed pro forma antiquissima ad quam in statu constructo et determinato ת et תא accesserit. Etiam apud Samaritanos habes ࠂࠐࠓࠕ pro גָּפְרִית, *sulphur*, Deut. 29, 23.

67, 10 לאוליבא = ܠܳܐ ܐܳܙܠܺܝܢ ܒܳܗ̇ *non euntes in ea;* e contrario vero לָא cum vocibus ab ע incipientibus non semper contrahitur, e. gr. לָא עֲדָאנִין = ܠܳܐ ܝܳܕ݂ܥܺܝܢ *non scimus* Dxt. 65, 10, 17, ubi variae lectiones לָא יָדְאנִין et לָא עֲדִינִין; eodem modo לָא עֲתְבֵישְׁרָאת Dxt. 70, 22 *non bene egisti*, alibi tamen uti Dxt. 11, 17 לעשכא nihil est nisi ܠܳܐ ܐܶܫܟܰܚ *non inveniam*, contracto א et ע, ita etiam 70, 20 לְעֻיאדְכָאר *non commemorabo*, quod contrahitur ut לְאתָאת *non venit* 115, 2.

8) Praeterea consonae eaedem bis positae in fine et ab initio vocum duarum sese excipientium contrahi possunt uti עֲנאלֵילָאךְ *revelabo tibi* pro עֲנאלֵיל לָאךְ Noeld., מַאמְלֵילִיא *dicit mihi* Dxt. 88, 12, נֶ הִילָאן = ܢܶܬܶܠ ܠܰܢ *det nobis* 109, 7.

VIII. Denique agendum est de levibus illis discriminibus, quae intercedunt inter formas Participiorum cum pronominibus compositorum apud Mandaeos et Syros cf. §. 59. III. Omnia eo redeunt, ut saepissime vocalis *a* in *at* et *nan* (Pron. 2. pers. Sgl. msc. et fem. et 1. prs. Plur.) in *e* deprimatur. Aliquando vero *a* servatum invenimus, quod fieri solet, ubi praepositiones ב et ל cum suffixo sequuntur, ante quas praeterea ex lege VI. 1. ן pronominis נאן elidatur necesse est. Formae igitur sunt:

Singularis.

1. Pers. סָאגִידְנָא *prosternor*, אָבָארְנָא *transeo*, מַאפְרֵישְׁנָאלְכוֹן *explico vobis*. Passive לְבִישְׁנָא *vestitus sum*.

2. Prs. com. סָאגְדִית *prosternaris*, מַאדְכֵירִית *commemoras*, יָאהְבָאתְלִיא *das mihi*. Passive בְּרִיכִית *benedictus es*.

Pluralis.

1. Pers. סָאלְקִינִין *ascendimus*, מִיתְנַאלֵילִינִין *revelati sumus*, sed forma cum *a* שְׁאדְרִינַאן *mittimus* Sinist. 5, 12, nisi est Perf. Paʒel; deinde cum ל et ב conjunctum סָאלְקִינָאבָא *ascendimus in eo*. Pass. תְּרִיצִינִין *erecti sumus*.

2. Pers. Plerumque com. שָׁאכְבִיתוּן *jacetis*, אָזְלִיתוּן *itis*, מְשַׁאיְלִיתוּן *quaeritis*, יָאדִיתוּן = ܝܳܕ݂ܥܺܝܬܽܘܢ *scitis*. Pass. סְמִיכִיתוּן *fulti estis;* cum ב, קָאיְמִיתוּבָא *statis in eo* Dxt. 67, 16, קָאיְמָאתוּבָא Var. lect.

Praeterea raro fem. in תין adest, in eo tamen a Syriasmo litterario recedens, quod Participium ipsum non in forma feminini positum est, ita ut pro ܩܳܛܠܳܢܶܝܢ dicatur קָאטְלִיתִין. Exemplum quod affert Noeldekius est פָאתְחִיתִין *aperitis* fem. et קָאיְמִיתִין *statis*.

Denique cum ב, ל sequente concurrens ן finale apocopatur, e. c. רָאחְמִיתוּלֵא *amatis eum*, בָאיִתוּלֵא *imprecamini eum* Dxt. 15, 3, מֶיזְדַאחְרִיבֵא *custodientes eum* 90, 7.

D. Samaritanismus.

Ex recentiorum hominum scriptis affero Uhlemanni Institutiones linguae Samaritanae, Lipsiae 1837; Petermann Reisen im Orient I. 262. Ejusdem dissertationem in Herzog Realencyclopaedie XIII. P. E. Vilmar Abulfathi Annales, Gotha 1865 P. CVIII. Heidenheim Vierteljahrsschrift Vol. I.—III., quem passim censuit Geiger in Z. d. d. m. G. imprimis Vol. XXI. P. 169. Kohn Samaritanische Studien, Breslau 1868. Plurima me ex Uhlemanno desumsisse lectorem nolo ignorare. Noeldeke über einige sam.-arab. Schriften. die hebr. Spr. betreffend. Göttingen 1862.

Samaritani cum in libris suis nunquam vocalium signa addiderint, haud multa de eorum dialecto addi possunt, leviores enim et fugaces vocalium soni in quibus potissimum dialectorum aramaicarum discrimen positum est, scriptione non exprimuntur, in consonis vero cum reliquis dialectis etiam Samaritanismus prorsus fere convenit. Quodsi vero quaeritur, ad quamnam normam et analogiam pronunciatio textuum Samaritanorum sit instituenda, haud dubie respondendum est, ad normam Aramaismi judaici Palaestinensis, nam quamvis conici possit Cuthaeos illos ex interiore Asia in Palaestinam deductos dialecto usos esse orientali, tamen nota hujus dialecti proprietas, Imperf. cum Nun, Samaritanis deest, quorum contra Infinitivus in *a-a* et Imperf. Plur. fem. in *nâ* cum Aramaismo palaestinensi conveniunt.

Eundem fontem linguae Samaritanorum praeterea etiam nominum status determinatus in Plur. mscl. prodit, qui in *áyya* sive *éyya* exit, haec enim terminatio, quam etiam hodie Samaritani pronunciant, Aramaismo palaestinensi convenit et a babylonico aliena est. Quae cum ita sint tutissimum erit in apponendis vocalibus sequi Aramaismum, qui in Targumis servatus est, at pauca quae procedente tempore Samaritani novaverunt hoc loco accuratius describenda videntur. Omnia me Petermanni orali institutioni debere libenter confiteor, ad cujus librum nunc editum Versuch einer hebräischen Formenlehre nach der Aussprache der heutigen Samaritaner. Leipzig 1868. lectores refero.

I. 1) Gutturales omnes nunquam pronunciantur §. 24. V. f. et saepe promiscue tanquam „matres lectionis“ adhibentur. Quod cum a Mandaismo, dialecto orientali alienum sit, et cum noto

Galilaeorum usu conveniat, Palaestinensis hujus dialecti originis testimonium videtur. Cf. cet. Heidenheim. l. l. III. p. 355.

2) Aspirationem litterarum ב ג ד כ פ ת Samaritani non curant nisi in ב et פ. Ab initio et post syllabam clausam ב pronunciatur ut *b*, post vocales ut *w* (*β*); in textibus aramaicis פ plerumque est *φ* exceptis vocibus, in quibus geminatum est, in textibus hebraeo-samaritanis Hebraeorum leges de aspiratione adhibentur. Itaque ࠐࠉࠍࠃࠎ est *φindâs*, ࠀࠐࠉ *ʾeppi.*

3) Ubi ו signo Dageš instruendum est, tanquam *b* profertur, nec tamen in talibus tantum formis haec pronunciatio adhibetur verum etiam alibi, e. gr. ࠄࠅࠄ *aba*, *fuit,* unde explicatur permutatio haud rara consonarum ࠁ et ࠅ §. 24. V. 1., uti לְבַר = ࠋࠅࠓ Exod. 36, 16.

4) Praepositio ࠁ ante Labiales ࠁ, ࠐ, ࠌ profertur *ba*, ante reliquas consonas cum vocali auxiliari *aβ.* Itaque legitur ࠁࠒࠌࠏࠅࠕࠀ *abqammaʾûta.* ࠋ ante vocales est *l*, ࠋࠀࠋࠄࠄ *lelaʾe*, ante consonas *el* ࠀࠋࠁࠉࠕ *ʾelbêt*, ante ࠋ vero *le̥* ࠋࠋࠀࠄ *le̥liʾa*, at etiam ࠋࠋࠁࠍ *ʾal laβan* Gen. 29, 24, 25, et semper ࠋࠌࠄ *lêma, cur.*

5) Praepositio ࠊ semper profertur *ka;* copula ࠅ ante consonas est *û* ante vocales w; e. gr. ࠅࠀࠓࠏࠄ *wara*, et terra, ࠅࠓࠉࠊࠍࠉ *urikana.*

6) Vocalis finalis *a* saepe ad *e* inclinata profertur e. gr. ࠀࠋࠄࠄ *ʾelaʾe*, deinde finale *e* in *i* solet deprimi, e. gr. ࠉࠄࠉ *jaʾê* sive *jâʾi* erit, ࠌࠋࠊࠉ *malki* reges, stat. constr.

7) Vocalium *u* et *o* per ࠅ designatarum discrimen grammaticum Samaritani non curant sed in ultima syllaba semper proferunt *o*, ࠌࠋࠊࠅ *melko,* ࠌࠋࠊࠅࠕ *melkot* regnum, in media voce vero *u* ࠌࠋࠊࠅࠕࠄ *melkûta*, ita etiam ࠒࠃࠅࠔ *qadôš*, determ. ࠒࠃࠅࠔࠀ *qadûša*, sanctus. In nominibus femininis in *ita* exeuntibus prorsus eadem inter *ê* et *î* ratio intercedit, quae inter *o* et *u.* Itaque ࠓࠀࠔࠉ *rašê,* initium, ࠓࠀࠔࠉࠕ *rašêt* cstr. ࠓࠀࠔࠉࠕࠀ *rašita* determ. Eadem vero ratio alibi non intercedit inter *e* et *i*, nam etsi in Plur. nominum ࠉࠍ pronunciari solet *ên*, tamen in statu cstr. et suff. 1. pers. legitur ࠉ *î,* ࠌࠋࠊࠉࠍ *malkên* reges, ࠌࠋࠊࠉ *malki* cstr., ita et ࠀࠐࠍࠉ *ʾaφ.* rad. פנה legitur *ʾapni*, cujus Imperat. in Peʿal ࠐࠍࠉ aeque *pe̥nê* ac *pe̥nî* pronunciatur.

8) Inter duas vocales positum ࠀ, quocum reliquae gutturales scribendo commutantur, non ut apud Syros et Mandaeos tanquam *y* effertur, id quod Mandaei etiam ad *y* adhibent §. 24. VI. f., verum omnino omittitur. Itaque ࠕࠄࠁ non legitur *taheb* aut *tayeb* sed *ta'eb*, quod est futuri Messiae nomen, *restituentem* et *poenitentem* una designans. E contrario in Aramaismo Judaeorum vel in formis ut תְּהוֹדַע, consona ה transit in י, ex. c. תְּיוֹסֵף = תְּהוֹסֵף Prov. 20, 6, תְּיוֹבְדָנוּן = תְּהוֹבְדָנוּן ib. 1, 32. Buxt. Gr. chl. p. 138.

9) Ante syllabam initialem, quae solo e̥ utitur, vocalis auxiliaris *'a, e, i* auditur, quod potissimum in Participiis et Infinitivis paʒelicis adhibetur. Itaque legendum est [illegible] *'amtamma, miratus*, [illegible] *'amnašba*, flans, et si praepositiones praecedunt [illegible] *lamšammaša ad serviendum*, [illegible] *lamkâna, ad fungendum sacerdotio.* Haec vocalis etiam per ࠀ prostheticum exprimitur, uti in [illegible] *et cepit* Gen. 21, 21, [illegible] *'aφla, aperuit* Pe̥ʒal Z. d. d. m. G. XXI. p. 182, 3, id quod ter occurrit in hac Finasi cujusdam stropha, Cod. Goth. 963:

[illegible]

quae arabice redditur:

يَا أَبُوهُ ٱسْمَعْ كَلَامِى وَٱخْشَعْ
وَعَلَى ٱبْنِكَ لَا تَفْزَعْ ٱللّٰهُ لَهُ يَشْمَرْ

sed accuratius vertenda est: *O pater ejus* (filii circumcisi) *audi verbum meum et de eo gaude, et de filio tuo mirare, et celebra justum* (deum).

10) Vocalis *ă* cum in syllaba aperta tum in clausa saepe inclinatur, dicitur enim *'ela'a deus*, *'eppi* = אַפֵּי *superficies*, at haec non nisi usu possunt disci. Ex hac consuetudine pronunciandi explicatur, cur 1. Prs. Singl. Perf. interdum per ࠀ scribatur ut [illegible] = [illegible] *servivi* Gen. 30, 26, scilicet discrimen inter *a* et *e* cessavit et sicuti *e* pronunciatum est pro *a* ita et vice versa *a* pro *e*. Praeterea ex hac pronunciationis vocalium *a* et *e*, *e* et *i* neglegentia summa in usu homoeoteleutorum procedit libertas et inconstantia, quemadmodum in carmine Abdallae ben Salama legitur:

[illegible]

Quibus addenda videtur haec stropha ejusdem Abdallae, qua comprobatur etiam Gutturales in homoeoteleutis non curari:

(וְחַבִּיבִי) ࠅࠏࠁࠉࠁࠉ· ࠇࠕ ࠍࠄ: ࠃࠁࠄࠌ· ࠌࠕࠒ ࠁࠉ:
ࠃࠁࠓ· ࠃࠁࠉࠓ· ࠍࠕࠉࠁ: ࠁࠌࠋ· ࠏࠅࠁࠃࠉࠅ· ࠌࠁࠉࠇ:

II. His praemissis transimus ad comparandam personarum formationem Samaritanorum *in Perfecto* cum reliquis dialectis. Atque hac in caussa gravissimum est, 1) quod in 2. pers. fem. Sgl. Perf. vetustissima vocalis *i* in fine per Yuď exprimitur, quod non pro diacritico femininorum §. 32. II., cujus nulla apud Samaritanos exstant vestigia, potest haberi. Itaque scribitur ࠏࠁࠃࠕࠉ *fecisti*, Gen. 3, 13, ࠕࠌࠇࠕࠉ *mirata es,* 18, 15.

2) In 1. prs. Plur. Perf. ditior terminatio ࠍࠍ longe plurimum adhibetur, simplex ࠍ raro invenitur. Expl.: ࠏࠆࠓࠍ *reduximus* Gen. 44, 8, ࠌࠋࠋࠍࠍ *locuti sumus* Num. 21, 7, ubi aliud verbum scribitur ࠇࠈࠉࠍࠍ *peccavimus,* ࠆࠅࠓࠓࠍ *alimur* Ges. Carm. sam. III. 15.

3) Aliquando Arabum more 3. pers. mscl. Plur. ࠀ additum videtur, cujus rei et apud Hebraeos quaedam exstant exempla (הָלְכוּא Jos. 10, 24; Jer. 28, 12; 10, 5; Ps. 139, 20 Gesen. Lehrgeb. p. 264), uti Gen. 49, 23 ࠏࠋࠌࠅࠀࠄ *oppresserunt eam* et Num. 32, 39, ࠊࠁࠔࠅࠀࠄ *deleverunt eam* ante suffixum fem.. Rara tamen sunt exempla, id quod etiam de forma Hebraismum sapiente ࠏࠁࠃࠕࠄ *fecisti* msc. Gen. 20, 6 dicendum est, in qua ࠄ contra communem consuetudinem appositum est.

4) In 3. pers. fem. Plur. legitimum ࠉ, quod plerumque scribitur, interdum etiam omittitur et vocalis vocis *qetale* Syrorum more apocopatur. Expl. ࠀࠕࠉࠋࠃ *natae sunt* Gen. 6, 1 juxta ࠒࠈࠋࠉ.

5) Forma denique maxime memorabili utitur 2. pers. Perf. in Singl. et Plur., scilicet juxta terminationem longe vulgatissimam ࠕ et ࠕࠅࠍ etiam ࠊ et ࠊࠅࠍ Aethiopum more adhibetur. Itaque quamvis plerumque ࠏࠁࠃࠕࠅࠍ etc. legatur, tamen etiam a radicibus tertiae א, י, in aliis formis enim nemo hodie terminationem de qua agimus certam invenit[1]), derivatur ࠕࠋࠉࠊ *appendisti*

---

1) De voce ࠀࠒࠓࠊ quam Ges. explicuit *refrigerasti* Carm V, 8 ('Aφ3el rad. قَرّ cum affixo ࠊ) dubito, cum post Particulam ࠃ Imperfectum exspectetur et תְּקַר coniciendum sit. Itaque pro ࠃࠀࠒࠓࠊ, quod Gesenius solvit דְּאַקַּרְתְּ *ut refrigeres*, ࠃࠀࠁࠒࠊ = ܕܣܘܥܕ *auxilium* legere malim. Ceterum de loco male edito cfr. Heidenheim l. l. II. 463.

Gesen. carm. sam. I. 11., [Samaritan] *revelasti* ib., [Samaritan] = بَسَطْتْ *extendisti*, [Samaritan] *operuisti* II. 6, [Samaritan] *creasti* II. 12, [Samaritan] *fuisti* V. 1, et cum suff. [Samaritan] compositum [Samaritan] *produxisti eos* rad. נדי I. 4, juxta [Samaritan] II. 12, III. 17, quibus accedit in Plur. [Samaritan] *ivistis* Gen. 42, 38. Formam cum *k* derivatam, praeterquam quod ab Aethiopibus adhibeatur, etiam in dialecto Melitensium inveniri Gesenius post Vasallium docuit Carm. sam. p. 43[1]).

6) Hebraismis multis cum Targum samaritanum[2]) tum carmina horum hominum adspersa sunt, qui hebraicam linguam hodie melius intellegunt quam aramaicam, ita ut versio samaritana nostra aetate non amplius legatur[3]). Hisce Hebraismis adnumerandus est usus 3. pers. fem. Singl. in [Samaritan] uti [Samaritan] Levit. 5, 1, [Samaritan] vs. 17. cf. Deut. 20, 11, 12; 25, 11, Exod. 23, 28, Num. 16, 30; aeque atque usus 1. pers. Sgl. in [Samaritan] uti [Samaritan] Gen. 19, 34, [Samaritan] 21, 30 *fodi*, [Samaritan] 27, 4 *amavi* 9, 13; 26, 9 al. Imo juxta [Samaritan] [Samaritan] [Samaritan] legitur [Samaritan] in carmine Abdallae cujusdam.

III. In *Imperfecto* 1) Hebraismum sapit apocope consonae *n*[4]) in fine positae in terminationibus [Samaritan] et [Samaritan], quae Syris prorsus est inusitata. Exempl.: [Samaritan] *deficient* Gen. 8, 22, [Samaritan] *videbunt* 12, 12, [Samaritan] *ibunt* Exod. 32, 1, [Samaritan] *timebunt* Deutr. 31, 12. Parem Hebraismum denique habes Deutr. 33, 19, ubi juxta formas aramaeas [Samaritan] [Samaritan] *sacrificia puritatis* hebraice legitur [Samaritan] *sacrificabunt*. Forma [Samaritan] (2. pers.) comprobatur exemplo [Samaritan] *comedetis* Gen. 3, 1; 12, 12, Exod. 23, 11. In 2. pers. fem. Singl. raro forma cum [Samaritan] invenitur, ut [Samaritan] *accipies* Gen. 30, 15; plerumque forma apocopata adhibetur, ut [Samaritan] [Samaritan] *ne time* Gen. 21, 17.

---

1) Exemplo est melitense: ǵebk-še-taḥdem = جبك شيا تخدم *attulisti rem (quam) facias?*

2) In codice Goth. anno 963 versio Samaritana re vera [Samaritan] appellatur.

3) Sie haben den hebräischen Pentateuch mit samaritanischen Lettern geschrieben und lesen ihn in ihren Synagogen nur hebräisch vor, die samaritanische Uebersetzung ist fast ganz ausser Gebrauch gekommen, da sie das Hebräische besser verstehen. Petermann Reisen im Orient I. p. 285.

4) De apocope consonae *n* apud Judaeos aramaizantes cf. Appendix B. V. p. 259. In Perf. forma cum [Samaritan] rara est, e. gr. [Samaritan] Gen. 3, 6.

2) In 1. pers. Singl. pro legitimo ࠀ etiam alias gutturales hac in dialecto scribi per se intellegitur, itaque non est cur mireris, cum Exod. 4, 18 ࠄࠕࠅࠁ pro ࠀࠕࠅࠁ *redibo* scriptum exstet[1]).

IV. In *Imperativo* fem. Plur. forma cum syriaca conveniens ࠀࠑࠉࠕࠉࠍ *adtendite* (Peš. ܨܘܬܝ̈) reperitur juxta ࠔࠌࠏࠍ *audite*, quae quidem ad litteram ex Hebraico textu transscripta est, cujus tamen et alia exempla non desunt ࠆࠏࠒࠍ *clamate* Exod. 2, 20. Praeterea etiam terminationem Hebraismi et Aramaismi judaici in ࠍࠄ exstare Uhlemannus docet, neque vero exemplis confirmavit. In fem. Singl. terminatio solet esse ࠉ ut ࠒࠅࠌࠉ *surge*, ࠎࠁࠋࠉ *porta* Gen. 21, 18, ࠀࠒࠐࠉ *corroborator, cape* ib.

V. De *Participiorum* formis nihil monendum est; conveniunt cum syriacis, Participium Paʿel cum vocali auxiliari pronunciandum esse supra I. 9 docuimus. Addendum vero est praeter formam ࠒࠈࠉࠋ etiam aliud passivum ࠒࠈࠅࠋ (qetol, emphat. qetula I. 7) exstare, quod quidem si quis pro Hebraismo habet non recuso. Invenitur enim eadem forma haud raro apud Mandaeos, ita ut in occidentali Aramaismo aeque atque in orientali adhibita sit, quamvis in Syriasmum litteralem non recepta. Cf. mandaice עֲנִכוּסְתָא *mactatum* (rad. ܢܟܣ) al. et apud Samaritanos ࠋࠁࠅࠈ *maledictus* Gen. 3, 14, ࠀࠎࠅࠓ *vinctus* 40, 3. Ceterum ࠋࠁࠅࠈ nihil est nisi syr. ܠܘܛ *maledicere*, qua ex voce aucto sono ו in ב verbum firmum exortum est.

VI. *Infinitivos* Samaritani eodem modo formant uti Judaei aramaizantes, si unam formam קְטוֹלֵי, אַקְטוֹלֵי excipis, qua raro utuntur. Itaque habent in Peʿal ࠌࠒࠈࠋ *meqtal*, praeterea etiam cum ࠅ ultimae syllabae, praesertim si Hebraeorum Infinitivo absoluto respondet, ࠌࠔࠌࠅࠏ Gen. 3, 6, Exod. 15, 26, ࠌࠒࠓࠅࠁ Gen. 35, 26, ࠌࠐࠕࠅࠇ *aperiendo* Deut. 19, 11, et cum suffixo ࠊࠌࠔࠌࠅࠏࠅࠍ *cum audirent* Gen. 34, 7. — In stirpibus auctis *m* solet praefigi, at etiam terminatio *a* servatur, ita ut ࠋࠌࠒࠃࠔࠄ legendum sit *lammeqaddåšå*, ࠋࠌࠔࠋࠌࠄ *lammešallåmå* Exod. 29, 33, ࠌࠎࠋࠇࠄ *mesallå'å* 30, 16. Alia vide 36, 18, Levit. 1, 4; 16, 17, Num. 8, 19; 24, 1. Hoc *m* tamen etiam omitti potest, im-

---

2) Vox recte per ࠇ scribenda cum ܚܘܪ convenit, quod etiam mandaice per ו scribitur חואר. Forma allata est 'Aφʿel = ܐܚܘܪ.

primis in 'Aφ3el uti ࠀࠐࠓࠒࠄ *'aφrāqā redimere* Lev. 27, 19, ࠄࠅࠋࠃࠄ Gen. 5, 4 = הוֹלִידוֹ; ࠄࠎࠊࠋࠄ Num. 22, 30 *consuescendo*, ࠀࠓࠇࠒࠄ *'arāqā, removere,* Deutr. 7, 26, sed etiam in Pa3el ࠒࠃࠔࠄ *sanctificare* Exod. 20, 8, ejusque usus in 'Eϑpe̥3el et 'Eϑpa3al auctore Uhlemanno p. 54 prorsus est nullus. Eodem modo etiam ࠄ deesse potest uti in ࠌࠕࠅࠕࠁ Inf. 'Eϑtaφ3al Gen. 47, 4 *manere* rad. יתב. Hoc *a* interdum non uno ࠄ sed per ࠀ et ࠄ scribitur, ita ut ࠌࠒࠈࠋࠄ et ࠌࠒࠈࠋࠀࠄ eadem sit forma.

In statu constructo terminatio *ā* abit in *at*, haud raro vero etiam formae in *ut* adhibentur. Exempla sint ࠋࠌࠒࠃࠔࠕࠉ *lame̥qadde̥šāte, ad sanctificandum me*, ࠋࠌࠒࠃࠔࠀࠕࠄ *lame̥qadde̥šāte* Num. 20, 12, Exod. 28, 3, ࠋࠌࠔࠋࠇࠕࠍࠍ *lame̥šallatnan* Exod. 13, 15 *ad dimittendum nos*, ࠌࠋࠁࠈࠕࠅࠍ *'amlabbe̥ṭātun* Deutr. 1, 11, 8, 2 *affligere eos*, ࠌࠇࠊࠌࠀࠕࠊ *mākemātak* Deutr. 8, 3 *docere te*, 'Aφ3el, ࠋࠌࠐࠒࠕࠍࠍ *'ḁlmappe̥qatnan* Exod. 14, 11 *ad educendum nos*. — Hisce in formis aliquando etiam *Yuδ* parasiticum exortum et litteris expressum est e. gr. Exod. 16, 1 ࠋࠌࠐࠅࠒࠉࠕࠅࠍ quod proferendum videtur *'ḁlmippoqyatun, exitûs eorum* cf. chald. מַפּוֹק, unde etiam sine terminatione *at* derivatur ࠋࠌࠐࠅࠒࠉࠅࠍ *'ḁlmipoqyun* Num. 1, 1 cum eodem *y* parasitico, de quo cf. Z. d. d. m. G. XXII. p. 275. — Terminationem *ut* habes in ࠀࠎࠊࠌࠅࠕ 'Aφ3el Deutr. 20, 9, ࠀࠕࠇࠊࠌࠅࠕ· ࠉࠅࠎࠐ Gen. 45, 1 *in manifestando Josephi*, ࠁࠀࠎࠕࠋࠒࠅࠕ· ࠏࠍࠍࠄ *in se extollendo nubis* Exod. 40, 36 et cum suffixo ࠀࠐࠒࠅࠕࠉ = τὸ ἐξάγειν μου Exod. 13, 8, ࠄࠒࠓࠁࠅࠕࠄ = τὸ προςφέρειν αὐτοῦ Lev. 7, 16. Eademque, quod a Syriasmo litterario abhorrere supra §. 59. III. 1. diximus, in Pe̥3al exstat, qua in re id imprimis videtur memorabile, quod tum etiam *m* praefixum deesse debet, ita ut formam simplicem nominis abstracti habeamus. Nam ࠌࠒࠈࠋࠅࠕࠄ quod legitur Gen. 14, 17 contractum est ex ࠌࠍ· ࠒࠈࠋࠅࠕࠄ, sicuti ࠀࠋࠉࠕ Gesen. Carm. 5, 8 ex ࠀࠍ· ࠋࠉࠕ exortum est, et in aliis hujus formae exemplis *m* non adest: ࠏࠐࠎࠅࠕࠊ Gen. 3, 19 τὸ σήπεσθαι σου et ࠏࠆࠓࠅࠕࠄ τὸ ὑποστρέφεσθαι αὐτοῦ Gen. 14, 17 etc. Ab altera vero parte Infin. Pe̥3al cum simul *m* et *a* exstat ࠌࠉࠌࠓࠄ = לֵאמֹר Gen. 22, 20; 24, 7.

Denique forma קַטּוֹלֵי Pa3el apocopato *e* deprehendi videtur in ࠌࠋࠅࠋ *mallol, dicere*, Gen. 37, 4; 50, 17; Deut. 5, 28, et in

ࠂࠔࠅࠔࠄ *gaššose* τὸ ἀγωνίζεσθαι αὐτοῦ Gen. 32, 25, quam Uhlemannus p. 85 pro Infinitivo Peͦʒal habuit, qua in re rectum vix assecutus est. Huc referendum est etiam ࠁࠓࠅࠊ = בָּרֵךְ Gen. 22, 17.

Hebraismis denique adnumerandae sunt formae Infinitivi absoluti, uti ࠄࠋࠅࠊ = הָלוֹךְ Gen. 12, 9, ࠋࠀࠌࠓ = לֵאמֹר 26, 7; 31, 1, ࠋࠏࠔࠅࠕ = לַעֲשׂוֹת Gen. 19, 22, ࠈࠓࠅࠐ = טָרֹף 37, 33. Praeterea etiam Infinitivo constructo Hebraeorum utuntur Samaritani, cum saepe in Versione Pentateuchi non solum verbum verbo, verum etiam littera reddere studuerint litteram, eumque plurimum videmus adhibitum cum suffixis conjunctum. Qua in re vocalis *o* ad primam radicalem plerumque non reicitur e. gr. ࠁࠇࠋࠅࠇࠊ Exod. 29, 36 ἐν τῷ ἀφιέναι σου, ࠏࠓࠅࠕࠄ τὸ ποιεῖν αὐτοῦ Gen. 18, 7, ࠒࠓࠁࠅࠍ τὸ προςιέναι αὐτῶν Exod. 28, 43[1]), cf. Exod. 30, 20; 21, 8, Levit. 7, 36, Deutr. 16, 13, quod apud Hebraeos raro fit, cum vice versa apud Samaritanos raro ad primam radicalem reiciatur e. gr. ࠋࠏࠓࠅࠕࠊࠅࠍ Deutr. 4, 14 *ut faciatis*, ࠁࠉࠅࠌ ࠌࠅࠕࠊ Levit. 7, 38 τῇ ἡμέρᾳ τοῦ ἐπιτάσσειν αὐτοῦ. Utrum vero Infinitivorum formae omni incremento destitutae, ut ࠀࠓࠇࠒ Exod. 33, 7 *removere*, ࠀࠇࠓࠌ *anathematizare* Deutr. 3, 6, ࠀࠔࠌࠃࠄ *perdere* Deut. 9, 8, pro Hebraismis sint habendae necne, haud patet, cum easdem formas et in Aramaismo judaico invenerimus cf. p. 254.

E contrario vero Samaritanorum dialecto proprium est ad utramque Infinitivi Peͦʒal formam ࠌࠒࠈࠋ et ࠒࠈࠅࠋ addere terminationem *a*, ࠀ, e. gr. ࠌࠏࠁࠃࠀ Gen. 8, 12 *facere*, ࠌࠉࠌࠀ Exod. 13, 19 *jurare*, ࠌࠄࠊࠀ 11, 6 *ire*, ࠋࠌࠓࠂࠌࠀ Levit. 24, 16 *lapidare*, nisi vox posterior ad stirpem Paʒel pertinet. Ejus loco ࠄ additur in ࠌࠆࠅࠋࠄ *ire* Gen. 31, 30 *mizole*, scilicet in fine vocum *a* et *e* confunduntur.

Denique forma Infinitivi, si fas est hoc nomine uti, Samaritanis omnino propria in fine accipit consonam ࠍ, quod quo modo explicandum sit, ambigo. Exempla sunt: ࠌࠍࠈࠓࠍ ࠍࠈࠓࠄ Levit. 19, 20 *servando est servata*, ࠌࠃࠊࠓࠍ ࠃࠊࠓ *memorando memorabit*, Gen. 50, 24, 25, Exod. 3, 16; 13, 19, in quibus si ܦܘܪܩܢܐ *redemtio* et ܕܘܟܪܢܐ *memoria* comparantur, nihil nisi verum nomen videtur latere.

---

1) Ita pro ࠒࠓࠁࠅࠌࠅࠍ legendum esse patet.

VII. Sub finem pauca monenda sunt de stirpium formatione, in qua Samaritani penitus fere cum reliquis Aramaeis conveniunt. Itaque 1) Ab initio praefixorum aeque ࠀ atque ࠄ scribi posse ex I. 1 sequitur.

2) In 'Eϑpeʒel et 'Eϑpaʒal ordinaria dentalium et sibilantium metathesis et assimilatio locum habet, ࠀࠔࠕࠐࠊ *effusus est* rad. ࠔࠐࠊ, ࠀࠆࠃࠏࠒ *vocatus est*, rad. ࠆࠏࠒ, ࠀࠑࠈࠏࠃ *deprehensus est* rad. צור. Insequenti dentali ࠀ praefixi assimilatur, quo facto scribendo non amplius exprimitur itaque ࠀࠕࠒࠐ proferendum est *'itteqeφ, obduratus est,* ࠀࠃࠁࠒ *'iddeβaq, adhaesit,* ࠀࠈࠌࠓ *'ittemar, absconditus est.* Assimilatio consonae ࠀ eodem modo, quem supra B. IX. p. 262 descripsimus, etiam in vocibus invenitur, quae non a dentali incipiunt, itaque ࠀࠊࠍࠔ *congregatus est,* ࠀࠒࠈࠋ = הִכָּה Num. 25, 14, ࠀࠒࠁࠓ *sepultus est,* ࠀࠌࠋࠉ *repletus est,* ࠀࠍࠔࠌ = אינשם *respiravit* stirpibus reflexivis adnumerandae sunt, quarum ࠀ assimilatum est. Imo prorsus elisum est hoc ࠀ in voce ࠌࠉࠋࠃ Gen. 21, 3 *natus* pro מִתְיְלֵד.

3) In 'Aφʒel syllaba posterior haud raro per ࠉ scribitur ut ࠀࠑࠋࠉࠇ *'aṣle prospere succedet* Num. 14, 41, ࠀࠇࠁࠉࠋ *'aβel, perdam* Gen. 18, 28, ࠉࠔࠀࠉࠓࠅࠍ *yašerun, relinquent* Num. 9, 12, ࠕࠔࠋࠉࠌ *tašlem, pacem facies,* ࠕࠑࠌࠉࠇ *taṣme, germinabit* Deut. 29, 23, ࠌࠏࠁࠉࠓ 18, 10 *maber, traducens,* ࠌࠃࠊࠉࠓ *madker, commemorans* Gen. 41, 9 al.

4) In 'Eϑtaφʒal praefixum uno tantum ࠀ scribitur, quo fit ut a reliquis stirpibus reflexivis non forma scripta sed significatione tantum distinguatur. In iis vero verbis, quae a sibilante incipiunt, metathesis non potest locum habere itaque scribitur ࠀࠕࠎࠂࠓ *'ettasgar, conclusus est* Num. 12, 15, ࠀࠕࠎࠊࠌࠉ *'ettaskame, praeteriti sunt anni* Gen. 41, 53. Etiam in verbis, quorum prima radicalis est ࠍ vel ࠉ vel ࠀ, eam ob caussam 'Eϑtaφʒal sua forma distinguitur, quia in 'Aφʒel ࠍ assimilatum, ࠉ et ࠀ mutatum est in ࠅ, quae consonae in 'Eϑpeʒel et 'Eϑpaʒal servari solent. Expl.: ࠀࠕࠐࠒ *'ettappaq, eductus est* Gen. 38, 25, ࠀࠕࠅࠒࠃ *'ettuqad, combustus est* Lev. 6, 30, (23), ࠀࠕࠅࠓࠊࠅ *ettureku, prolongati sunt* Gen. 26, 8. Vocem ࠀࠕࠉࠈࠌ Exod. 5, 9 *aggravabitur*, quam Uhlemannus p. 61 affert, equidem pro 'Eϑpaʒal potius habuerim, quod ad litteram respondet arabico تَعَظَّمَ *magnam se praebuit.*

Denique vox ࠀࠔࠒࠇ, ࠀࠔࠒࠄ *invenit* contra Syrorum usum a Samaritanis tamquam 'Aφ͗el tractatur, cujus passivum tum est ࠀࠕࠔࠒࠇ *'ettašqa* Deut. 18, 10. Quod si Uhlemannus recte docet p. 54 loco Gen. 33, 8 ࠑࠔࠀࠒࠇࠉ sphalma esse, addendum videtur etiam contrarium in codicibus Ms. inveniri, sicuti e. c. Cod. Goth. 1089 fol. 1b, 2a ࠉࠕࠔࠓࠄࠍ in 'Eϑpa͗al legitur pro ࠉࠔࠕࠓࠄࠍ, quod deinde praebet idem codex.

5) Quod de Pa͗el dixit Uhlemannus p. 50, litteram ࠀ scilicet saepenumero in ultimam hujus formae syllabam inseri, quo melius a Pe͗al et 'Aφ͗el distinguatur, id ex errore profectum est, cum tale ࠀ ubique reperiatur. Nam etsi ࠉࠊࠐࠀࠓ *ycsappar*, *radet* Levit. 14, 9 est Pa͗el, cujus vocalis propter ࠓ est *a*, quod per ࠀ exprimitur, e contrario ࠃࠓࠀࠒ Exod. 36, 16 dubium videtur, et in 'Aφ͗el mutandum, cum Pa͗el hujus verbi inusitatum sit, ut de ࠊࠁࠔࠀࠍࠍ *subjecimus* Deut. 2, 35 taceamus, quod recte pro Pe͗al haberi potest.

6) De reliquarum stirpium rariorum discriminibus inter Syriasmum et Samaritanismum monendum videtur:

a. In Taφ͗el praefixum *t* saepe transiisse in *d* uti ࠃࠔࠒࠓ *mentitus est* rad. שקר, ࠃࠁࠄࠋ *perterritus est* rad. בהל. De ࠀࠕࠂࠓ, quod affert Uhlemannus p. 35 tanquam Taφ͗el cf. Kohn Samaritanische Studien p. 58, qui recte ad radicem תגר provocat unde תְּגְרָא et ܬܶܓܪܳܐ *lis*, *disceptatio;* forma ࠀࠕࠂࠓࠅࠄ Gen. 49, 23 qua ad suam opinionem Uhlemannus est perductus, est Pe͗al cum vocali inclinata *tegru*, nam etiam Num. 27, 14 מְרִיבַת per ࠀࠕࠂࠓࠀ = תִּגְרַת *lis*, redditum est, scilicet רֹבּוּ Gen. 49, 23 a רִיב derivavit ideoque transtulit *litigaverunt cum eo*, nisi forte praestat emendatio ࠉࠕࠂࠓࠅࠄ Imperf., quam equidem praetulerim.

b. Saφ͗el exstat in ࠔࠓࠁࠊ rad. רבך *frixit*, šaφ͗el rarum est, huc tamen pertinet ࠔࠋࠒࠁ unde ࠔࠋࠒࠁࠅ *eversio* Gen. 19, 29 quod sine dubio cum قلب *convertit,* إنْقَلَبَ *perturbatus fuit* cohaeret, ac de quo Kohn l. l. p. 98 nugatur. De ࠉࠔࠕࠋࠄࠁ *comburitur*, Exod. 3, 3 quod cum שַׁלְהֵב Kohn et Uhlem. conjungunt, mihi non constat.

c. Pau͗el et Pai͗el exstant in vocibus ࠓࠅࠁࠋ *pertulit* Gen. 24, 67 et fortasse in ࠄࠅࠁࠋ *apportavit* cf. tamen הוֹבִיל.

d. Denique Paʾlen in vocibus ࠌࠔࠊࠍ *pignoris loco accepit* Uhl., sed rectius *detraxit* Deut. 24, 17 et ࠉࠋࠒࠍ *profudit* Gen. 6, 3 = ירון[1]) deprehenditur, si quidem alterum recte a משך derivatur[2]).

e. De stirpibus geminatis Palpel etc. suo loco agetur.

§. 60.

Verba gutturalia.

I. Ex §. 31. notum est verba, quorum tertia radicalis est gutturalis sive ܪ, pro vocali *u* in Imperf. et Imper. saepe recipere *a*, quod etiam in ʾEϑpeʿel, ʾAφʿel, Paʿel, Šaφʿel et in participio ܡܩܰܛܶܠ pro *e* solet adhiberi. Itaque dicitur ܢܶܦܬܰܚ, ܦܬܰܚ, *aperiet, aperi,* ܐܶܬܦܬܰܚ *apertus est,* ܐܰܪܫܰܥ *impie egit,* ܦܰܪܰܥ *retribuit,* ܡܰܘܕܰܥ *notum fecit,* ܐܳܡܰܪ *dicens* pro ܢܶܦܬܶܚ, ܐܶܬܦܬܶܚ etc.

II. Verba quorum ultima radicalis est ܗ semper recipiunt *a* uti, ܢܓܰܗ *illuxit,* ܐܰܢܓܰܗ et ܢܰܓܗ, ܢܒܰܗ, ܬܘܰܗ *commotus est,* ܬܡܰܗ *miratus est,* ܐܶܬܬܡܰܗ et ܬܰܡܰܗ, ܕܡܰܗ *assimilavit* et ʾaφ. ܐܰܕܡܰܗ al.

III. Verba tertiae gutturalis[3]) in Imperf. recipientia *u*, quaequae mihi colligere contigit, sunt: ܒܨܰܐ *exploravit, restauravit*[4]), ܒܙܰܪ *sparsit,* ܒܩܰܪ *investigavit,* ܓܙܰܪ *circumcidit,* ܓܥܰܪ *increpavit,* ܓܪܰܥ *rasit,* ܕܒܰܚ *mactavit*[5]), ܕܠܰܚ *pecturbavit,* ܐܫܰܕ *effudit,* ܐܠܰܚ *hausit,*

---

1) Haec vox cohaerere videtur cum arab. لَقِفَ, *arripuit, rapide cepit.* Sam. locum de clemente poenae procrastinatione intellegens, qua in re a reliquis veteribus interpretibus recedit, ita verba hebraica expressit: *Non cito arripiet actio mea* (Infinit. ࠌࠋࠒࠐࠄ) *hominem in aeternum, quia caro est.* Hasce nugas sensum non praebere, non est quod moneam, sensum enim Sam. non curavit. Cf. Sacy Chr. ar. III. 221. Ipse de Sacy rad. لغف IV. *festinavit* proposuit.

2) Cf. Deut. 24, 17 ࠀࠋࠌࠍࠄ ࠁࠂࠃ ࠕࠌࠔࠊࠍ ࠋࠀ *ne exuas vestem viduae.*

3) Cum ea quoque verba, quorum ultima est ܩ vocalem *a* plerumque adhibeant, catalogo inserni verba tertiae ܩ, in quibus *u* invenitur. Ceterum fieri potest, ut unum alterumve horum verborum juxta formam per *u* pronunciatam etiam formam per *a* pronunciatam habeat — hoc non nego — tamen *u* inveniri auctoritate grammaticorum confirmo.

4) Acur. ܡܥܣ vertit جدّد et p. صحّ in Imperf. يخبر.

5) Acur. p. ܣܩܗ, quod quamvis inter compluria verba per *a* formata positum sit, non pro errore typothetae habuerim, cum Acur. varias formas promiscue recenseat. Ps. 4, 6 est *paʿel* in Ms. Orph. Hall. eodem modo ܢܕܒܚ Exod. 8, 25.

ܐܪܓ *texuit*, ܙܪܥ *sevit*, ܦܣܩ *abscidit*, *definivit*, ܛܡܪ *abdidit*, ܡܫܚ *unxit*, ܡܬܚ *extendit*, ܢܒܚ *latravit*, ܢܕܪ *vovit*, ܢܣܪ *serra secuit*, ܢܦܚ *spiravit*, ܢܦܩ *exivit*, ܣܓܪ *clausit*, ܣܕܪ *disposuit*, ܣܟܪ *occlusit*, ܣܥܪ *fecit*, *gessit*, ܣܪܚ *effusus est*, ܣܬܪ *occultavit*, ܥܨܪ *expressit*, *calcavit*, ܥܪܩ *fugit*, ܦܠܚ *operatus est*, ܦܪܥ *retribuit*, ܦܪܩ *redemit*, *liberavit*, ܨܒܥ *tinxit*, ܩܒܥ *affixit*, ܩܒܪ *inhumavit*, ܫܒܩ *reliquit*, ܬܪܥ *aperuit*, aliquoties etiam ܬܒܥ *postulavit*.

IV. Amira p. 338 dicit, in Imperat. ʼEϑpaʿal verborum quorundam etiam in pedestri sermone non adhiberi Mehaggyânâ, sed plenam servari vocalem, qua adnotatione verba gutturalia videtur indicasse. Nam in gutturalibus verbis Abr. Ecch. p. ܡܦܚ scribit Imperat. ܐܬܦܪܩ, ܐܬܦܪܩܘ et ܐܬܦܪܩܘܢ, ܐܬܦܪܩܝ, ܐܬܦܪܩܝ et ܐܬܦܪܩܝܢ cf. §. 59. IV. 2. c.

V. Pauca tantum sunt verba tertiae ܐ, in quibus ʼAleφ in formis quibusdam vera est gutturalis nempe ܒܝܐ *consolatus est*, ܚܝܐ sive ܚܝܐ *gaudio affecit*, ܛܡܐ *polluit*, ܐܬܦܝܐ *ornatus fuit*, ܣܐܐ *foedavit*, ܬܪܐ *erudivit*, et his in vocibus secundum legem §. 37. I. 1. prolatam ܐ ultimum, si ex analogia verbi firmi vocalem deberet accipere, hanc vocalem rejicit ad praecedentem consonam. Itaque dicitur ܒܝܐܬ *bayyaϑ* pro *bayyeʼaϑ*, sed si ܐ nullam habet vocalem sed mutum est, eodem modo ut reliquae consonae efficit ut ܬ terminationum accipiat qušâyâ, ܒܝܐܬ *bayyaʼt*, ܒܝܐܬܘܢ *bayyaʼton*. Itaque ܐ sine vocali est vera gutturalis, cum vocali vero consona infirma. Cf. §. 37. I. Adnot. 2.

Paradigma formarum hoc est:

	Perfectum.			Imperfectum.	
	Sing.	Plur.		Sing.	Plur.
3. m.	ܒܝܐ	ܒܝܐܘ	ܒܝܐܘܢ	ܢܒܝܐ	ܢܒܝܐܘܢ
3. f.	ܒܝܐܬ	ܒܝܐܝ	ܒܝܐܝܢ	ܬܒܝܐ	ܢܒܝܐܢ
2. m.	ܒܝܐܬ	ܒܝܐܬܘܢ		ܬܒܝܐ	ܬܒܝܐܘܢ
2. f.	ܒܝܐܬܝ	ܒܝܐܬܝܢ		ܬܒܝܐܝܢ	ܬܒܝܐܢ
1. c.	ܒܝܐܬ[1])	ܒܝܐܢ	ܒܝܐܢܢ	ܐܒܝܐ	ܢܒܝܐ

Imperat. ܒܝܐ, ܒܝܐܘ sive ܒܝܐܘܢ, ܒܝܐܝ, ܒܝܐܝ sive ܒܝܐܝܢ.
Particip. m. ܡܒܝܐ, plur. ܡܒܝܐܝܢ, fem. ܡܒܝܐܐ, plur. ܡܒܝܐܢ.

1) Mandaice עתגאייה Dext. 86, 20.

Status determ. m. ܡܚܢܝܐܐ,. plur. ܡܚܢܝܐܐ, fem. ܡܚܢܝܬܐ[1]), plur. ܡܚܢܝܬܐ.
Infinitivus. ܡܚܢܐܘ.

In ʼEϑpaʒal ultimum ܐ eisdem legibus adstrictum est, ita ut singulae formae haud videantur recensendae.

VI. Nonnunquam haec verba secundum analogiam verborum tertiae ܝ conjugari, ex forma apud Ephr. obvia ܢܫ̈ܐ ܓܒܪ̈ܐ ܐܬܛܡܝ̈ܝ *uxores virorum foedatae sunt,* teste Amira[2]) aliqui contenderunt, hic vero eodem jure legi potest ܐܬܛܡܐ̈ܝ. At cum Exod. 15, 1 exstet ܐܬܓܐܝ sive ܐܬܓܐܐܝ (Msc. Hallense), negari non potest hoc certe verbum sequi interdum normam verborum ܐ̇. Quod eo minus offendit, cum ܬܪܐ = rad. ثَرَا *crevit,* ܢܐܐ = rad. נָאָה[3]), ܨܐܐ = denom. צֹאָה, ܒܐܐ = بَيَّا in phrasi بَيَّاكَ ٱللّٰهُ *salvum te esse velit Deus* tertiam radicalem syriace debeant habere ܝ, ac solum ܛܡܐ = rad. טָמֵא verbum sit tertiae א. De etymo vocis ܦܐܐ, utrum sit فاء an فأى mihi non constat. — Omnia haec verba praeter ܛܡܐ et ܬܪܐ eam ob caussam tanquam gutturalia flectuntur, ne duobus ܝ concurrentibus nimium in modum contrahantur, in ܬܪܐ vero gutturale ܪ vocalem *a* videtur conservasse, ita ut solum ܛܡܐ secundum radicis indolem re vera ad gutturalia pertinere videatur.

Adnot. Jos. Acur. p. ܨܡܚ et Abrah. Ecch. p. ܨܡܚ duplici ܐ haec verba scribunt ܦܐܐܐ, ܡܦܐܐܘ, quam consuetudinem alii non sequuntur.

VII. In verbis mediae gutturalis vis gutturalium, qua sibi vocalem *a* adsciscunt, non cernitur, sequuntur potius haec verba canones generales §. 59. II. 6. Itaque habes a ܫܚܢ *calescere* intrans. ܢܫܚܢ, a ܫܚܩ *contrivit* transit. ܢܫܚܘܩ. In formis tamen, ubi media radicalis semivocali *e̥* utitur, hanc ad *a* inclinatam et *ḁ*, *o̥* transscribendam esse[4]) multas ob caussas vero simile videtur. Itaque *nešḥḁnun* et *nešḥḁqun* sive *nešḥo̥qun.*

---

1) Rukåχå hujus formae ex analogia legis §. 16. VIII. posuimus, formam ipsam Rukåχå instructam nondum invenimus, ideoque fortasse §. 16. V. 3. admittenda est.

2) Am. p. 367, ubi pro „*secundum genus*“ legendum est „*primum genus*“.

3) In Paʒel verborum med. ܐ hoc ܐ inter duas vocales positum ut ܝ est pronunciandum §. 37. I. 2. et scriptione haec pronunciatio re vera exprimitur.

4) Cf. §. 13. A. X. et p. 126 Not. 1. Signis ḁ, o̥ exprimitur semivocalis (šeβå) ad a, o etc. inclinata, ֲ, ֳ.

VIII. In aramaismo judaico, cujus vocales appositae sunt secundum punctationem masorethicam, leges hebraeae de gutturalibus valent. Itaque habes שְׁלַח, שְׁלַחַת, שְׁלִיחַ, שְׁמַע, (cum paθaḣ furt.) et in ʼaφ. אַשְׁמַע juxta אַשְׁמִיעַ. Ceterum maxima hic cernitur inconstantia, et in 3. pers. fem. hasce habes vocales: פַּתְחַת, אֲמַרֵית Targ. Cant. 2, 11, אֲמֶרֶת ib. 1, 15, אֲמַרַת et in ʼaφ. modo hebraeum *i* תַּזְעִירוּן, modo aramaeum *a* יַסְחַר, fem. c. suff. אַטְמַרְתֵּיהּ Exod. 2, 3. Denique loco šeβå adhibetur ḣaṭeφ יַהֲבֵית, טַעֲנַת, עֲבַד, רְהֵטִין, דַּחֲלִין, רַחֲמִין, יִתְעֲבֵד, at saepe etiam šeβå simplex scribitur יַעַבְדוּן, יִדַעְתְּ, נַעֲרֹק juxta תַּחְסְנוּן, תַּעְבְּדוּן, יַעְבֵּיד, יַעְבֵּר, מֶעְבַּד, תֶּעְבַּר, נֶחְתַּת, נֶעְבַּר, אַעֲבֵד etc. Loco originalis *i* in 3. fem. et 1. com. Sing. Perf. Peʒal verba primae Gutturalis amant *a*, ut אַזְלַת Gen. 38, 19, אַמְרַת, עַבְדַת, עֲבָדֵית Exod. 19, 3. Ceterum cum totus targumorum vocalismus multis erroribus indubitatis sit obrutus, non juvat formas colligere antequam editio critica textuum adornata est. Cf. p. 53.

IX. Samaritani, quos §. 24. V. f. gutturales non proferre docuimus, easque inter sese maxima neglegentia in libris suis commutare, earum loco vocalem, quaeque est, producunt si consona non geminata sequitur. Ita quae inter sese homoioteleuto conjuncta sunt ࠀࠔࠌࠇ, ࠀࠔࠌࠏ, ࠉࠕࠌࠇ proferenda sunt: ʼésmā, ʼéšmā, yítmā, *laetabor*, *audiam*, *admirabitur* (תמה); ࠌࠑࠁࠅࠏ *immersus*, maṣbū, ࠓࠉࠇ *ventus*, rī, ࠀࠕࠓࠉࠇ *prudens est*, ʼetrayyā. In media voce et ab initio meram vocalem pronunciant, dicentes ࠀࠓࠏࠀ *terra*, ʼara, ࠅࠀࠓࠏࠀ *et terra*, wara, ࠅࠇࠔࠊࠄ *et tenebrae*, wašeka, ࠇࠔࠊࠄ ašeka.

X. Mandaeorum formae ex legibus §. 24. 6 sq., §. 59. App. c. allatis hae sunt:

1) Verba primae ה et ח:

Perfectum. 3. Singl. 3. m. אַחְרֵיב *perdidit*, ʼaφ. עֶתְחַאשַׁאב ʼEθpa. *sibi excogitavit.* 3. f. אַחְדְרַאת *convertit.* 2. c. חַאשֶׁיבְתְּ *cogitasti*, אַחְרֶיבְתְּ 1. com. חֶיסְרֶית *comminutus sum*, עֶחֶידְרֶית ʼEθpe̥. Dxt. 75, 3, c. suff. חַאִיתֵא juxta וַאחְוִיתֵא *et demonstravi illud* Dxt. 82, 20, 21. Plur. חאשיב cet. regularis est. ʼEθpaʒal עֶחַאיַאל 95, 8, *confirmatum est.* ʼEθpe̥ʒel est עֶתַאחְזִיא *visus est* 177, 13, עֶחְדַאר *conversus est* 174, 13. עֶחֶידְרֶית 75, 3. 1. Pers., עֶחַאיַלְאת 95, 3 *confirmata est*, 3. fem.

Imperfect. נֶיחְלוּף *succedet*, נֶיחַאלֶיף *mutabit* etc. ʼEθpe̥ʒel est עֶתַאחְזִילֵא *videbor illi* 82, 17.

Participium. חָאדְרָא *se vertens* Dxt. 10, 24. Plur. חָאזִילָא *vident eum* 82, 23.

2) Verba primae ע:

Perfect. אָבַאד *fecit,* עְחְכַאת *risit* f. 115, 8, אָבַאדְתְ *fecisti* 101, 18, עֲבַדִית *feci,* עְחְכִית *risi* juxta נִיחְכִית 86, 19, אָבַאדְתּוּן *fecistis* Sin. 136, 21 etc. Cum לָא conjunctum לָארוּב Dxt. 3, 5 = ܠܐ ܥܪܒ *non interiit,* לָארָאן = ܠܐ ܥܪܢ *non me praeteriit* 191, 2, לָא עֲרִיבְבָא *non admistus ei* 9, 14.

Imperfect. נִיבַאד *faciet,* תֵיבִיד 179, 24, עְבַאד, נִיבְדוּן etc.

Imperat. אֲבִיד, אֲבוּד.

Infinit. מִיבַאד 112, 14.

Particip. אָבִיד *faciens,* Plur. אָבְדִיא, אָרְבָא = ܥܪܒܐ *interiens,* Pass. עֲבִיד *factus,* אֲדִידִיא 174, 9 *festa celebrantes.*

Variae stirpium formae עְתְבִיד = ܐܬܥܒܕ, Partic. מִיתְבִיד 21, 14, עתאר = ܐܬܥܬܪ, מִיתָאפִיא = ܡܬܥܦܐ 182, 3; 'Eϑpeʒel מַאבַאט = ܡܬܥܒܛ *occlusus* 181, 20, מַאזִיז = מְעַזְז 9, 9 Paʒel. — 'Eϑpaʒal עְתָאבַאבַארְתּוּן *pervagamini* 174, 24. מַאבִיד = ܡܥܒܕ Plur. מָאבְדִין 177, 5, מָאוְרִיא = ܡܥܘܪܐ *caeci,* מָאיִיל = ܡܥܠ *introducens,* אֵילוּיָא = ܐܥܠܘܗܝ 186, 7, אָבְרוּי = ܐܥܒܪܘܗܝ *traduxerunt eum* 'Aφ. et Šaφ.; 'Eϑtaφ. עְתְאָבַארְתּוּן 175, 24; נִשְׁתָאבְדוּן = ܢܫܬܥܒܕܘܢ.

3) Verba mediae ה et ח.

Perfect. Sgl. 3. mscl. fem. נְחִית *descendit,* בְהִית *puduit eum* 117, 4, נְאהַאר *illuminavit,* Dxt. 117, 4. 20 עְתְבַאהְתַאת *pudore affecta est.* נֶיהְרַאת. יַאהְבַאת *dedit* Sin. 134, 19; 2 Ps. נְחֵיתְתְ, בְחַארְתְ Plural. עְסְתַאחְתַאף *se projecerunt* 178, 10. Cum suff. אַנְחֵימְתַא נְחֵימְתָא *solatus sum eum solando* 91, 1.

Imperfect. Singl. 3 נִינְהַאר mscl., תֶירְהוּק fem.; 2. תֶירְחוּם, 1. עֶנְחֵיף *comprimam* Plur. 3. נִיסִיהְדוּן = ܢܣܗܕܘܢ *testabuntur,* נִיבִיהְתּוּן = ܢܒܗܬܘܢ *pudore afficientur.* 2. תֶיפִיחְתּוּן *aperietis,* נֶיזְדַאהְרוּן *cavebunt.*

Imperativ. רחום *ama,* אַחֵית *deduc,* Plur. נְהַאר *illuminate,* עְזְדַאהַאר *cavete,* עְתְרַאחַאמְיוּן *misereminі.*

Participia. פָאחְתִיא *aperientes* 173, 11, שָׁאהְבִיא *superbientes,* Peʒal, מֶנֶיהְרָא *illuminans,* 'Aφ., מֶיזְדַאהְרָא *cautus* 'Eϑpa., מִידַאחְלִיא *timentes* 82, 23 Paʒel aut 'Eϑpeʒel, מֶיתְנְהַאז sive מֶיתְנְהִיז 85, 1 *strepitans,* 'Eϑpe.

4) Verba mediae ע.

Perfect. בא = ܒܥܐ *precatus est,* בית = ܒܥܝܬ *precatus es.*

Imperfect. נֵיבִיא = ܬܶܨܒܶܐ, Plur. נֵיבון = ܬܶܨܒܽܘܢ 87, 7, תֵיבון = ܬܶܨܒܽܘܢ; נֵישְׁתֵּיִיא = ܬܶܬܚܰܙܶܐ 'Eϑpaʒal.

Particip. טָאִימִין = ܛܳܥܶܝܢ Dxt. 9, 11, בָאִיִּין = ܒܳܥܶܝܢ.

5) Verba tertia ה et ח.

Perfectum Singl. 3. m. דְנָא = ܕܢܰܚ, *ortus est*, מְשָׁא *livit* 94, 23, פְתָא *aperuit*, אַנְסָא *transscripsit*, ܢܣܰܚ, אַשְׁכָא = ܐܶܫܟܰܚ *invenit*, אַשְׁלָא = ܐܶܫܠܰܚ Sin. 135, 14 *exuit*, עֲתְפָאתָא *apertus est*, 3. f. עֲתְנִיחַאת *quieta fuit*. 1. com. אַשְׁכֵית = ܐܶܫܟܚܶܬ *inveni*, אַנְסֵית, אַנְסָאת *transscripsi*. Plur. 3. דְנָא *orti sunt*. 2. m. אַשְׁכָאתּוּן *invenistis*. 1. com. אַשְׁכָאנֵין.

